§. 14. ἢ δῆλον ὅτι κατὰ τὴν γραφ. Sic, ἢ δῆλον, Ald. et Bas. utraque, quod nollem a Stephano hic et sæpe alias temere mutatum in ἢ δῆλον ὅτ. Ubique enim, quantum equidem animadverti, libri Mss. in hac formula post interrogationem aliquam illata ἢ præstant, non ἦ, et recte sane habet hoc ἢ, quo præcedens interrogatio retractatur quodammodo; q. d. *vel potius quid quæro; nonne enim apertum est* etc.? Eodem in genere erravit ipse Toupius ad Longin. p. 282.—Inferius deinde in illis, ὅτι τὰ Ἀναξαγόρου etc. male vulgo scribitur τ' Ἀναξαγ. Alia enim est ratio in illis τἀγαθοῦ, τἀνδρὸς, neque h. l. quisquam advocabit ex Euripide illud τ' Ἀγαμέμνονος Iphig. Taur. v. 769.—Quæ proxima inferuntur, καὶ δὴ καὶ οἱ νέοι ταῦτα etc. vulgo στιγμῇ sejuncta ab antecedentibus, ut εἰρωνικῶς vel potius ἐρωτηματικῶς accipi debeant, quidni potius hæc quoque pendeant a prægresso ὅτι, ut hujusmodi exeat sensus: *Adeo litterarum imperitos eos esse putas, ut nesciant, Anaxagoræ scripta referta esse istiusmodi rebus, quæque* (ut tu quidem ais) *adolescentes ex me discant, ea esse ejusmodi, ut una ad summum drachma ex orchestra emi possint etc.* Nam μανθάνουσιν illud ironice et ex Meliti mente dicit Socrates. Pro ταῦτα tamen scripserim τοιαῦτα.—Postrem. §. ubi hæc leguntur, Οὕτος γὰρ ἐμοὶ φαίνεται τὸ ἐναντ.—ὥσπερ ἂν εἰ etc. perplacet illud οὕτως a Meibomio in marg. Bas. 2. adscriptum, quod vix abstinui quin in contextum reciperem.

§. 15. ἐγὼ σοὶ λέγω καὶ τοῖς ἄλλοις τούτ. Male vulgo ἐγώ σοι. In subsequentibus verbis, Ὡς ὤνησας, ὅτι etc. *Ut me juvisti eo, quod ægre aliquando respondisti!* quod substituit Stephanus, ὤκνησας, ne ferri quidem posset subsequente participio μόλις ἀποκρινόμενος, quum μόλις ἀποκρίνεσθαι idem fere sit quod ὀκνεῖν. Veram scripturam, quæ vel de mera conjectura statim recipi deberet, præstant Edd. Ald. et Bas. utraque.—Mox de Forsteri correctione edidi διωμόσω pro διομόσω. Atque non ita multo post certam ejusdem secutus sum emendationem voculam ἢ expungentis, quæ in verba illa, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἵππων μὲν παῖδας ἡγοῖτο καὶ ὄνων, librarii errore post ἡγοῖτο irrepserat.

§. 16. Ἐγὼ δὲ τούτῳ ἂν δίκαιον λόγον ἀντείποιμι, ὅτι. Ad λόγον mente suppleri potest τοιόνδε, quod eundem fere in modum omittitur h. l. quo οὕτως in Gorg. §. 148. ubi vid. not.; ut non opus sit, quod vir doctus conjecit, τούτῳ mutare in τοῦτον. Nam quis non ægre in his dativo illo careat? Neque satis Græcum omnino est τοῦτον δίκ. λόγον pro τοῦτον δίκαιον τὸν λόγ.—In iis, quæ sequuntur, ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνο μόνον σκοπεῖν, ὅ,τι ἂν πράττῃ, cum Forstero ὅ,τι ἂν reposui pro vulgato ὅταν. Paullo post ex Eusebio edidi ὡς ἐγῷμαι. Vulgo ὡς ἐγὼ οἶμαι. Denique in illis, Μὴ αὐτὸν οἴει φροντίσαι θανάτου, neque οὖν inserendum ego arbitror, neque, quod Heusdio placuit Specim. Crit. p. 12. οἴου scribendum pro οἴει, quum gemina prorsus sit ratio in Gorg. §. 144. Διὰ ταῦτα οὐ νόμος ἐστὶ σεμνύνεσθαι τὸν κυβερνήτην, καίπερ σώζοντα ἡμᾶς, οὐδέ γε, ὦ θαυμάσιε, τὸν μηχανοποιὸν, ὃς οὔτε στρατηγοῦ, μὴ ὅτι κυβερνήτου, οὔτε ἄλ-

λου οὐδενὸς ἐλάττω ἐνίοτε δύναται σώζειν· πόλεις γὰρ ἔστιν ὅτε ὅλας σώζει. Μή σοι δοκεῖ κατὰ τὸν δικανικὸν εἶναι;

§. 17. Καὶ τοῦτο πῶς οὐκ ἀμαθία. Euseb. Καίτοι πῶς οὐκ ἀμ. unde exsculpserit aliquis Καίτοι τοῦτο πῶς etc. quanquam interdum καὶ pro καίτοι adhibetur. V. Wolf. ad Demosth. Leptin. p. 238. Porro in verbis, ἃ μὴ οἶδα εἰ καὶ ἀγαθὰ ὄντ. τυγχ. particulam καὶ Fischeri exemplo ex Euseb. Stob. et Theodoreto restitui. Atque statim post cum eodem e Bas. 2. edidi ἀπιστήσαντες pro ἀπειθήσαντες. V. not. nostr. ad Theæt. §. 11.—Extremo fere hoc capite, ubi hæc sequuntur, ἀλλ' ἐξ ἀρετῆς χρήματα καὶ τἄλλα ἀγαθὰ τοῖς ἀνθρ. e Stobæo, unde ἀγαθὰ dedi pro τἀγαθὰ, indidem art. τὰ ante χρήματα revocare debebam. In illis autem Πρὸς ταῦτα ἂν φαίην, ὦ ἄνδρες Ἀθ. etc. quibus repetitio quædam et conclusio præcedentis argumentationis inferri videtur, adeo abruptum est periodi initium, ut gravior hunc locum corruptela invasisse videatur. Verba enim πρὸς ταῦτα apud Tragicos interdum significant *quapropter, proinde* (v. Valcken. ad Eurip. Phœn. v. 524.) apud Platonem non item; minime certe hoc loco, ubi tam arte junguntur verbo φαίην, ut non aliter verti possint quam *ad hæc dixerim*. Atqui jam nihil habet hoc ταῦτα quo referatur, et duriter admodum in his deest vocula jungens οὖν. Hic igitur, ut dixi, initio periodi aliqua vitiata et perturbata videntur; nam reliqua satis expedita sunt, modo sermonem paullulum coartatum ita resolvas: εἴτε πείθεσθε Ἀνύτῳ ἢ μὴ καὶ εἴτε ἀφίετέ με ἢ μὴ, τούτων ὁποτερονοῦν ποιεῖν ὑμᾶς χρὴ, ὡς etc. *horum alterutrum ita vobis faciendum est, ut putetis, me non alia facturum esse* etc. Male utrique huic μὴ vulgo στιγμὴν μέσην apponunt.

§. 18. Ἐμὲ μὲν γὰρ οὐδὲν βλάψειεν ἂν οὔτε. Vulgo οὐδὲν βλάψει οὔτε. Illud Codd. aliquot Theodoreti exhibent cum Stob. in quo legitur οὐδὲν ἂν βλάψειεν. Inferius paullo exquisitiorem formam νωθεστέρῳ, quæ est itidem in Politic. p. 310. E. cum Fischero e Bas. 2. recepi pro vulgari νωθροτέρῳ. Tum in verbis, Ὑμεῖς δ' ἴσως τάχ' ἂν—ῥαδ. ἂν ἀποκτείνοιτε, vulgo solœce scribitur ἀποκτείνητε.—Καὶ εἰ μέντοι τι ἀπὸ τούτ. ἀπελ. Bene habet hoc μέντοι. Lysid. §. 41. Εἰ μέντοι τὸ οἰκεῖον τοῦ ὁμοίου διαφέρει, λέγοιμεν ἄν τι, ubi vid. not.

§. 19. ὅτι μοι θεῖόν τι καὶ δαιμόνιον γίγνεται (φωνὴ). Etiamsi non statim post δαιμόνιον hoc ita explicaretur, φωνή τις γιγνομένη, tamen istud φωνὴ adeo importune h. l. intrusum foret, ut nullo modo posset tolerari. Nunc ejici potius quam uncis circumscribi debuit, quod jam vidit vir doctus apud Forsterum. Non ita multo post ante hæc τῷ ὄντι μαχούμενον art. τὸν cum Fischero e Stobæo restitui.

§. 20. ὅτι οὐδ' ἂν ἑνὶ ὑπεικάθοιμι. Sic Bas. 2. et Cod. Florent. (Misc. Obss. v. 2. p. 227.). Vulgo ὑπείκοιμι. In proximisque his, μὴ ὑπείκων δὲ ἅμα καὶ ἂν ἀπολοίμην, voculam ἅμα vulgo denuo post καὶ inculcatam de certa Stephani conjectura expunxi.—Ἐπειδὴ δὲ ἡ ὀλιγαρχία ἐγ. Articulum ἡ sermonis lege inserui. Mox in formula hac, εἰ μὴ ἀγροικότερον ἦν εἰπεῖν, quum legitima ratio requirat ἐστι, non ἦν, ut Gorg. §. 138. Ταῦτα δέδεται, καὶ εἰ ἀγροικότερόν τι εἰπεῖν ἐστι, σιδηροῖς καὶ ἀδαμαντίνοις λόγοις et Plat. Epist. iv. 320. D. εἰ καὶ νεανικώτερόν ἐστιν εἰπεῖν: non dubito, quin vitio nata sit istud ἦν ex syllaba præcedente. Supra §. 18. εἰ καὶ γελοιότερον εἰπεῖν. Gorg. §. 91. εἴ τι καὶ ἀγροικότερον εἰρῆσθαι. Nam imperfectum illud verbi hujus, quod pro præsente interdum Attici adhibent, admodum ambigo num usquam ita alias post εἰ inferatur.

§. 21. Ἆρ' οὖν με οἴεσθε—διαγενέσθαι. In his aut post οὖν aut post διαγενέσθαι textu excidit vocula ἄν.—Deinde scripsi οὓς δὴ οἱ διαβάλλοντές μέ φασιν etc. Vulgo διαβ. ἐμέ.—ἐγὼ δὲ διδάσκαλος, *quum tamen ego nullius unquam præceptor fuerim*. V. not. ad Gorg. §. 43. Nam perperam hæc in Edd. τελείᾳ στιγμῇ a prægressis separantur.

§. 22. χρῆν δῆπου, εἴτε τινὲς αὐτῶν πρεσβ. Post εἴτε hoc in seqq. verbis infertur εἰ δὲ, velut simplici τε sexcenties subjicitur δέ: de Legg. x. init. Ἐκ γὰρ δὴ τοῦ τοιούτου πάντα ἠρτημένα τά τε εἰρημένα κακὰ γέγονε καὶ ἔστι καὶ ἔσται, μέγιστα δὲ δὴ τῶν λοιπῶν αἱ τῶν νεῶν ἀκολασίαι etc. De Rep. iii. 388. E. Οὔτε ἄρα ἀνθρώπους ἀξίους λόγου κρατουμένους ὑπὸ γέλωτος ἄν τις ποιῇ, ἀποδεκτέον, πολὺ δὲ ἧττον, ἐὰν θεούς. Temere igitur hoc εἴτε Fischerus mutavit in εἴγε.—Deinceps ubi hæc leguntur ἄλλοι τοίνυν οὗτοι, ὧν οἱ ἀδ. etc. male ἀσύνδετος est oratio neque commodum est h. l. istud τοίνυν, *igitur*, ut depravata hæc verba videantur, sic fortasse corrigenda: ἄλλοι τε ἐνταυθοῖ. In seqq. e Bas. 2. reposui ὅδε τε Ἀδείμαντος. Vulgo ὅδε δὲ Ἀδείμ.—Infra denique ex eadem editione Ficinoque Forsteri exemplo rescripsi ὅτι ξυνίσασι Μελίτῳ etc. Vulgo vitiose ὃν ξυνίσ.

§. 23. *Τάχα δ' ἄν τις ὑμῶν ἀγανακτήσειεν—δεδέηται—καὶ φίλων πολλούς.* Pro *δεδέηται* in Bas. 2. et apud Schol. Hermog. legitur *ἐδεήθη*, quod respondet subsequenti *ἱκέτευσε*, quanquam interdum cum perfecto aoristus conjungitur. Certius est, quod ex eadem Edit. Ficinoque cum Forstero recepi, *φίλων* pro *φίλους.—εἴτ' οὖν ἀληθὲς εἴτ' οὖν ψεῦδος.* Cratyl. §. 5. *Τὸ δὲ τοῦ ψευδοῦς μόριον οὐ ψεῦδος*; §. 99. *πότερον γὰρ ἀληθῆ ἂν φθέγξαιτο ταῦτα ὁ φθεγξάμενος ἢ ψευδῆ*; *ἢ τὸ μέν τι αὐτῶν ἀληθὲς, τὸ δὲ ψεῦδος*; Euthyd. §. 3. *ἐξελέγχειν τὸ ἀεὶ λεγόμενον ὁμοίως ἐάντε ψεῦδος ἐάντε ἀληθὲς ᾖ.* Attuli hæc, ne quis corrigat h. l. *ψευδές.*—Mox in verbis, *θαυμάσια δὲ ἐργαζομένους, ὡς δεινόν τι οἰομένους πείσεσθαι* etc. vocula *ὡς* rariore illo significatu accipienda videtur, ut sonet *perquam, admodum.* Velut Cratyl. §. 27. *Ὅ τε γὰρ τοῦ Χρυσίππου αὐτῷ φόνος καὶ ἃ πρὸς τὸν Θυέστην ὡς ὠμὰ διεπράττετο, ταῦτα πάντα ζημιώδη καὶ ἀτηρὰ πρὸς ἀρετήν.* Phædon. p. 90. D. *Οὐκοῦν, ὦ Φαίδων, ἔφη, οἰκτρὸν ἂν εἴη τὸ πάθος εἰ—. Νὴ τὸν Δία, ἦν δ' ἐγὼ, ὡς οἰκτρὸν δῆτα.* Nisi quis malit part. *ὡς* ad seq. *οἰομένους* trahere, quanquam tum potius *ἅτε* exspectarem.—Non multo post in his, *οὔτε ἡμᾶς χρὴ ποιεῖν τοὺς δοκοῦντας καὶ ὁπηοῦν τι εἶναι*, de Forsteri correctione *ἡμᾶς* dedi pro *ὑμᾶς*, et pro vulgato *ὁπητιοῦν* scripsi *ὁπηοῦν τι.* Neque enim *ὁπητιοῦν* perinde, quod sciam, in usu est atque *ὁπωστιοῦν*, neque, si vel maxime esset, ferri h. l. posset defectus vocalæ *τι* ad verbum *εἶναι* trahendæ.

§. 24. *οὐδὲ δίκαιον δοκεῖ εἶναί μοι δεῖσθαι.* Malim *οὐδ. δίκ. δοκεῖ μοι εἶν. δεῖσθαι.* Paullo post scripsi *Οὔκουν χρὴ οὔτε ἡμᾶς ἐθίζ.* Vulgo *Οὐκοῦν.* Atque deinde ubi illa sequuntur *Σαφῶς γὰρ ἂν, εἰ πείθοιμι* etc. cum Fischero hoc *ἂν* ex Bas. 2. revocavi, non quod hæc vocula orationem redderet numerosiorem, ut putabat Fischerus, sed quod alioquin vocabulum *σαφῶς* jungi deberet cum seq. *πείθοιμι*, quum tamen manifesto pertineat ad verbum *διδάσκοιμι.*

§. 24. *ἡμᾶς χρή.* Ita de Forsteri correctione dedi, et pro *ὁπητιοῦν* scripsi *ὁπηοῦν τι.* Neque enim *ὁπητιοῦν* perinde, quod sciam, in usu est atque *ὁπωστιοῦν*, neque, si maxime esset, ferri hoc loco posset delectus vocalæ *τι* ad verbum *εἶναι* trahendæ.

§. 26. *Τί οὖν; τί ἄξιός εἰμι παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι, ὅ,τι μαθών.* Vulgo *ὅτι μαθών.* De formula hac accuratius scribemus ad Euthyd. §. 30. Deinde in proximis, *ἀλλ' ἀμελήσας ὥνπερ οἱ πολλοὶ*, post *πολλοὶ* ex prægresso *ἀμελήσας* mente supplendum est *ἐπιμελοῦνται*, cujusmodi ellipseos mihi quidem nondum aliud exemplum occurrit.—In verbis inferius paullo sequentibus, *Οὐκ ἔσθ' ὅ,τι μᾶλλον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πρέπει οὕτως ὡς* etc. quum sententiam scriptor ita proferre vellet, *οὐκ ἔσθ' ὅ,τι μᾶλλον—πρέπει ἢ τοῦτο τὸ τὸν τοιοῦτον ἄνδρ.* etc. neglecto illo *μᾶλλον*, sermonem paullulum inflexit, ut nihil hic temere movendum videatur. Nam quod Forsterus *μᾶλλον* in *ἄλλο* vel *μοι ἄλλο* mutandum putabat, nusquam, quod sciam, post formulam *οὐκ ἔστιν ὅστις, οὐκ ἔσθ' ὅ,τι* infertur *ἄλλος* vel *ἄλλο.* Neque dispar est ratio loci illius, quem idem vir doctus attulit, de Rep. vii. p. 526. C. *Καὶ μὴν, ὡς ἐγῷμαι, ἅ γε μείζω πόνον παρέχει μανθάνοντι καὶ μελετῶντι, οὐκ ἂν ῥᾳδίως οὐδὲ πολλὰ ἂν εὕροις ὡς τοῦτο.*

§. 27. *ἐπεὶ, ὡς ἐγῷμαι, εἰ ἦν ὑμῖν νόμος, ὥσπερ καὶ ἄλλ. ἀνθρ.* Verbum *ὥσπερ*, quod Stephanus temere ex Ficino mutavit in *ὅσπερ*, ex veteribus Edd. restituit jam Fischerus.—Post paullo in verbis, *ὡς ἄξιός εἰμί του κακοῦ*, recte aliquis pro vulgato *τοῦ* substitui voluit *του*, quod non dubitavi in textu reponere. Nam quis ferat h. l. *ὡς δεῖ με πάσχειν τὸ κακὸν* pro *τὶ κακὸν* vel *κακόν τι*? Sane ut infra dicit §. 28. *οὐκ εἴθισμαι ἐμαυτὸν ἀξιοῦν κακοῦ οὐδενός*, ita hic opus est infinito pronomine *τις*, quod interdum substantivo suo præponitur, ut Protag. p. 314. A. *σιτία μὲν γὰρ καὶ ποτὰ πριάμενον παρά του καπήλου καὶ ἐμπόρου ἔξεστιν ἐν ἄλλοις ἀγγείοις ἀποφέρειν.*—Statim post ubi vulgo scribitur *Τί δείσας, ἢ μὴ πάθω*, interrogandi notam cum Stephano post *δείσας* apposui et pro *ἢ* scripsi *ᾗ*: *Quid metuens?* sc. hoc faciam. *An forte ne illud mihi accidat* etc.? Ita hæc optime cohærent, quæ parum feliciter tentavit Heusdius e Ficino corrigens, *Τί δέ; ἢ* (imo *ᾗ*) *δείσας μὴ πάθω—.* Quod paullo post legitur, *τοῖς ἕνδεκα* istud ita manifesto e margine irrepsit, ut in textu id reliquisse pœniteat. Infra §. 31. *ἐν ᾧ οἱ ἄρχοντες ἀσχολίαν ἄγουσι.* Phædon. p. 58. C. *ἢ οὐκ εἴων οἱ ἄρχοντες παρεῖναι*;—Extr. denique §. in illis, *εὖ γὰρ οἶδ' ὅτι, ὅποι ἂν ἔλθω*, edidi *ὅποι* pro *ὅπη.*

§. 27. *τοῖς ἕνδεκα*] Istud ita manifesto e margine irrepsit, ut in textu id reliquisse pœniteat. Cf. §. 31. *ἐν ᾧ οἱ ἄρχοντες ἀσχολίαν ἄγουσι.* Phædon. p. 58. C. *ἢ οὐκ εἴων οἱ ἄρχοντες παρεῖναι.*

§. 28. *σιγῶν τε καὶ ἡσυχίαν ἄγων.* Malim *σιγ. δέ.* Deinde in verbis, *ὅτι καὶ τυγχάνει μέγιστον ἀγαθὸν ἀνθρώπῳ*

τοῦτο, temere Fischerus ὃν inculcavit, qua de re diximus ad Gorg. §. 124.

§. 29. ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου—τοῦτο ἐγένετο τὸ ἐμὲ τεθνάναι δή. Art. τὸ a præcedente syllaba interceptum sermonis lege restitui.—Extr. §. in verbis, καὶ ἐγώ τε τῷ τιμήματι ἐμμένω καὶ οὗτοι, scripsi ἐγώ τε pro ἔγωγε.

§. 30. Εἰ γὰρ οἴεσθε ἀποκτείνοντες ἀνθρώπους ἐπισχήσειν. Vere Bas. 2. ἀποκτείνοντες (*interficiendo*). Vulgo ἀποκτείναντες. Statim post in verbis, Οὐδὲ γὰρ ἔσθ' αὕτη ἡ ἀπαλλ. vulgatum οὔτε mutavi in οὐδέ.

§. 31. οὔτε ἐν τῷ λόγῳ οὐδαμοῦ μέλλοντί τι ἐρεῖν. Ita quod vulgo legitur, οὐδενὶ, correxerat jam e Bas. 2. Forsterus. Mox ita potius distinguere debebam: Τί οὖν αἴτιον εἶναι ὑπολαμβάνω, ἐγὼ ὑμῖν ἐρῶ. Ut §. 22. Ἀλλὰ τί δήποτε μετ' ἐμοῦ χαίρουσί τινες πολὺν χρόνον διατρίβοντες, ἀκηκόατε, ὦ ἄνδ. Ἀθ. Et conf. nostra ad Theætet. §. 2.

§. 32. ἢ γὰρ οἷον μηδὲν εἶναι μηδ. αἴσθ. μηδ. ἔχ. Euseb. et Theodoret. μηδέν τι, unde conjectet aliquis μηδὲν ἔτι εἶναι. Paullo post in verbis his, ταύτῃ τῇ νυκτὶ εἰ δέοι σκεψάμενον εἰπεῖν, ex Eusebio voculam εἰ recepi, quæ incepti sermonis filum redorditur aptissime. Absque illa vix Plato verbum δέοι iterasset. Indidemque particulam τε recepi in seqq. πρὸς τὰς ἄλλας ἡμέρας τε καὶ νύκτας.—In seqq. illis, τί μεῖζον ἀγαθὸν τούτου εἴη ἄν, hoc ἄν ex Eusebio restitui, ut jam fecerat Fischerus.—Mox idem Euseb. Ἐγὼ μὲν καὶ πολλάκις etc. Platonis haud dubie fuit Ἐγὼ μὲν γὰρ καὶ πολλάκις. Illud autem, quod sequitur, Παλαμήδῃ mutare debui in Παλαμήδει, uti scriptum est apud Euseb. Nam eadem nominis hujus est ratio quæ Σωκράτους, in cujus accusativo duplex forma obtinet, Σωκράτη et Σωκράτην, in dativo non item.—Porro ubi hæc sequuntur ἢ ἄλλους μυρίους ἄν τις εἶποι καὶ ἄνδρ. perperam Stephanus οὓς post μυρίους intrudi volebat. Conf. not. nostr. ad Gorg. §. 86. quæque attulit ad h. l. Heusdius Specim. Crit. p. 13.—In proximis denique, ἀμήχανον ἂν εἴη εὐδαιμονίας πάντως, antiquum ἀμήχανον ex Ald. et Bas. utraque revocavi pro eo, quod Stephanus induxit, ἀμηχάνου. Vide quæ scripsi ad Theæt. §. 8.

§. 33. τοῦτο αὐτοῖς ἄξιον μέμφεσθαι. Malim τοῦθ' ὃ αὐτ. Ut Gorg. §. 38. Ἐκ ταύτης ἴσως τῆς ὁμολογίας ἐναντίον τι συνέβη ἐν τοῖς λόγοις, τοῦθ' ὃ δὴ ἀγαπᾷς, αὐτὸς ἄγων ἐπὶ τοιαῦτα ἐρωτήματα, ubi vid. not.—Proximum illud λυποῦντες est ex certissima Mureti correctione Var. Lectt. viii. 4. Inepte vulgo λυποῦντας.

---

§. 20. ἐνὶ ὑπείκοιμι] Recta est in Græcis lectio, οὐδ' ἂν ἐνὶ ὑπείκοιμι παρὰ τὸ δίκαιον δείσας θάνατον, μὴ ὑπείκων δὲ etc. Sed vulgata exempla δ ὂν habent pro δίκαιον. Quod etiamsi tolerari possit, tamen in δίκαιον voce acquiescendum est, quam in sequentibus sæpe repetit. Quod autem quidam legendum putant οὐδ' ἂν ἐνὶ ὑποκάθοιμι περὶ τὸ δίκαιον, falso putant. Nam ὑπείκοιμι legendum esse, declarat participium sequens ὑπείκων. Verum παρὰ longe pleniorem sententiam facit, quam præpositio περί· et rursus paulo inferius eodem modo usurpatur, ubi ait: οὐδενὶ πώποτε ξυγχωρήσας οὐδὲν παρὰ τὸ δίκαιον, hoc est, *nulli unquam quicquam præter justum concessi.* Cornar.

IN CRITONEM.

§. 1. θαυμάζω ὅπως] *Miror, quomodo factum sit, ut* etc. Sic Xenoph. Memor. i. 10. iii. 5. Loewe.

φοιτᾷν] Respondet verbis Latinis *itare* et *ventitare*, imprimisque de discipulis usurpatur in ludos itantibus, qui inde φοιτηταὶ appellantur. v. Xenoph. Cyrop. i. 2. 6. Platon. Alcib. i. p. 431. 433. Francof. et Thom. M. h. v. Loewe.

καί τι καὶ] Formula καί τι καὶ ita est explicanda ut prius καὶ pro copula habeatur, posterius autem per *etiam* sit vertendum; et medium interpositum τὶ est accusativus absolutus pronominis indefiniti, et indicat, alterum hoc, quod per καὶ additum est, non esse totum, sed tantum *ex parte* cogitandum. cf. Thucyd. ii. 17. καί τι καὶ Πυθικοῦ μαντείου ἀκροτελεύτιον διεκώλυε. iv. 5. καί τι καὶ αὐτοὺς ὁ στρατὸς ἔτι ἐν ταῖς Ἀθήναις ἂν ἀπέσχε. Arrian. ii. 22. Lucian. Somn. c. 16. Plura qui legere velit de hac re, adeat Theoph. Sam. Forbigeri senis doctissimi Prolusionem, animadversiones ad quædam Platonis loca continentem. Lipsiæ 1824. p. 1. — Indicare igitur vult Crito h. l. se non magna dona janitori tribuisse, sed munuscula tantum, ita, ut sensus verborum sic hicce: Carceris janitor hanc ob causam lubenter Critoni carcerem aperit, quod jam dudum sæpius huc ventitando aliquam cum eo contraxerit notitiam, *quodque aliquantulum etiam beneficii ab eodem acceperit.*—

Quod vero ad verbum εὐεργετεῖται attinet, non possum non assensum præbere Buttmanno, qui præsens præferendum h. l. putat propterea, quod Crito, se sæpius aliquid beneficii in janitorem conferre, dicere velit. Loewe.

ἐπιτήδειοι] In libris Socraticorum fere semper intelligi debent discipuli Socratis: *οἱ συνόντες, ὁμιλήται,* qui dicuntur ἑταῖροι a Plutarcho de animi tranquillit. tom. ii. p. 466. E. καὶ Σωκράτης μὲν ἐν δεσμωτηρίῳ φιλοσοφῶν διελέγετο τοῖς ἑταίροις, cf. Plat. Phæd. cap. 3. Loewe.

§. 2. ἦ] Priora quasi corrigit et restringit: vide, præter Heind. ad Parmen. 22. quem laudavit Buttmann., loca simillima apud Lucian. Dial. Deor. iv. 6. τί δὲ ὑμῖν χρήσιμος ἂν γενοίμην; ἢ ποιμαίνειν δεήσει κἀνταῦθα; xiii. 1. xiv. 1. xix. 3. xxvi. 3. Loewe.

που] *Opinor, ni fallor.* Sic legitur apud ipsum Justinum M. Apolog. i. 3. Loewe.

οἱ τούτων κύριοι] *Si, penes quos harum rerum potestas est.* vid. Xen. Histor. Græc. vii. 3. 6. Demosth. pro Coron. iii. 1. ubi judices vocantur κύριοι. Sophocl. Œd. Col. 288. ὅταν δ' ὁ κύριος Παρῇ τις, ὑμῶν ὅστις ἐστὶν ἡγεμὼν cf. Cic. de Orat ii. 17.72. 'qui rei dominus est.' Loewe.

ἐν καιρῷ] Idem quod εἰς καιρόν. Eurip. Hec. 662. pro quo etiam quartus casus nude ponitur καιρὸν i. e. *opportune.* cf. Soph. Aj. 34. ubi vid. Schol. Similes locutiones sunt εἰς καλὸν Plat. Men. p. 49. (vid. Wolfius ad Sympos. ii. 9.) ἐν καλῷ Eurip. Iph. A. 1107. ἐν καλῷ σ' εὕρηχ' et εἰς δέον Soph. Antig. 386. Neque abhorret ab hac loquendi ratione Latinorum 'in tempore.' Terent. Phorm. ii. 4. Heautontimor. ii. 3. Cic. Catil. i. 6. Loewe.

ἄτοπον] Semper fere in malam partem dicitur: *quod loco et tempori non convenit, ineptum, absurdum.* Plutarch. de Puer. Educat. vii. 9. Sed nostro in loco idem est q. παράδοξον, *quod præter expectationem accidit.* Loewe.

§. 3. ἀμελῆσαι] Forbiger l. l. p. 10. locum attulit nostro simillimum ex Plat. Phæd. p. 235. Steph. Quamquam nescio, an res ita expediri queat, ut statuatur nostro loco quædam anacoluthia, neque tamen illa infrequens et in eo posita, quod duæ locutiones confunduntur (cf. Hermann. ad Viger. p. 899.) δόξω ἀμελῆσαι et δόξω ὡς ἀμελήσας, unde illud ὡς auctor retinuit. Quod autem Buttmannum male habere videtur δοκεῖν non admittere constructionem cum ὡς, in eo quidem haud scio, an sit paulo religiosior. Certe δηλοῦν ita construi docet Lucian. Diall. Deor. vii. 1. δηλοῖ τι ἤδη ὡς μεγὰ ἀγαθὸν ἀποβησόμενον, ubi aut ὡς ἀποβήσεται aut ἀποβησόμενον nude positum exspectaveris. cf. Heind. ad Gorg. p. 115. Poppo ad Thucyd. p. 185. Loewe.

νῦν δὲ] Plane ut Latini loquuntur *nunc autem,* ubi concludentes aliquid ex antecedentibus aut verum aut falsum illud esse indicare volumus. vid. Plat. Symp. viii. 1. εἰ μὲν γὰρ εἷς ἦν ὁ Ἔρως καλῶς ἂν εἶχε· νῦν δέ. Ibid. xxvi. 3. Apolog. xxviii. Soph. Œd. C. 273. Œd. T. 985. Loewe.

§. 4. ἆρα μὴ] Dubitanter interrogat de eo, quod ab respondente negandum est, ut Latine per *num* exprimi possit. cf. Hermann. ad Viger. p. 824. Unde fit, ut interdum ἆρα μὴ pro ἆρα nudo positum videri possit, sed semper adjectum μὴ magis etiam limitat orationem. vid. Xenoph. Mem. iv. 2. 10. Heind. ad Protag. 8. Loewe.

§. 5. ξυνδιαταλαιπωρεῖν] I. e. *ærumnas et graves labores una perferre.* vid. Xenoph. Mem. ii. 1. 18. Hesych. ἐταλαιπωρήθη, ἐκακοπάθησεν. Loewe.

δοκεῖν] Aut abesse debere putarunt interpretes, quia pendeat διαπεφευγέναι ex superiori δόξαι, aut emendandum ut Mudgius in δοκῇ vel Forbigerus l. l. p. 12. in τυχεῖν. Sed quo diutius locum considero, eo clarius intelligere mihi videor, referendum esse illud διαπεφευγέναι—δοκεῖν ad præcedens τὸ τελευταῖον τουτὶ, quod cur fieri non posse Forbigerus putet, non satis video. Est enim sententia illa inde a κακίᾳ—δοκεῖν ut in sermone quotidiano paulo negligentius addita, ut formet quandam epexegesin omisso articulo pro τὸ κακίᾳ etc. Locus nostro simillimus legitur in Plat. Menone 13. τοιοῦτόν τι πεποιηκέναι, ναρκᾶν pro τὸ ναρκᾶν ibid. 9. πράγματα παρέχεις, κρίνεσθαι. cf. Matth. Gr. Gr. §. 542. Anm. 1. Loewe.

§. 6. ἐκβαλεῖν] I. e. *missas facere, repudiare, rejicere.* Proprie enim cum ἐκβάλλειν dicamur ea, quæ foras abjicimus, unde idem est, quod *delere.* Xenoph. Mem. iii. 12. 6. et cum, quæ projiciuntur et delentur, parvi putentur, idem est, quod Latinorum *abjicere, repudiare.* cf. Cornel. Nep. xxiii. 9. abjicere aliquid in propatulo, i. e. sinere jacere tanquam rem vilem. Sic imprimis ἐκβάλλεσθαι dicuntur histriones, qui non satisfacientes spectatoribus exploduntur. vid. Periz. ad Ælian. V. H. ii. 24. xiii. 17. cf. Cic. de Orat. iii. 50. pro Sext.

55. Similiter fere supra legebatur ἀποβάλλειν τὴν οὐσίαν. Loewe.

οὕσπερ καὶ πρότερον] Cf. Xenoph. Hist. Græc. i. 7. Plat. Apolog. 20. Loewe.

θανάτους] I. e. *varia mortis genera.* Sic ‘ mortes ’ apud Cic. Quæst. Tuscul. i. 48. de Fin. ii. 30. cf. Plat. Apolog. 17. Virgil. Æneid. x. 854. ‘ Omnes per mortes animam dare.’ Loewe.

§. 7. διΐωμεν] διϊέναι, διέρχεσθαι et similia dicuntur sic, ut supplendum sit τῷ λόγῳ, utque significent: *percurrere animo et mente.* cf. Æsch. Socr. iii. 10. διεξιέναι τὰ τῶν ποιητῶν, *persequi* (mente) voces poëtarum. Interdum etiam vocabula τῷ λόγῳ addita leguntur. v. c. Protag. p. 329. C. ταῦτ᾽ οὖν αὐτὰ δίελθέ μοι τῷ λόγῳ. cf. Xenoph. Mem. iv. 6. 15. Loewe.

ἕπεσθαι] Ita dedi cum Fischero, Buttmanno aliisque pro πείθεσθαι, quod alii habent, quum non dubium sit, quin tropicum ἕπεσθαι explicatum sit a glossatore per πείθεσθαι. Eadem lectionis varietas locum quoque habet in Xenoph. Œcon. c. iv. §. 19. cf. Memor. ii. 2. 11. Cæterum eodem modo Latinum verbum *sequi* usurpatur. Loewe.

ἀπώλλυτο] Imperfecta ita usurpari, ut significent id, quod sæpius fiat, et fieri soleat, adeoque præsentis fere agant partes, satis superque docuerunt Græv. in Lect. Theocrit. C. V. Fischer. ad Weller. to. ii. p. 258. Heind. ad Theæt. §. 33. cf. Matth. Gr. Gr. §. 503. Loewe.

§. 8. ὃν διεληλύθαμεν] Quis est hic sermo? Si forte quis putet significari illum, quem p. 47. A. ingressus est, quomodo hic diversus est ab illo τῷ πρότερῳ. Forte ὃν διεληλύθαμεν e contextu, aliquando ejectum, postea alieno loco intrusum fuit. Sane si locum ita refingamus οὗτός γε ὁ λόγος ἔμοιγε δοκεῖ ὅμοιος εἶναι τῷ προτέρῳ, ὃν διεληλύθαμεν, suo loco et vis et perspicuitas restituta sit, et sic manifeste pateat anteriorem disputationem significari p. 47. A. Hujus autem in fine hoc effecerat Socrates injustam vitam non esse vitalem. Heusd.

ὃν διεληλύθαμεν] Optime omnes hujus loci difficultates removisse, remque ipsam acu tetigisse videtur Forbiger. in libro sæpius a me laudato p. 13. Sexto nimirum capite inspecto respexisse fortassis Socratem intelligimus sermonem, quem alio tempore instituerit, quique præsenti disputationi haud dissimilis sit. Non igitur comparationem vult instituere inter hanc et aliam in hoc ipso dialogo prolatam sententiam, sed comparat potius hunc suum sermonem cum alia, quam jam olim cum Critone instituerat, disputatione. Quam si adsciscimus hujus loci explicationem, opus quoque est, ut ad præsens tempus indicandum recipiamus in textum ἔτι, quod quatuor Codd. nititur auctoritate, et facile in reliquis libris a librariis omitti potuit. Cæterum ὅμοιος καὶ est *similis ac.* cf. Duker. ad Thucyd. vii. 71. Valcken. ad Herodot. vii. 50. 2. Latini eodem modo particulis *ac, atque, et,* post *idem, alius, similis* utuntur. vid. Sallust. Catil. 58. ‘ Non eadem nobis et illis necessitudo impendet.’ Cic. de Orat. iii. 18. ‘ Alia enim videntur Stoicis, et ceteris civibus.’ De Finib. ii. 34. 5. ‘ Summum pecudis bonum et hominis idem mihi videri potest.’ Quæst. Tuscul. v. 3. 60. ‘ similis—et.’ cf. In Verr. iii. 46. ‘ contrarium—ac.’ Somn. Scip. iv. vid. Periz. ad Sanctii Minerv. vi. 6. 13. Cortius ad Sallust. Catil. xx. 3. Loewe.

§. 9. ὡς ἀληθῶς] ὡς cum adverbiis junctum minime redundat, quod olim VV. DD. opinabantur v. c. Fischer. in ind. Æschin. s. v. ὡς, Bergler ad Alciphr. p. 126. Koën. ad Gregor. p. 51. sed auget vim talium adverbiorum. vid. Heind. ad Cratyl. 27. Similes locutiones occurrunt apud Xenoph. Cyrop. iv. 4. 1. ὡς ἀνδρείως. Lucian. Hermot. 56. ὡς ἀκριβῶς. Loewe.

§. 10. ἐκκεχυμέναι] Sicut Latinus *profundi* dicuntur v. c. opes, ita etiam ἐκχύεσθαι metaphorice idem est, quod ἀπόλλυσθαι. cf. Sophocl. Philoct. 13. Plutarch. de Puer. Educ. xiv. 10. Loewe.

οὐδὲ ἀδικούμενον] Tales sententiæ apud alios quoque occurrunt philosophos veteres. cf. Seneca de Ira ii. 32. ‘ Non enim, ut in beneficiis honestum est, merita meritis rependere, ita injurias injuriis. Illic vinci turpe est, hic vincere. Inhumanum verbum est, et quidem pro justo receptum, ultio: et a contumelia non differt, nisi ordine.’ Loewe.

ἐμμένει τοῖς πρόσθεν] Sic Isocr. Evag. c. 2. ἐμμένειν τοῖς καθεστῶσιν, i. e. *tueri ea, quæ usu recepta sunt.* c. 6. ἐμμένειν τοῖς ὡμολογημένοις, *manere, in eo quod convenit,* cf. Xenoph. Agesil. i. 11. Eodem quoque modo usurpatur Latinorum *manere* et *immanere.* Loewe.

§. 12. δι᾽ ἡμῶν] I. e. *nobis jubentibus, nostra auctoritate adjutus.* Sic διὰ sæpius minus definite dicitur. cf. Isocr. Evag. 6. δι᾽ ἑτέρων, *opera aliorum adjutus.* Ibid. c. 7. διὰ τῆς ψυχῆς τῆς ἑαυτοῦ καὶ τοῦ σώματος, *virtutibus, quæ animo et corpori inerant adjutus.* Verba autem δι᾽ ἡμῶν—ἐφύτευσέ σε adjecta sunt ut

magis paterent præcedentia: *σὲ ἐγεννήσαμεν.* Loewe.

ἔλαβε] I. e. *in matrimonium duxit.* cf. Isocr. Evag. 9. *γυναῖκας λαμβάνοντας παρ' ἡμῶν.* Loewe.

πρῶτον μὲν] Constat sæpius ita dici, ut non sequatur *ἔπειτα.* Sic apud Xenoph. Mem. ii. 1. *πρῶτόν μεν γὰρ—ἐὰν δὲ κ. τ. λ.* Eodem modo apud Latinos *deinde,* quod post *primum* exspectari possit, non sequitur. Cic. Offic. i. 14. 7. ' Primum in ea peccant, quod—inest autem.' cf. Manut. ad Cic. Epist. ii. 9. Drackenb. ad Liv. xxii. 43. 3. et *deinde* ponitur ubi *primum* non præcedit. vid. Matthiæ Miscell. Philol. Vol. ii. p. 98. Loewe.

πείθειν] Sc. *δεῖν.* quod ad sensum inest in præcedenti *ποιητέον.* Syneseos hujus modi exempla paulo illustriora hæc sunt: Hom. Od. i. 390. ubi ex *βασιλεύειν* subaudiendum *βασιλῆα* iii. 40. Aristoph. Plut. 502. 566. *αὐτὸν* sc. *τὸν κλέπτην.* quia præcesserat *κλέπτειν.* Æschin. Dialog. ii. 1. *περὶ αὐτῶν* sc. *Σικελιωτῶν.* Plat. Phædr. 59. Gorg. 104. Apolog. 4. 6. 29. 30. Meno 27. et 38. Xenoph. Hist. Gr. ii. 4. 10. *αὐτοῖς ἐβοήθουν* sc. *τοῖς ἐν τῷ Πυραίῳ.* Œcon. iv. 3. 7. Sympos. viii. 34. Herodot. iii. 31. iv. 12. 9. v. 65. cf. Eurip. Hec. v. 57. 515. et Corte ad Sallust. Catil. v. 8. xviii. 1. Corn. Nep. Miltiad. v. init. Cim. iii. Loewe.

§. 13. *εἰς ἀποικίαν ἰέναι*] Est *migrare in coloniam quandam patriæ suæ.* Xenoph. Œcon. iv. 6. *τοὺς μὲν ἀμφὶ τὴν ἑαυτοῦ οἴκησιν αὐτὸς (βασιλεὺς) ἐφορᾷ, τοὺς δὲ πρόσω ἀποικοῦντας.* i. e. qui remotius sedem fixerunt in coloniis patriæ. Hinc *ἀποικίζειν* Xenoph. Œcon. vii. 34. et *ἀποικίας ἄγειν.* Æl. V. H. iii. 17. *colonos deducere.* Contra *μετοικεῖν* est *migrare in alienam quandam civitatem.* cf. Ælian. V. H. ix. 10. xiii. 16. ubi conjungitur *ἐπιδημεῖν καὶ μετοικεῖν.* Explicatur autem discrimen illud facillime, quod *μετὰ* compositione sæpe mutationem loci vel rei indicat, unde *μετοικεῖν* est *sedem mutare, sedem quærere plane aliam.* cf. Eurip. Iphig. Aul. v. 108. ubi *μεταγράφειν* significat: *mutare ea, quæ quis ante scripsit, scribere alia.* vid. Cattier. Gazoph. p. 81. Loewe.

ἔχων] Cur mutari necessario debeat in *ἔχοντα,* quæ est lectio Cod. Tub. vix justa causa est, cum sit justa attractio, quamquam hoc sine justa causa Buttmannus negat. Loewe.

§. 14. *ἐπὶ θεωρίαν*] *Ad spectandos ludos.* *ἐπὶ* enim cum verbis, quæ motum significant, non *locum,* quo itur, sed *consilium* indicat. Xenoph. Œconom. ii. 15. *ἐπὶ πῦρ ἔρχομαι.* ibid. vii. 11. *ἐπὶ θέαν.* xx. 27. *ἐπὶ σῖτον πλέω,* ad frumentum advehendum navigo. cf. Matth. §. 586. c. Loewe.

§. 15. *ὑποβλέψονται*] *ὑποβλέπειν, aliquem suspectum habere.* id. q. *ὑφορᾶν* et *ὑφορᾶσθαι.* apud Lucian. Diall. Deor. xix. 2. *ἡ Ἀθηνᾶ δὲ ὑφορᾶται ἀεί.* Similiter *ὑποβλέπειν* dicitur de vultu iratorum, ut animadvertit Eustath. ad Hom. Iliad. i. p. 68. cf. D'Orville ad Charit. p. 506. Scriptores posteriorum temporum usi sic sunt fere medio. vid. Æsop. Fab. 93. Achill. Tat. iv. 241. Salm. apud Homerum hoc sensu leguntur formulæ *ὑπόδρα ἰδεῖν.* Iliad. i. 148. et *κάκ' ὄσσεσθαι.* Iliad. i. 105. quarum hanc Hesychius interpretatus est verbo *δεινῶς ἐμβλέπεσθαι,* illam etiam verbo *ὑποβλέπειν;* sed prior significatio in nostrum locum melius quadrare videtur. Loewe.

κοσμιωτάτους] *κόσμιος* proprie dicitur præsertim miles, qui ordines non egreditur, sed constanter servat, unde *κοσμιότης* et *εὐταξία* conjungitur apud Plutarch. de Puer. Educ. xv. 1. et *κοσμεῖν* proprie *ordinare* est, non *ornare;* cf. Herodot. vi. 209. *τότε τὰς κεφαλὰς κοσμέονται,* capillos componunt, ordinant. Deinde autem *κόσμιος* idem est, quod morum compositorum honestate, et maxime modestia insignis. cf. Periz. ad Ælian. V. H. xiii. 17. ubi synonymum est *σωφροσύνης ἐγκρατής.* ibid. xiv. 7. Plat. Phædr. 57. *κοσμία ψυχή.* Loewe.

Σωκράτους πρᾶγμα] Periphrastice dictum esse puto. Constat enim *πρᾶγμα* et *χρῆμα* sæpe ita usurpari, ut iis significetur aliquis excessus in bonam et malam partem, ut apud Latinos *negotium,* quod tamen semper sensu malo dicitur, ut apud Cic. ad Attic. i. 12. ' Teucris illa lentum negotium;' apud Græcos contra bono quoque sensu dicitur, sic Charito ab init. *θαυμαστόν τι χρῆμα παρθένου.* Plato in Ione 534. B. cf. Gronov. Observ. iv. 15. Viger. p. 139. 156. sq. Præterea nomen proprium positum h. l. videtur ad orationis vim augendam pro pronomine *σοῦ,* qua de re cf. Fischer. ad Euthyphr. iv. 25. Loewe.

διφθέραι] Non sunt pelles, sed vestes e pellibus, h. e. rhenones, sicut et *pelles* Latinis pro vestibus e pelle, unde apud rei rusticæ scriptores inter familiæ vestes sunt pelles manicatæ et passim. Pellibus autem Attici rustici, et fortasse omnes operæ viliores vestiti esse solebant. vid. Schol. ad Aristoph. Nub. v. 72. qui *διφθέραν* ait fuisse *ποιμενικὸν περιβόλαιον,* sicut Ovid. in Metamorph. *pastoritiam pellem* vocat. Hinc dicti

sunt in fabulis Græcorum διφθερίαι, ut præter Græcos auctor est Varro, et hic est quem *pastoralem habitum* vocat Liv. x. 4. Flor. i. 17. 4. in eadem historia *pastorium*. Docuit hæc Casaubon. ad Theophrasti Charact. iv. 4. Loewe.

ποῦ ἡμῖν ἔσονται] *Sermones illi, quo nobis abibunt?* Locus simillimus extat apud Æschin. Dialog. iii. 3. ποῦ τὰ πρόσθεν αὐχήματα καὶ αἱ ξυνεχεῖς εὐλογίαι τῶν ἀρετῶν. vid. Valken. ad Eurip. Phœn. 1682. Loewe.

§. 16. ἄμεινον] ἄμεινον εἶναι, *conducere, prodesse*. Similiter βελτίον Alcibiad. ii. p. 188. E. ἅπερ οὐ βελτίον ἦν. p. 189. E. Æschin. Dialog. ii. 15. εἰ βελτίον εἴη πρὸς ὑγίειαν. Loewe.

IN HIPP. MINOR.

§. 10. γραμμάτων] Reddidi, *et in rhythmis, et in harmoniis, et descriptionum rectitudine:* in Græcis vulgatis habetur, καὶ γραμμάτων ὀρθότητος, id est, *litterarum rectitudine*. Sed ego διαγραμμάτων legendum puto. Nam et paulo ante διαγραμμάτων, id est, *tabularum ac descriptionum geometricarum*, meminit: et nihil adeo magni esset, tanto et tot artium cognitione præstanti sophistæ, Hippiæ, litterarum scribendarum rectitudinem attribuere. Cornar.

IN MINOEM.

§. 18. τί ἐστι ταῦτα] Videri posset scribendum τίνα ἐστι ταῦτα: sed particulam τι sic positam exemplo apud hunc ipsum scriptorem non carere dico; sicut exemplo non caret trajectio, qua hic utitur, ob quam post ἔροιτο interpungendum censeo, alioqui enim hic futurus erat verborum ordo, εἴτις ἡμᾶς ἔροιτο, τί ἐστι ταῦτα, ἃ ὁ τῷ σώματι ἀγαθὸς νομοθέτης τε καὶ νομοὺς διανέμων ἐπὶ τὸ σῶμα. Non minus fortasse verba hæc vocare implicita, quam trajecta possumus. Steph.

τὸ σῶμα αὐτῶν] Nihil hic invenio, quo pertinere possit genitivus αὐτῶν: ideoque malo scribere αὐτὸ ut in vet. Steph.

ᾐσχύνθημεν] In vet. est οὐκ ἂν αἰσχυνθεῖμεν: quam scripturam sequi necesse puto: quum οὐκ ἂν ᾐσχύνθημεν sonet, *non erubuissemus;* locus tamen postulet, ut dicatur, *non erubescamus;* quod significatur illis verbis οὐκ ἂν αἰσχυνθεῖμεν. Steph.

ἑαυταῖς] Non ἑαυταῖς sed ἐν αὐταῖς habet exemplar vet. [Bas. 2.] quam etiam lectionem esse genuinam puto, ut dicat Socrates, 'Atqui animis utriusque nostrum turpe fuerit comperiri ignaros eorum, quæ in ipsis sunt, in quibus suum et bonum et malum illis situm est: at quæ sunt corporis et aliarum rerum perspecta exploratague habere.' At Ficin. quum in lectione illa haberet τὰ μὲν ἑαυταῖς φαίνεσθαι μὴ εἰδυίας ita vertit hunc locum, quasi scriptum esset τὰ μὲν ἑαυταῖς ἀγαθὰ καὶ φλαῦρα φαίνεσθαι μὴ εἰδυίας, τὰ δὲ τοῦ σώματος etc. Vertit enim, *At turpe nimium utriusque nostrum animis est, si quæ sibi ipsis bona malave sunt, ignorare, quæ vero ad corpus et ad alia pertinent, cognoscere videantur.* Ita duo membra in unum commiscuit, ut aliquam interpretandi illius pro nominis ἑαυταῖς rationem iniret. Unde perspicere est, quanti sit momenti eorum etiam errorum, qui leves videntur, emendatio. Cæterum ideo pluralis αὐταῖς subjungitur, quod præcedat ψυχῇ ἡμῶν ἑκατέρου: nam hic singularis propter id, quod adjungitur, plurali ἰσοδυναμεῖ. Steph.

IN MENONEM.

§. 32. ἐπέμενε] In uno ex dialogis nothis, cui titulus est, Περὶ Ἀρετῆς, εἰ διδακτόν, idem narratur, ac legitur ibi ἐπέβαινε γοῦν ἐπὶ τὸν ἵππον ὀρθὸς ἑστηκώς: sed tamen sequitur ibi quoque genitivus pluralis non singularis, καὶ ἠκόντιζεν ἀπὸ τῶν ἵππων ὀρθός. Steph.

IN EUTHYDEMUM.

§. 7. *βλέψαντες*] Scribe *βλέψαντε*. Faehse.

§. 11. *ἀμήχανον*] Ficin. *inæstimabilem*. Contextus docet, hanc versionem a vero abhorrere textus sensu, agitur enim de sapientia ea, quæ difficile deteegatur atque eruatur. Id quod etiam ex invocatione Musarum apparet. Faehse.

§. 44. *τραποίμεθ' ἂν ἔτι*] Equidem *ποτὲ* legendum censeo, quod, ut Romanorum *tandem*, a Græcis in simili rerum societate addi solet. Faehse.

IN CRATYLUM.

§. 29. *Κρόνου*] Etym. M. v. *Κρόνος*: *Ὁ Κρόνος τῆς νοερᾶς ζωῆς ἐστι δοτὴρ, Κόρος ὢν τοῦ νοῦ· μᾶλλον δὲ κορὸς νοῦς καὶ καθαρός.* Heind. in Addend.

§. 33. *δαήμονες*] Dele in notis verba 'Odyss. Θ.—*Ἄθλων.*' Heind. in Addend.

§. 37. *φυσέχην*] Etymol. M. p. 819. 34. *ψυχὴ—παρὰ τὸ ψύχω τὸ ζωογονῶ, φυσιοχή τις οὖσα, ἡ τὴν φύσιν συνέχουσα*, unde h. l. *φυσιοχὴν* pro *φυσέχην* reponendum monet Schneider. Illud sane verborum, quæ ducuntur *ἀπὸ τοῦ ἔχειν*, similitudo requirit. Nam ex prægresso *ὀχεῖ* nihil ego de verbi scriptura existimem propter illa, quæ attuli ad §. 22. not. 3. Heind. in Addend.

§. 45. *Ἥραν*] Hinc, monente Schneidero, Athenagoras Legat. p. 83. *Ἥρα ὁ ἀὴρ, καὶ τοῦ ὀνόματος, εἰ αὐτῷ αὐτῷ ἐπισυνάπτοιτο, συνεκφωνουμένου.* Conf. Rossi Comment. Laert. p. 156. Heind. in Addend.

§. 49. *ἐθελήμονα*] Monet Schneider. priorem etymologiam a Dorico vocabulo *λῆν* ductam in Etym. M. p. 564. Aristarcho adscribi; ibidem vero quum paullo ante hæc legantur, *ὁ μὲν Πλάτων φησὶν ἐλεητώ· ἐλεήμων γὰρ ἡ θεὸς καὶ πρᾳεῖα καὶ πάντας ἐλεοῦσα*, videri aliqua Platonis contextu excidisse. Buttmanno profecta hæc videntur a grammatico, qui in Platone suo pro *ἐθελήμονα* scriptum repererit *ἐλεήμονα*. Heind. in Addend.

§. 63. *αὐτὸ ἀγαστὸν*] Cum *πᾶν* et *τὶ αὐτὸ* sibi opponantur, pro *αὐτὸ* est scribendum *αὐτοῦ*, ut paulo post: *Ὅσοι γὰρ ἡγοῦνται τὸ πᾶν εἶναι ἐν πορείᾳ, τὸ μὲν πολὺ αὐτοῦ ὑπολαμβάνουσι τοιοῦτόν τι εἶναι, οἷον—.* Recte itaque Ficin. *Est igitur non omne velox, sed ipsius aliquid.* Faehse.

§. 74. *ζυγὸν*] *δυογὸν* in *δυαγὸν* mutare jubet Schneiderus ex Etym. M. p. 411. *Ζυγὸς παρὰ τὸ δύο ἄγειν δυαγὸς, καὶ ἐν συγκοπῇ δυγός καὶ ζυγός.* Heind. in Addend.

IN THEAGEN.

§. 5. *ὁρᾷς*] Vel in totum redundat, vel pro ipso legendum est *ἄρα*, expletiva particula, significans *δὴ*, id est, *sane*. Cornar.

ἔσεσθαι] Postrema verba, *ἐξ ὧν ἐγὼ δύναμαι ἔσεσθαι*, nullam sententiam exhibent, et manuscriptus Codex *ἔρεσθαι* æque falso et nulla commoda sententia habet. Ego itaque aut *οἴεσθαι* puto legendum esse, id est, *arbitrari* et *censere*, ut respondeat verbo præcedenti *δοκεῖς·* aut *αἴσθεσθαι*, ut sit sententia, quam ego expressi. Cornar.

§. 12. *υἱὸς τοῦ*] In vulgatis falso *υἱὸς* legitur, pro *υἱοῦ*. Et mox, *τὸν Μελησίου, υἱοῦ*, ubi vulgo *υἱὸν* falso legitur pro *υἱοῦ*. Quod autem Aristides hic, de quo Socrates loquitur, patrem habuerit Lysimachum, et avum Aristiden, quod Thucydidæ pater fuerit Melesias, et avus Thucydides, clarum est ex Lachetis principio. Cornar.

IN HIPP. MAJOR.

§. 8. *παισὶν ὡς βελτίστους γενέσθαι*] Genio linguæ Græcæ convenientius: *ὡς βελτίστοις*. Sic in Lach. *ὑπακούσῃ τι, καὶ ξυμπροθυμήσῃ, ὡς βελτίστοις γενέσθαι τοῖς μειρακίοις*. 200. D. in Ion. *Τὸ γὰρ ἅμα—καὶ ὡς καλλίστοις φαίνεσθαι*. 530. B. et in de Republ. l. ix. *καὶ πάνυ δοκοῦσιν ἡμῶν ἐνίοις μετρίοις εἶναι*. 572. B. et in hoc dialogo p. 289. E. *Τὸ γὰρ ὀρθῶς λεγόμενον ἀνάγκη αὐτῷ ἀποδέχεσ-*

θαι· ἢ μὴ ἀποδεχομένῳ, καταγελάστῳ εἶναι. et p. 32. ἀνάγκη αὐτοῖς μεγάλοις εἶναι. FAEHSE.

§. 23. ὅπου ἂν προσγένηται] Forte Ficinus, qui vertit, *quibuscunque adhæret*, legit ὅτῳ. FAEHSE.

IN CLITOPHONT.

§. 2. ἀμελεῖτε καὶ] Converti, *Filiorum autem, quibus eas tradetis, quo illis juste uti sciant, curam negligitis:* in Græcis legendum est, τῶν δ' υἱέων οἷς ταῦτα παραδώσετε, ὅπως ἐπιστήσονται χρῆσθαι δικαίως τούτοις, ἀμελεῖτε, καὶ οὔτε κ. λ. In vulgatis desunt verba ἀμελεῖτε, καί. CORNAR.

§. 3. παραδόντι] *Licet ergo mentis, velut navis, gubernacula alteri commendare:* Græce legendum, ἔστιν ἄρα, καθάπερ πλοίου, παραδιδόναι τὰ πηδάλια τῆς διανοίας ἄλλῳ. Vulgati codices παραδόντι falso pro παραδιδόναι. CORNAR.

§. 5. ἐρεῖ] *Verum dic id, ad quod hæc omnia tendunt, quod proprium est unicuique arti: velut in arte fabrili, recte et bene et decore, positum esse dices in eo, ut instrumenta lignea fiant, quæ sane non sunt ipsa ars:* Græca ita legenda sunt, ἀλλὰ πρὸς ὅ, τι ταῦτα πάντα τείνει, ἐρεῖς τὸ ἴδιον ἑκάστῃ τέχνῃ, οἷον τῇ τεκτονικῇ, τὸ εὖ, τὸ καλῶς, τὸ δεόντως, ὥστε τὰ ξύλινα φήσεις σκεύη γίγνεσθαι, ἃ δὴ οὐκ ἔστι τέχνη κ. λ. CORNAR.

IN REPUB.

I. §. 15. παρεβάλλομεν τῷ φύλακι] Levi sed necessaria mutatione pro φύλακι scribendum esse videtur σκύλακι, uti patet ex verbis paulo supra οἴει τι διαφέρειν φύσιν γενναίου σκύλακος εἰς φυλακὴν νεανίσκου εὐγενοῦς. GROEN-VAN-PRINSTERER in Prosopograph. Platonic. p. 209.

V. §. 4. οὐ μὰ τὸν Δία] Ita demum illud οὐ μὰ τὸν Δία aptum est, si aut rogatus quid negat aliquis, aut alterius negationem negatione sua confirmat, ut Rep. x. p. 605. E. ἦ καλῶς οὖν—οὗτος ὁ ἔπαινος ἔχει—; Οὐ μὰ τὸν Δί', ἔφη, οὐκ εὐλόγῳ ἔοικε. Itaque verba sic puto ordinanda: ταῦτ'—τροφήν· οὐ γὰρ εὐκόλῳ ἔοικεν. Οὐ μὰ τὸν Δία, ἔφη. Οὐ γὰρ, εἶπον, ἀ. δ. ὦ. ἐ. Item viii. p. 535. C. non ut interrogatus erat, respondet: legitur ibi: τίνι τρόπῳ οἴει τά τε τοῦ σώματος ἐθελήσειν τινὰ διαπονεῖν, καὶ τοσαύτην μάθησίν τε καὶ μελέτην ἐπιτελεῖν; Οὐδένα, ἢ δ' ὅς, ἐὰν μὴ παντάπασιν ᾖ εὐφυής· at manifesto requiritur, τίνι—; Οὐδένι. Tum viii. p. 554. B. scribendum puto: ἢ οὐχ οὕτος ἂν εἴη ὁ τῇ τοιαύτῃ πολιτείᾳ ὅμοιος; Ἐμοὶ γοῦν, ἔφη, δοκεῖ. χρήματα γοῦν μάλιστα ἔντιμα τῇ τε πόλει καὶ παρὰ τῷ τοιούτῳ. Duplex enim illud γοῦν longe facilius feram, quam, uti vulgo legitur, ἔμοιγ' οὖν: ut non sit, *mihi igitur—mihi quidem:* sed, ut Ficinus vertit, *mihi certe, mihi—quidem.* Etiam subveniendum est Glauconi Rep. ix. p. 582. C. ubi, perperam interrogatus, ne potest quidem recte respondere: Τί δὲ τοῦ φιλοτίμου; ἆρα μᾶλλον ἔμπειρός ἐστι τῆς ἀπὸ τοῦ τιμᾶσθαι ἡδονῆς, ἢ ἐκεῖνος τῆς ἀπὸ τοῦ φρονεῖν; Ἀλλὰ τιμῇ, ἔφη—πᾶσιν αὐτοῖς ἕπεται. Quæritur enim ibi, uter, non de sua cujusque, sed de alterius quisque voluptate rectius possit judicare: quod cum ex toto loco perspicuum est, tum ex verbis: πότερον ὁ φιλοκερδὴς, μανθάνων αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν οἷόν ἐστιν, ἐμπειρότερος δοκεῖ σοι εἶναι τῆς ἀπὸ τοῦ εἰδέναι ἡδονῆς, ἢ ὁ φιλόσοφος, τῆς ἀπὸ τοῦ κερδαίνειν; ibid. A. quibus convenienter verba in l. l. transponenda existimo et scribendum: τί δ. τ. φ.; ἆρα μᾶλλον ἔμπειρός ἐστι τῆς ἀπὸ τοῦ φρονεῖν ἡδονῆς, ἢ ἐκεῖνος τῆς ἀπὸ τοῦ τιμᾶσθαι; Nisi enim locus sic constituatur, Socrates, quod Socraticum non est, ineptit. Sed neque hic Platonis culpa factum est, neque in vicinia, p. 579. A. Legitur ibi: Οὐκοῦν ἀναγκάζοιτο ἄν τινας ἤδη θωπεύειν αὐτῶν τῶν δούλων, καὶ ὑπισχνεῖσθαι πολλὰ, καὶ ἐλευθεροῦν, οὐδὲν δεόμενος; καὶ κόλαξ αὐτὸς ἂν θεραπόντων ἀναφανείη; Scilicet hero quidem illi, de quo sermo est, servorum ministerio magis etiam quam in urbe; his vero nihil opus fuit manumissione, utpote reapse solitudinisque opportunitate libertatem jam adeptis. Itaque literam arbitror addendam (quod, dummodo, in re tam manifesta, auctoritate sit utendum, Ficini versio indicat, *cogetur—multa polliceri, et, licet nihil fuerit opus, eos tamen manumittere;*) et pro δεόμενος scribendum esse δεομένους. GROEN-VAN-PRINSTERER in Prosopograph. Platonic. p. 209—211.

IN EPISTOL.

VIII. p. 353. C. ed. Steph. δίκας τὰς μὲν ἔχει] Ficinus vertit, *habet quidem sceleris sui judices, unde et pœnas persolvat*—quocum facio et lego δικαστὰς μὲν ἔχει, restituoque δίκας δὲ τινέτω. FAEHSE.

IN DEMODOC.

§. 1. τοῖς ἐπισταμένοις] Legendum est τοῖς οὐκ ἐπισταμένοις. CORNAR.

§. 3. οὕτος—διδάξειν] Legendum est οὕτως διδάξειν. CORNAR. [Steph. tacite οὕτως.]

§. 4. ὧν γὰρ ὁ ἕτερος—οὗτοι—δῆλον ὅτι—] Legendum est ὃ γὰρ ὁ ἕτερος, τοῦτο—δῆλον ὅστις. CORNAR.

§. 5. βέλτιον χρήσεσθαι] *Melius usuros esse, inquit, putas aliquos dum audiunt, recte ne dicentem et cupientem, aut peccantem? Recte dicentem, inquit. At ille non recte cupere tibi videbatur? Etiam, inquit:* in Græcis vulgatis lectio manca, ita restituatur, βέλτιον δὲ χρῆσθαι, ἔφη, οἴει τινὰς ἀκούοντας ὀρθῶς λέγοντος καὶ ἀξιοῦντος, ἢ ἁμαρτάνοντος; ὀρθῶς λέγοντος, ἔφη. ὁ δέ γε οὐκ ὀρθῶς ἀξιοῦν ἐδόκει σοι; ναὶ, ἔφη. Et ad finem, *Quid vero? si non magis familiaribus credere oportet, quam quibusvis etc.* Græce legendum, τί δὲ, εἰ μὴ μᾶλλον τοῖς οἰκείοις πιστεύειν δεῖ, ἢ τοῖς τυχοῦσιν κ. λ. In vulgatis deest particula μή. Habent etiam vulgati codices εἰπεῖν aliquoties pro εἶπεν. CORNAR.

ΤΙΜΑΙΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ

ΛΕΞΙΚΟΝ

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΠΑΡΑ

ΠΛΑΤΩΝΙ ΛΕΞΕΩΝ.

TIMÆI SOPHISTÆ

LEXICON

VOCUM PLATONICARUM.

EX CODICE MS. SANGERMANENSI NUNC PRIMUM EDIDIT,
ATQUE ANIMADVERSIONIBUS ILLUSTRAVIT

DAVID RUHNKENIUS.

SCHOLIA

COLLATA AD CODICES

ℵABFΞ.

SCHOLIA

IN PHÆDRUM.

Vol. III. p. 227. [Steph. Ed.] *Φησὶν Ὀλυμπιόδωρος ἐν τῷ εἰς τὸν πρῶτον Ἀλκιβιάδην ὑπομνήματι, ὡς πρῶτος ὁ Φαῖδρος διάλογος τῷ Πλάτωνι γέγραπται. Ὁ Λυσίας οὗτος ῥήτωρ ἦν. Ἀκουμενῷ*] *ἰατρὸς οὗτος ἦν. Ὅτι δρόμοι τόποι τινὲς ἦσαν, ὅπου ἔτρεχον οἱ νέοι. ἐκείνων οὖν τῶν ἐν τοῖς δρόμοις γυμνασίων ἀκοπώτεροι οἱ περίπατοι, ὡς κατὰ σχολὴν καὶ κατὰ βραχὺ γυμνάζοντες καὶ τὰς ἀναπαύλας αὐτοῦ πλησίον ἔχοντες· ὅτε γάρ τις βούλεται, δύναται καθέζεσθαι. Μορυχίᾳ*] *τῇ ἀπὸ Μορύχου. Μόρυχος δὲ γάστρις τις ἄνθρωπος, ὃν καὶ ἡ κωμῳδία ὡς γαστρίμαργον διαβάλλει. ἐν τῇ τοῦ τοιούτου οὖν οἰκίᾳ τὸν ἀκόλαστον Λυσίαν προσμένειν εἰκός. Τῶν λόγων εἰστία*] *Ἀττικὴ ἡ σύνταξις . . . . μέρους λέγειν. Ἀττικοὶ γοῦν καὶ ἔφαγον τοῦ ἄρτου φασίν, οὐ τὸν ἄρτον, καὶ ἔπιον τοῦ οἴνου, ἀλλ' οὐ τὸν οἶνον. οὕτως οὖν καὶ ἐνταῦθα εἰστία ὑμᾶς τῶν λόγων. τὸ κοινὸν εἰστία ὑμᾶς τοῖς λόγοις. ὅσοι δὲ λείπειν φασὶ τὴν διά πρόθεσιν, ἵν' ᾖ εἰστία ὑμᾶς διὰ τῶν λόγων, οὐ κατὰ σκοπὸν βάλλουσιν. Α. Ἀσχολία ἡ περὶ τὰ ἀνθρώπινα πράγματα διατριβὴ καὶ τὸν θνητὸν βίον περιολκή. σχολὴ γὰρ ἡ ἀπόθεσις τούτων καὶ ἀνθολκὴ ἐπὶ τὸ νοερώτερον καὶ καθαρώτερον. διὸ καὶ σχολαστικὸς λέγεται κατὰ τὴν εἰς ἑαυτὸν στροφὴν ἢ ἀπόθεσιν τῶν ἀνθρωπίνων, ὡς καὶ Ἀριστοτέλης φησίν. Τὸ πειρώμενον παθητικῶς ἀκουστέον, ἀντὶ τοῦ πειραζόμενον παρά τινος, τουτέστι προσπαιζόμενον καὶ προσβαλλόμενον. τὸ δὲ κεκόμψευται, ὅτι πάντα τὰ ἔνυλα κομψὰ καὶ ἀπατηλά. Τὸ χαριστέον ἐστὶν ἢ τὸ διδόναι τί τινι χωρὶς ἀντιδόσεως, ἢ τὸ ἐν λόγοις τινὶ ὑποκλίνεσθαι, ἢ ὡς νῦν, τὸ πρὸς Ἀφροδίσιον ἑαυτὸν συνουσίαν ἐπιδιδόναι τινί. Ὅτι Ἡρόδικος Σηλυμβριανὸς ἰατρὸς ἦν καὶ τὰ γυμνάσια ἔξω τείχους ἐποιεῖτο, ἀρχόμενος ἀπό τινος διαστήματος οὐ μακροῦ ἀλλὰ συμμέτρου, ἄχρι τοῦ τείχους, καὶ ἀναστρέφων.*

228. *Κατὰ σχολὴν*] *ἐπ' αὐτὸ τοῦτο, ἢ ἐν εὐκαιρίᾳ. Οὐδέτερα*] *τὸ Σωκράτη καὶ Φαῖδρον ἀγνοεῖν καὶ ἑαυτοῦ ἐπιλελῆσθαι. Ἐκεῖνος*] *κατ' ἀποστροφὴν πρὸς Φαῖδρον ὁ λόγος, ὡς δῆθεν μὴ ἐκεῖσε παρόντος*

αὐτοῦ. Συγκορυβαντιῶντα] συνενθουσιῶντα. Τάχα πάντως] . . ταχέως οὐ . . καὶ εἰκαστικῶς διὰ τοῦ τάχα, καὶ βεβαιωτικῶς διὰ τοῦ πάντως. Ἀμωσγέπως] ὁπωσδήποτε, ἐν γέ τινι, καθ' ὁντιναοῦν τρόπον. Ὦ φιλότης] ἀντὶ τοῦ ὦ φίλε, ἀπὸ τῆς διαθέσεως τὸ διακείμενον καλῶν.

229. Ἀγραίας Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἵδρυσαν Ἀθηναῖοι διὰ τὸ ἔφορον εἶναι παντὸς τοῦ ἀγρίου τὴν θεὸν καὶ πᾶν τὸ ἄγριον καὶ ἀνήμερον καταστέλλειν. Ἀρείου πάγου] δικαστήριον Ἀθήνῃσιν ἐν ἀκροπόλει οὕτω καλούμενον, πάγος μὲν ὅτι ἐν τόπῳ ὑψηλῷ τοῦτο, Ἄρειος δὲ παρ' ὅσον οἱ φόνοι ἐκεῖσε ἐκρίνοντο, ὁ δὲ Ἄρης τούτων ἔφορος ἦν. ἢ ὅτι τὸ δόρυ ἔπηξεν ἐκεῖσε, ὁπότε δίκην ἔλαχε πρὸς Ποσειδῶνα, τὸν τούτου υἱὸν Ἁλιῤῥόθιον ἀνελών, ὃς Ἀλκίππην ἐβιάσατο τὴν Ἄρεος αὐτοῦ καὶ Ἀγραύλου τῆς Κέκροπος θυγατέρα. Γράμμα] ἐπίγραμμα τὸ γνῶθι σαυτόν, ἐπὶ τοῦ προπυλαίου τοῦ ἐν Δελφοῖς ἱεροῦ γεγραμμένον. Δελφοὶ δὲ πόλις ἐπὶ τῷ Παρνασσῷ πρὸς τῇ Φωκίδι.

230. Τυφὼν Γῆς καὶ Ταρτάρου υἱός, γεννηθεὶς ἐν Σικελίᾳ, εἶδος ἔχων συμμιγὲς ἀνδρὸς καὶ θηρίων. τεθυμμένον δὲ οἱονεὶ ὑπὸ πυρὸς ἐκκεκαυμένον ἢ βεβλαμμένον. Ἅγνος φυτόν τι θαμνῶδες, ἥ ἐστιν ἡ λύγος. Ἀχελῶος ποταμὸς Αἰτωλίας.[1]

234. Δαιμονίως] πανούργως, δολίως, κεκρυμμένως. Γάννυσθαι] φαιδρύνεσθαι, χαίρειν, διαχεῖσθαι. Συνεβάκχευσα] σὺν σοὶ ἐπὶ τὸ κρεῖττον παρήλλαξα. Φιλίου] τοῦ τὰ περὶ φιλίας ἐπισκοποῦντος.

235. Σαπφὼ λυρικὴ ποιήτρια, Σκαμανδρωνύμου, Μιτυληναία. Ἀνακρέων δέ, καὶ οὗτος λυρικὸς ποιητής, Σκυθίνου ἢ Παρθενίου, Τήϊος. Οἱ ἐννέα ἄρχοντες, κατ' ἐνιαυτὸν καθιστάμενοι, ὤμνυον μὴ παρανομήσειν, εἰ δὲ φωραθεῖεν, ἐκ καταδίκης τῷ Ἀπόλλωνι πέμπειν εἰκόνα χρυσῆν, ἐπὶ καταδίκῃ μὲν τοῦ ἄρχοντος, χαριστήριον δὲ τῷ θεῷ παρὰ Ἀθηναίων. Σωκράτει γοῦν ὑπισχνεῖται Φαῖδρος, εἰ καλλίω λόγον εἴποι Λυσίου, καθάπερ οἱ ἄρχοντες, εἰκόνα καὶ αὐτοῦ καὶ Σωκράτους χρυσῆν εἰς Δελφοὺς τῷ Ἀπόλλωνι ἀναθήσειν. ΕΙΣ ΤΟ ΑΥΤΟ. ὁ πολέμαρχός ἐστιν ἄρχων ᾧ κατηγγύων τοὺς ξένους· ἔστι δὲ ὥσπερ λοχαγὸς τοῦ βασιλέως, ὃς καὶ ἀπόντος αὐτοῦ ἐπιμελεῖται τῶν κατὰ τὴν πόλιν. ὁ δὲ βασιλεὺς μυστηρίων προνοεῖται καὶ τὰς θυσίας τὰς πατρίους διοικεῖ. ἄρχων δέ ἐστιν ὁ ἐπώνυμος τοῦ ἐνιαυτοῦ. οἷς πᾶσι καὶ ἑορταὶ καὶ θεοὶ οἷς θύουσι καὶ δίκαι τινὲς ἀπονέμονται. οἱ δὲ θεσμοθέται ἓξ εἰσι τὸν ἀριθμόν, ἀφ' ὧν καὶ ὁ τόπος, ὅπου συνήεσαν καὶ ἐσιτοῦντο, θεμίστιον[2] ἐκαλεῖτο. εἶχον δὲ ἐξουσίαν τοῦ ὑπογράψαι τὰ δικαστήρια, καὶ τὰς εἰσαγγελίας εἰσῆγον καὶ τὰς χειροτονίας καὶ προβολὰς καὶ γραφὰς παρανόμων καὶ ἄλλων τινῶν.

236. Τοιαῦτα καὶ τοιούτων περὶ τῶν ἀναγκαίων φησίν, ὧν τὴν εὕρεσιν ἡ φύσις πορίζει, τὴν δὲ διάθεσιν ἡμεῖς· παρ' ἣν καὶ ἔπαινος ἢ

[1] Apud Hermiam p. 76, 16 Ast. lege cum D,
οὐπώποτ' ἠράσθης, Γέτα ;
οὐ γὰρ ἐνεπλήσθην
φησίν . . οἱ δὲ ἁπλῶς ἀστεῖον, ὡς Εὐκλείδης, φιλίας λέγων —.

[2] Immo θεσμοθετεῖον aut quod infra est (ad Protagor. p. 202, 12.) θεσμοθέσιον.

ψόγος ἐστὶν ἡμῖν. τῶν δὲ μὴ ἀναγκαίων λέγει τῶν χρησίμων, ὧν καὶ ἡ εὕρεσις καὶ ἡ διάθεσις ἐξ ἡμῶν· παρ' ἃς δὴ καὶ ἐπαινούμεθα ἢ ψεγόμεθα. οἷον ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ Λυσίᾳ καὶ Σωκράτει καὶ πᾶσι τοῖς κατὰ φύσιν ἔχουσι τὸ λέγειν ὡς ὁ ἐρῶν ἀκόλαστον ἔρωτα μαίνεται, ὁ δὲ μὴ τοῦτον ἐρῶν σωφρονεῖ. ἡ δὲ περὶ τούτου διάθεσις ἐπαινετὴ Σωκράτους, ὅτι ἀληθής, Λυσίου δὲ οὔ· κατὰ προσποίησιν γάρ. Κύψελος Περιάνδρου πατὴρ ἦν, οὗπερ οἱ υἱεῖς Κορίνθου τύραννοι γεγονότες ὑπὸ Κορινθίων κατελύθησαν. ηὔξαντο οὖν οὗτοι, εἰ πάλιν τὴν ἀρχὴν ἀνακτήσαιντο, χρυσοῦν ἀνδριάντα τῷ θεῷ ἀναθήσειν ἐν Ὀλυμπίᾳ ὁλόσφυρον. οἳ δὴ κρατήσαντες Κορίνθου ἀνέθεσαν ἐκεῖσε μέγιστον ἄγαλμα χρυσοῦν τοῦ Διός. Ὀλυμπία δέ ἐστι τόπος τις κατὰ τὴν Πελοπόννησον, ἐν Πίσῃ πόλει τῆς Ἤλιδος χώρας, ἔνθα τὰ Ὀλύμπια καὶ ἀγὼν πενταετηρικὸς Μουνυχιῶνος μηνὸς ἤγετο τῷ Διί, ἐν οἷς κοτίνου στέφανος ἆθλον ἐδίδοτο τῷ νικήσαντι. τινὲς δ' οὐ κότινον, ἀλλ' ἐκ τῆς λεγομένης καλλιστεφάνου ἐλαίας. διαφέρει δὲ κότινον ἐλαϊκὸν ἀγριελαίας. ἤγετο δὲ καὶ κατ' ἐνιαυτόν, ἅπερ ἐλάττω ἐκάλουν. Σφυρήλατος] δι' ὅλου βάθους ναστός. Εἰς τὰς ὁμοίας λαβὰς] ἀπὸ μεταφορᾶς εἴρηται τῶν παλαιόντων, οἳ τοῦ ἀφωρισμένου αὐτοῖς πρὸς τὸ παλαίειν τόπου ὁπότε ἐκπέσοιεν, εἶτα ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ καὶ τόπου καὶ σχήματος εἰ πάλιν ἔλθοιεν, εἰς ὁμοίας ἐληλυθέναι λέγονται λαβάς, ὡς καὶ νῦν ὁ Σωκράτης εἰς τὴν αὐτὴν τῷ Φαίδρῳ περιῆλθε προσποίησιν τοῦ μὴ δύνασθαι λέγειν. Τῶν κωμῳδῶν] ἔθος ἦν αὐτοῖς τὸ τοῖς ἐρωτῶσιν, οἷον δέδωκας μοι τόδε, πάλιν τὸ αὐτὸ λέγειν τοὺς ἀποκρινομένους, δέδωκας μοι τοῦτο. οὕτως οὖν καὶ πρὸς Σωκράτη Φαῖδρον εἰπεῖν, ὡς εἰ ἐγὼ Σωκράτην ἀγνοῶ, καὶ τὰ ἑξῆς.

237. Ἔθνος τι ἠπειρωτικὸν τῶν ἑσπερίων τὸ Λιγύων οὕτω μουσικώτατον εἶναι φασίν, ὡς καὶ μηδ' ἐν τοῖς πολέμοις πανστρατιᾷ μάχεσθαι, ἀλλὰ τὸ μέν τι τοῦ στρατεύματος ἀγωνίζεσθαι, τὸ δὲ ᾄδειν πολεμοῦντος τοῦ λοιποῦ. Αἰμύλος] ποικίλος, πυκνός, πανοῦργος, δολερός· καὶ αἰμυλία ἀσινότητος[1] ἐπίχαρις.

240. Ἥλικα] εἴρηται μὲν ἐνταῦθα τῷ Πλάτωνι οὕτως· ἥλικα γὰρ καὶ ὁ παλαιὸς λόγος τέρπειν τὴν ἥλικα. τὸ δὲ τέλειον ἔχει

ἥλιξ ἥλικα τέρπε, γέρων δέ τε τέρπε γέροντα,[2]

ὥς φησι καὶ ὁ Ξενοφῶν γεροντοκόμικα.

[b] Ἄγαλμα] Ἀγάλλειν proprie est *nitidum reddere, sic aliquid exornare, ut oculos grata sui specie exhilaret:* quam notionem pulcre, ut omnia, explicat Hemsterhus. ad Thomam Mag. in v. Lexicon Sangerm. Ms. Ἀγῆλαι. τιμῆσαι θεὸν, ἀγλαΐσαι. ἔστι δὲ ἡ λέξις τῶν πάνυ Ἀττικῶν. καὶ Ἀγήλω, καὶ Ἀγαλοῦμεν ἐρεῖς, καὶ Ἤγαλε, καὶ Προσαγαλεῖ τὸν θεὸν, ἀντὶ τοῦ, εὔξεται καὶ τιμήσει. καὶ Ἄγω, ἀντὶ τοῦ, τιμῶ. τό, τε οὖν Ἄγειν, καὶ τὸ Ἀγῆλαι, Ἀττικά. ἀλλὰ τὸ μὲν Ἄγειν πολιτικόν· τὸ δὲ Ἀγῆλαι κωμῳδικὸν, καὶ ἐγγὺς γλώττης. Φεύγειν μὲν οὖν χρὴ τὸ τῶν γλωττῶν, εἰδέναι δὲ, εἰ ἦ ἀρχαῖα φωνὴ, καὶ σπουδὴ σεμνότητος λόγων, χρήσαιο τῷ τοιούτῳ χαρακτῆρι τῶν ὀνομάτων, φησὶν ὁ Φρύνιχος. (scilicet in Apparatu Sophistico pleniore, quam nunc superest.) Εὔπολις δὲ τῷ Ἀγῆλαι ἐχρήσατο ἐν Δήμοις· Ἀναθῶμεν νῦν χ᾽ ἡμεῖς τούτοις τὰς διττὰς εἰρεσιώνας, Καὶ προσαγήλωμεν ἐπελθόντες. Ἀριστοφάνης· (Pace 395. ubi vide Berglerum) Καί σε θυσίαισιν ἱεραῖσι, προσόδοις τε μεγάλαισι ἰδίᾳ πάντες, ὦ Πότνια, ἀγαλοῦμεν ἡμεῖς ἀεί. Ἕρμιππος Ἀρτοπώλισι· Φέρε νῦν ἀγήλω τοὺς θεοὺς, οἵους ἐγὼ, καὶ θυμιάσω τοῦ τέκνου σεσωσμένου. Θεόπομπος Πηνελόπῃ· Καί σε τῇ νουμηνίᾳ Ἀγαλματίοις ἀγαλοῦμεν ἀεὶ καὶ δάφνῃ. E Comicorum testimoniis, ab hoc Grammatico allatis, quædam sunt apud Suid. Etymol. M. in v. et Scholiast. ad Euripid. Med. 1027. ex quo in Hermippi fragm. legendum est: Φέρε νῦν ἀγήλω τοὺς θεοὺς ἰοῦσ᾽ ἔσω. Vide Kusterum in Addendis ad Suid. v. Ἀγῆλαι. Idem Scholiastes Phrynichum de hoc verbo laudat, non Comicum, ut viri docti putarunt, sed Atticistam, ut nunc e Grammatico Ms. intelligitur. Ἀγαλοῦμεν ex Aristophane, vel Theopompo habet Suidas v. Ἄγανον· Ἀγαλοῦμεν, ἀντὶ τοῦ, κοσμήσομεν. Sic enim scribendum. Prave editur Ἀγανοῦμεν. Sed nimis diu nos tenuit Glossa Grammatici Sangerm. Vim verbi ἀγάλλειν retinet inde ortum ἄγαλμα, recteque adeo ab antiquis Grammaticis exponitur καλλώπισμα πᾶν, ἐφ᾽ ᾧ τις ἀγάλλεται καὶ χαίρει. Qua sola notione ab Homero positum esse, vere monet Eustath. ad Od. Γ. p. 1467. Insignis locus est Suidæ: Ἀγάλματα. πάντα τὰ κόσμου τινος μετέχοντα. Ὅμηρος· βασιλῆϊ δὲ κεῖται ἄγαλμα. καὶ Ἡσίοδος τὸν ὅρμον ἄγαλμα καλεῖ. Πίνδαρος δὲ τὴν ἐπὶ τάφου στήλην οὕτω καλεῖ. Εὐριπίδης τὸν ἐπὶ νεκροῖς κόσμον. Alcæus apud Athen. xiv. p. 627. B. galeas vocat ἀνδρῶν ἀγάλματα. vetus

scriptor ap. Eustath. ad Od. Θ. p. 1608. stellas ἀγάλματα νυκτός· plane ut Moschus Eidyll. vii. 2. Ἔσπερε, κυανέας ἱερὸν φίλε νυκτὸς ἄγαλμα. Tragici sæpe liberos dicunt parentum ἀγάλματα, *delicias, oblectamenta*, ut Euripides Supplic. 367. ubi vide Marklandum. Charito i. p. 1. Καλλιῤῥόην, ἄγαλμα τῆς ὅλης Σικελίας. ubi plura Dorvillius. Sed, quoniam in statuis præcipuum ornamentum est, ἄγαλμα proprie de his usurpari cœpit. Plato Menon. p. 23. F. Ὅτι τοῖς Δαιδάλου ἀγάλμασιν οὐ προσέσχηκας τὸν νοῦν. Phileb. p. 83. F. ὡς ἔστι τινῶν ποιμένων ἔργον τὸ καθορώμενον ἄγαλμα. Charm. p. 236. A. ἀλλὰ πάντες ὥσπερ ἄγαλμα ἐθεῶντο αὐτόν. quod imitando sic expressit Julianus Or. iii. p. 123. ἐπειδὴ πρῶτον εἰς ὕψιν ἐκείνης ἦλθον, ἐδόκουν μὲν ὥσπερ ἐν ἱερῷ καθιδρυμένον ἄγαλμα σωφροσύνης ὁρᾷν. item Synesius Epist. i. ὥσπερ ἀγάλμασιν ἐνατενίζειν τοῖς βρέφεσιν, ἀγαμένας τοῦ κάλλους. Sæpe veteres scriptores ἀγάλματα a *picturis* distinguunt, ut Empedocles apud Porphyr. de Abst. Anim. L. ii. p. 67. Plutarch. Lycurg. p. 43. B. Neque tamen perpetuum hoc discrimen est. Grammaticus Sangerm. Ms. Ἄγαλμα καὶ γραφὴν καὶ ἀνδρίαντα, ἀδιαφόρως. Ἀντιφάνης Ζωγράφῳ. quam glossam etiam Suidas prodit, sed resecta veteris Comici auctoritate. Euripid. Helen. v. 269. Anaxandrides apud Athen. xiv. p. 655. A. Inprimis autem frequens hujus vocis usus est de *donariis numini alicui consecratis*, et de *Deorum simulacris:* quem cum hic respexerit Timæus, nonnulla ex Platone exempla adscribamus. Protag. p. 198. B. καὶ ἐπεχείρει βωμούς τε ἱδρύεσθαι καὶ ἀγάλματα θεῶν. Sympos. p. 333. A. ἔνδοθεν ἀγάλματα ἔχοντες θεῶν. ibid. F. p. 335. G. Crit. p. 560. A. 562. F. ibid. G. πολλὰ δ' ἐντὸς ἄλλα ἀγάλματα ἰδιωτῶν ἀναθήματα ἐνῆν. Legg. xi. p. 682. G. ὡς οὐδὲν πρὸς θεῶν τιμιώτερον ἄγαλμα ἂν κτησαίμεθα πατρὸς, quæ cum exscriberet Pempelus apud Stob. p. 680. ξόανον pro ἄγαλμα ponere maluit. Legg. xii. p. 691. G. θειότατα δὲ δῶρα, ὄρνιθες τε καὶ ἀγάλματα, ὅσαπερ ἂν ἐν μιᾷ σωγράφος ἡμέρᾳ εἰς ἀποτελῇ. Vertit Cicero de Legg. ii. 18. 'Divinissima autem dona, aves, et formæ ab uno pictore uno absolutæ die.' Atque hic non est prætermittenda alia vocis vis, Platoni propria. Is enim *totam rerum creatarum universitatem* ἄγαλμα τοῦ θεοῦ vocat. Tim. p. 529. C. ὡς δὲ κινηθέν τε αὐτὸ καὶ ζῶν ἐνενόησε τῶν ἀϊδίων θεῶν γεγονὸς ἄγαλμα ὁ γεννήσας πατήρ. quod imitatus est Julian. Ep. 51. p. 434. Epinom. p. 701. H. ἢ γὰρ θεοὺς αὐτοὺς ταῦτα ὑμνητέον ὀρθότατα, ἢ θεῶν εἰκόνας, ὡς ἀγάλματα, ὑπολαβεῖν γεγονέναι, θεῶν αὐτῶν, αὐτῶν ἐργασαμένων. Proclus in Tim. L. i. p. 4. ii. p. 83. iv. p. 239. *Platonici* etiam *pulcri cujuslibet et summi boni cogitationem mente informatam* ἀγάλματος nomine designabant. Unde fluxit illud Juliani Or. viii. p. 247. καθέξομεν ἀλλήλους ἐν τοῖς ἑαυτῶν διανοίαις ἱδρυμένους ὥσπερ ἀγάλματα. item illud Synesii Epist. cxxiii. p. 259. τῆς ἱερᾶς σου καὶ γλυκείας ψυχῆς ἐπὶ μέσης καρδίας ἄγαλμα περιφέρω. Vide Dan. Heinsium ad Max. Tyr. Diss. xxxviii. p. 221. Philo inprimis Judæus tum aliis locis, quos Hesychii interpretes ad Tom. i. p. 30. indicarunt, tum T. ii. p. 577. ἀγαλματοφορεῖν et ἀγαλματοφόρους dixit eos, *qui veras rerum divinarum virtutisque species animo impressas gerunt.* Suidas: Ἀγαλματοφορούμενος, ἀγάλματα, ἤτοι τύπους τῶν νοηθέντων φέρων ἐν ἑαυτῷ. οὕτω Φίλων. Eadem loquendi ratio transiit ad scriptores ecclesiasticos, a quibus sæpe veri Fideles appellantur ἀγάλματα τοῦ θεοῦ, Ignat. Epist. ad Philipp. art. 13. et ἀγαλματοφορεῖν τὸν θεὸν Ἰησοῦν Χριστὸν, Euseb. Hist. Eccl. L. x. p. 470. ubi Henr. Valesium minus recte metaphoræ rationem a gentilium sacerdotibus, simulacre Deorum bajulantibus, repetere, monuit me perfectissimum illud sapientiæ et doctrinæ omnis ἄγαλμα, Ti. Hemsterhusius, quem mihi in his explicandis facem prætulisse, gratus agnosco. Gnostici quoque easdem locutiones frequentarunt. Vide Clem. Alexandrin. Strom. L. vii. p. 846. Obiter notemus, dubium videri, utrum in Hesychio pro Ἀτάλματα, παίγνια, scribi debeat, Ἀγάλματα, παίγνια. an vox repetenda sit ab ἀτάλλω, quod idem interpretatur σκιρτῶ. Euripides quidem canem dixit Ἑκάτης ἄγαλμα, ap. Plutarch. de Is. et Osir. p. 166. Ἑκάτης ἄγαλμα φωσφόρου κύων ἔσῃ. quod ego cum aliis *Hecatæ delicias* explicem, non *Hecatæ symbolum*, ut placet doctissimo Ignarræ de Palæstra Neap. p. 180. Euripidis versum, ut hoc etiam in transitu moneamus, suo more lusit Aristophan. ap. Eustath. ad Od. Γ. p. 1467. Καὶ κύων ἀκράχολος, Ἑκάτης ἄγαλμα φωσφόρου, γενήσομαι. Lexicon Sangerm. Ms. Ἄγαλμα Ἑκάτης. τὴν κύνα οὕτως εἴρηκεν Ἀριστοφάνης, διὰ τὸ ἐκφέρεσθαι τῇ Ἑκάτῃ κύνας. ἢ ὅτι καὶ αὐτὴν κυνοκέφαλον πλάττουσιν. εἰσὶ δὲ οἱ καὶ γενέσθαι αὐτὴν κύνα ἐν γυναικὸς κατ' ὀργὴν Ἀρτέμιδος, εἶτα ἐλεηθεῖσαν, πάλιν ὑπ' αὐτῆς ἀποκαταστῆναι· ἔπειτα ἐπὶ τοῖς πραχθεῖσιν αἰσχυνθεῖσαν, ἐκ τῆς ζώνης

Ἄγαμαι.[c] *ἀποδέχομαι, θαυμάζω ἄγαν.*
Ἀγείρουσαν.[d] *ὡς ἱερείαν περιερχομένην.*

ἀπάγξασθαι· τὴν δὲ Ἄρτεμιν περιελομένην τὸν ἑαυτῆς κοσμὸν περιθεῖναι αὐτῇ, καὶ Ἑκάτην προσαγορεῦσαι. Adde Hesych. in v. et Hemsterh. ad Lucian. D. M. p. 331. Sed de Hesychii loco, ut quisque voluerit, statuat. Illud nulla in controversia est, quin idem Glossographus per errorem exhibeat, Ἀπαλλητόν. θαυμαστόν. cum scribendum sit, Ἀγαλλητόν. Supra: Ἀγαλλητόν. ἐφ' ᾧ ἄν τις ἀγασθείη. Plus negotii alicui facessat, Ἀγαλμητόν. ἀσθενές. quod, vereor, ne depravatum sit ex Ἀπάλαμνον, vel, Ἀπαλάμητον. Infra: Ἀπάλαμνος. ἀσθενὴς, ἀμήχανος.

[c] Ἄγαμαι] Missis plurimis locis, ea tantum huc referamus, ex quibus constructionis ratio intelligatur. Menon. p. 22. F. Καὶ Γοργίου μάλιστα, ὦ Σώκρατες, ταῦτα ἄγαμαι. Parmen. p. 58. C. Τοῦτό γε σου καὶ πρὸς τοῦτο ἠγάσθην. Hipp. Maj. p. 100. B. καὶ νὴ τὴν Ἥραν ἄγαμαι σοῦ. Theæt. p. 114. C. πάνυ ἀγασθῆναι αὐτοῦ τὴν φύσιν. Protag. p. 203. G. ἀεὶ μὲν ἔγωγε σοῦ τὴν φιλοσοφίαν ἄγαμαι. p. 214. D. πολὺ μάλιστα ἄγαμαί σε. Euthyd. p. 216. H. ἀγασθέντες τῆς σοφίας αὐτοῖν. Gorg. p. 295. F. καὶ ἔγωγε κατ' αὐτὸ τοῦτο οὐκ ἄγαμαι Πῶλον. Semel cum ablativo rei constructum occurrit Sympos. p. 318. A. ἀλλὰ καὶ τὴν ἐκείνης ἀνεῖσαν ψυχὴν, ἀγασθέντες τῷ ἔργῳ. ut apud Xenophontem Cyrop. ii. p. 57. ὅταν τινὶ ἀγασθῶ τῶν στρατιωτῶν. Sic legunt Mss. et veteres Edd. confirmatque Suidas, locum laudans, v. Ἀγασθῶ. Recentiores libri, τινὰ ἀγασθῶ. Philostrat. de V. S. ii. 25. p. 611. ἠγάσθη αὐτῷ ἴσα τῷ πάππῳ. Sic reperi in Cod. Parisin. Sed alia manus αὐτὸν correxit. Lexicon Sangerm. Ms. Ἄγαμαι τούτου, Ἄγαμαι κεραμείων. Εὔπολις καὶ Ἀριστοφάνης. Ab ἄγαμαι est adverbium ἀγαμένως, quod, non perinde frequentatum, Hesychius θαυμαστῶς exponit. Phædone p. 389. E. ὡς ἡδέως καὶ εὐμενῶς καὶ ἀγαμένως τῶν νεανίσκων τὸν λόγον ἀπεδέξατο, *orationem mirifice probavit.* Atque ita capiendum esse, docet similis locus in Timæo p. 527. A. τὸ μὲν οὖν προοίμιον θαυμασίως ἀπεδεξάμεθά σου. Synes. Ep. c. p. 239. ταύτην ἀνέγνων ἡδέως ἅμα καὶ ἀγαμένως. ubi *cum admiratione* vertendum esse, quæ sequuntur ostendunt: ὠφείλετο γὰρ τὸ μὲν, (ἡδέως) τῇ διαθέσει τῆς ψυχῆς· τὸ δὲ, (ἀγαμένως) τῷ κάλλει τῆς γλώττης. quibus inest color e Platonis Ep. xii. ductus. Non tam facile, qua potestate in Aristotele Rhetor. iii. 7. p. 336. sumendum sit, decernas; ἐὰν δὲ ἐπαινετὰ, ἀγαμένως· ἐὰν δὲ ἐλεεινὰ, ταπεινῶς. Alii aliter vertunt: Victorius, *cum lætitia*, non probante H. Stephano in Thes. Habet interdum ἄγασθαι, æque ac cognatum ἀγάλλεσθαι, *lætandi* et *exultandi* significationem, ut ap. Philonem T. ii. p. 547. Ὡς γὰρ ἐπ' οὐδενὶ τῶν πώποτε γενομένων αὐτοκρατόρων, ἅπαντες ἠγάσθησαν. ubi Mangeius, sibi constans, ἠγαλλιάσθησαν, quod ne Græcum quidem est, reponit. Omnibus tamen perpensis, ἀγαμένως in Aristotele accipere malim *admirabiliter*, *magnifice*.

[d] Ἀγείρουσαν] Respicit Timæus Polit. ii. p. 431. C. μηδ' ἐν τραγῳδίαις, μηδ' ἐν τοῖς ἄλλοις ποιήμασιν εἰσαγέτω Ἥραν ἠλλοιωμένην ὡς ἱερείαν, ἀγείρουσαν Ἰνάχου Ἀργείου ποταμοῦ παισὶ βιοδώροις. ubi notandum, voces ὡς ἱερείαν a Timæo non ad ἠλλοιωμένην, ut in vulgatis Edd. sed ad ἀγείρουσαν referri, ut H. Stephanus distingui jussit. At quis est ille Tragicus, quem Plato obliqua oratione perstringit? Nempe Sophocles, cui Platonem iniquiorem fuisse, probabiliter disputat Valckenarius ad Euripid. Phœniss. 1628. Is enim docuerat fabulam satyricam, Inachum, sæpe a veteribus laudatum; de qua vide Is. Casaub. ad Athen. vii. 4. p. 487. Sophoclis autem locus, a Platone allatus, plenior est apud Scholiast. Aristoph. ad Ran. 1385. sed sine poëtæ nomine: Νύμφαι ὄρεσι γόνιαι θεαῖσιν ἀγείρω Ἰνάχου Ἀργείου, ὑπὸ ποταμοῦ παισὶ βιοδώροις. Dele ὑπὸ ex prima syllaba vocis ποταμοῦ natum, et reliqua ita lege: Νύμφαι ὀρεσίγονοι, θεαῖσιν ἀγείρω, Ἰνάχου, Ἀργείου ποταμοῦ, παισὶ βιοδώροις. Plena locutio, ἀγείρειν χρήματα, βίον, σιτία, tam nota est, nullis ut opus sit scriptorum testimoniis. Ne absolutum quidem ἀγείρειν pro *mendicando colligere* valde rarum est. Philostrat. V. A. Lib. v. p. 225. ἤγειρε μὲν πολλαχοῦ τῶν πόλεων. Ælian. H. A. Lib. vi. 10. ὡς οἱ τῶν ἀγειρόντων δεινοί. Max. Tyr. Diss. xix. p. 223. μηδὲν τῶν ἐν τοῖς κύκλοις ἀγειρόντων διαφέροντα. Heliodor. vii. p. 312. ὥσπερ τινὰ τῶν ἀγειρουσῶν, καὶ ἀληθῶς ἀλῆτιν. Vide Petavium ad Themist. Or. xxi. p. 449. Jam Platonis, vel Sophoclis potius, locus, quem tractare cœpimus, explicandus

Ἀγιστεύειν.[e] ἱεροθυτεῖν.
Ἀγίαν.[f] τὸν ἡγούμενόν τινος.
Ἄγνος. φυτὸν, ὃν καὶ λύγον.[g]

est ex ea ratione, qua quis τῷ θεῷ ἀγείρειν dicebatur. Scilicet in variis artibus, quibus sacrificuli simplicis plebeculæ pecunias ad se derivarent, non postrema hæc erat. Dei Deæve alicujus effigiem vel humeris portantes, vel jumento imponentes, per oppida et vicos vagabantur, et verbo Diis, re ipsa sibi stipem quærebant. Ex quo circumforaneo quæstu ἀγυρτῶν nomen invenerunt. Eustath. ad Od. B. p. 1430. Sic apud Suid. v. Ἀγείρει sacerdos Isidi stipem corrogat; Apollini Hyperboreo, quanquam honestiore mendicationis genere, Abaris. Iamblich. de vit. Pythag. c. xix. p. 76. Quo veteri more satis vindicatur locus Herodoti iv. 35. ὑμνέειν Ὦπίν τε καὶ Ὦλεν Ἄργιν, ὀνομάζοντάς τε, καὶ ἀγείροντας. ubi Thom. Galeus temere conjiciebat ἐγείροντας. Herodotus, vel quisquis auctor est vitæ Homer. c. 33. ᾔδετο δὲ τάδε,— ὅτε ἀγείροιεν ἐν τῇ ἑορτῇ τοῦ Ἀπόλλωνος. Sed nullum agyrtarum genus mendicandi impudentia par erat Gallis, sacerdotibus matris Deum, qui inde Μητραγύρται appellati sunt. Eustath. ad Od. P. p. 1824. Μητραγυρτεῖν, τὸ μετὰ τυμπάνων καί τινων τοιούτων περιϊέναι, καὶ ἐπὶ τῇ μητρὶ ἀγείρειν τροφὰς δηλαδὴ, ὅ ἐστιν ἐπὶ τῇ Ῥέᾳ. ὡς δῆλον ἐκ τοῦ, Διονύσιος μητραγυρτῶν καὶ τυμπανιζόμενος, ἢ τύμπανον κρούων, οἰκτρῶς τὸν βίον κατέστρεψεν. Quod subjicit exemplum, petiit ex Athenæo xii. p. 541. E. Classicus de iis locus est Dionysii Halic. A. R. Lib. ii. p. 91. Eosdem, quod singulis mensibus stipem cogerent, etiam Μηναγύρτας dictos esse, multis exemplis intelligitur. Quo minus ferenda est audacia cum aliorum, tum Mangeii ad Philonem T. ii. p. 316. qui ubicunque Μηναγύρτης legitur, notius vocabulum Μητραγύρτης substituunt. Vide Polluc. vii. 188. et ibi Interpretes, Dan. Heins. ad Clem. Alexandr. Protrept. p. 20. Antiphanis fabula Μητραγύρτης dicitur ab Athenæo xii. p. 553. C. at Μηναγύρτης a Grammatico Sangerm. Ms. Δεδιωκημένα. Ἀντιφάνης Μηναγύρτῃ. Huc addamus aliud nomen minus tritum, Κύβηβος, quamvis nihil ad ἀγείρειν pertineat. Photius Lexico Ms. Κύβηβον. Κρατῖνος Θρᾴτταις, τὸν Θεόφραστον. Ἴωνες δὲ, τὸν μητραγύρτην, καὶ Γάλλον νῦν καλούμενον. οὕτως Σιμωνίδης. ubi pro Θεόφραστον scribendum Θεοφόρητον. Sic Dionys. Hal. l. c. θεοφορήσεις et ἀγερμοὺς conjungit. Ipse Photius alia glossa: Κύβηβος. ὁ κατεχόμενος τῇ μητρὶ τῶν θεῶν, θεοφόρητος. De μητραγύρταις Manetho vi. 297. Κέρσαντες γὰρ ἀχρεῖον ἑοῦ ἀπὸ σώματὸς αἰδῶ, Καὶ κυσὶ μήδεα δόντες ἑκόντην ὠμὰ δάσασθαι, Αὐτοὶ ἀγείροντες γαῖαν κατὰ πᾶσαν ἀλῶνται. et distinctius 538. Δινδυμίῃ γὰρ ἀγείροντες (ita leg.) κατὰ δήμους Καὶ πόλιας πλάζονται ὁμοῦ ῥόπτροις τε καὶ αὐλοῖς, Χερσὶν ἑαῖς κόψαντες ἄφνω τεκνόσπορον αἰδῶ. De agyrtarum fraudibus egregium Platonis locum dabimus ad v. Ἐπαγωγαί. Victores περιαγειρόμενοι qui dicantur, infra h. v. tradetur. Reliqua pete a Perizonio in Ælian. V. H. ix. 8. Turrio in Monum. vet. Antii p. 241. et Kustero ad Suid. v. Ἀγείρει.

[e] Ἀγιστεύειν] Legg. vi. p. 616. G. ἔτη δὲ μὴ ἔλαττον ἑξήκοντα ἡμῖν εἴη γεγονὼς ὁ μέλλων καθ' ἱεροὺς νόμους περὶ τὰ θεῖα ἱκανῶς ἁγιστεύειν. ubi hoc verbum malim cum Timæo interpretari, *peragere quæ ad sacrificium pertinent*, quam cum H. Stephano Th. Gr. L. Tom. i. p. 124. *pietatem in Deos colere*. Dionys. Halic. A. R. Lib. i. p. 23. ἁγιστεύοντες δὲ τὴν ἱερουργίαν ἔθεσιν Ἑλληνικοῖς. Philo T. ii. p. 231. τὰς μὲν θυσίας καὶ ἱερουργίας καὶ ὅσα ἄλλα πρὸς τὸν βωμὸν ἁγιστεύεται. Synes. de Provid. p. 95. A. καὶ ἀπταιστότερον ἁγιστεύοντας. Sic ἁγιστεία pro *cultu divino*, Axioch. p. 73. G. καὶ τὰς ὁσίας ἁγιστείας κἀκεῖσε συντελοῦσι. quod pluribus exemplis probavit Th. Reines. ad Inscript. Class. i. n. xl. p. 75. Alibi tamen ea notio, quam Stephanus in Platone agnoscit, locum habet. Damascius ap. Photium p. 1067. ἄγων εἰς φῶς τὴν περὶ τὸ θεῖον ἁγιστεύουσαν θέμιν. Vide H. Valesium ad Sozom. H. E. v. 3.

[f] Ἀγίαν] Hanc vocem neque apud Platonem reperio, neque apud ullum veterum scriptorum. Eadem tamen se analogia tuetur, qua proprium nomen Ἡγίας ap. Herodotum ix. 33. Murator. p. mlix. 5. aliosque, pro quo sæpe occurrit Doricum Ἀγίας. Pausan. iii. 11. Chishull. Antiq. Asiat. p. 88. An scribendum Ἄγιν, e Cratylo p. 261. G. καὶ ἄλλα γε αὖ στρατηγὸν σημαίνει· οἷον Ἄγις, καὶ Πολέμαρχος, καὶ Εὐπόλεμος.

Ἄγος.[h] *μίασμα, μύσος.*

Ἀγροικος.[i] *σκληρὸς καὶ ἀπαίδευτος, ἢ ὁ ἐν ἀγρῷ κατοικῶν.*

Ἀγρονόμοι.[k] *οἱ τοῖς ἀγροῖς ἐπιφοιτῶντες ἄρχοντες.*

ε Ὃν καὶ λύγον] Scilicet, καλοῦσιν. quod Suidas addit, ipsum etiam Platonis locum, ad quem glossa pertinet, subjiciens, Phædro p. 338. A. ἥτε γὰρ πλάτανος αὕτη, μάλα ἀμφιλαφής τε καὶ ὑψηλὴ, τοῦ τε ἄγνου τὸ ὕψος, καὶ τὸ σύσκιον, πάγκαλον. Eundem locum laudarunt Plutarch. Amator. p. 749. A. et Ælius Dionysius apud Eustath. ad Od. i. p. 1638. Vide Is. Casaub. Lect. Theocr. cap. ix. p. 261. et Interpretes ad Hesych. in v.

h Ἄγος] Plato, si bene memini, non usus est hac voce, ut suspicari liceat, eam ex Herodoteis huc irrepsisse. Herodot. vi. 56. αὐτὸν ἐν τῷ ἄγεϊ ἐνέχεσθαι. quod inde sumsit Dionysius Hal. A. R. vi. p. 410. ὡς ἄγει τῷ μεγίστῳ ἐνόχοις. Ab ἄγος vel ἅγος est ἅγιος, ἁγνὸς, ἁγνίζω, ἅζομαι, et Latina, *sacio, sancio, sanctus, sacer, sagmen*, &c. Prima potestate ἅγος est *mundities, quæ venerationem parit.* Hesychius: Ἅγος. ἅγνισμα θυσίας. Σοφοκλῆς Φαίδρᾳ. Suidas: Ἅγος. τὸ τίμιον καὶ ἄξιον σεβάσματος. Altera notione est *res Deo devota, Deo sacra.* Jam ut Latini hominem, cujus caput ob admissum scelus Deo devovissent, *sacrum* appellabant, sic etiam ἅγος apud Græcos de *scelere, quod piaculo luendum sit*, usurpari cœpit. Contrariam vocis vim etiam in derivatis cernere licet, ἐναγὴς, *scelere pollutus*, et εὐαγὴς, *purus, castus.* Κυλώνειον ἄγος Cicero de Legg. ii. 11. vertit *Cylonium scelus.* Aptius fuisset *piaculum*, ut Justin. viii. 2. Græcum ἀγηλατεῖν Latine reddidit *piaculum exigere.* Sed, ut aliquid non de medio sumtum afferamus, adjectivum quoque ἅγιος eodem sensu, quo Latinum *sacer*, Græcis usitatum fuit. Lexicon Sangerm. Ms. Ἅγιος, ὁ σεβάσμιος. καὶ Ἅγιον, τὸ σεβάσμιον καὶ τίμιον. λέγοιτο δ' ἂν καὶ Ἅγιος, ὁ μιαρὸς, ἀπὸ τοῦ ἄγους, ὡς Κράτης. Interdum μίασμα et μύσος, quæ hic interpretationis locum obtinent, cum ἄγος junguntur. Plutarch. Solone p. 14. C. ἄγη καὶ μιασμοὺς δεομένους καθαρμῶν. Phalaris Ep. 141. ὥσπέρ τι ἄγος ἢ μίασμα ἰδὼν ἀπόφορον (lege, ἀπότροπον) αὐτόθεν ἀπεστράφης. Appian. de B. C. ii. p. 718. τό, τε ἄγος αὐτῷ καὶ μύσος οὕτως ἀποθανὼν ἐπιβαλῶ. Basil. de Vit. Theclæ i. p. 84. τοιούτου μελλούσης ἀναπίμπλασθαι μύσους καὶ ἄγους. Ceterum in Timæo μύσος pro μίσος, quod Ms. habet, scripsimus. Suidas v. Παναγής· ἅγος, καὶ ἁγνεία, καὶ μύσος, κατ' ἀντίφρασιν. Quæ voces perpetuo confunduntur. In Origene c. Cels. iii. p. 147. recte editur, ἁγνὸς ἀπὸ παντὸς μύσους, rejecto in marginem altero μίσους. Contra perperam μίσος pro μύσος relictum est in Athen. xiii. p. 602. C. Appiano l. c. Libanio T. i. p. 894. B. Schol. ad Sophoclis Œd. Tyr. 33. et aliis locis.

i Ἄγροικος] Theæt. p. 115. G. οὔτι που ἐγὼ ὑπὸ φιλολογίας ἀγροικίζομαι;— ἥκιστα, ὦ Σώκρατες, τὸ τοιοῦτον ἂν εἴη ἄγροικον. p. 128. A. ἄγροικον δὲ καὶ ἀπαίδευτον ὑπὸ ἀσχολίας οὐδὲν ἧττον τῶν νομέων τὸν τοιοῦτον ἀναγκαῖον γίνεσθαι. Euthydem. p. 219. G. εἰ μὴ ἀγροικότερον ἦν εἰπεῖν. p. 220. C. Gorg. p. 287. D. 297. B. 306. F. Sympos. p. 324. B. 334. C. Phædr. p. 350. F. 353. G. Apol. p. 365. D. Polit. ii. p. 423. C. x. p. 518. E. Crit. p. 558. D. Legg. ix. p. 663. A. Erast. p. 6. E. Phædr. p. 337. F. ἅτε ἀγροίκῳ τινὶ σοφίᾳ χρώμενος. Polit. iii. p. 442. C. τοῦ δὲ ἀναρμόστου ψυχὴ δειλὴ καὶ ἄγροικος. Gorg. p. 286. H. ἀλλ' εἰς τὰ τοιαῦτα ἄγειν πολλὴ ἀγροικία ἐστὶ τοὺς λόγους. Phædr. p. 354. A. πότερον χαλεπῶς ἂν αὐτοὺς, ὥσπερ ἐγώ τε καὶ σὺ, ὑπ' ἀγροικίας, ῥῆμά τι εἰπεῖν ἀπαίδευτον εἰς τοὺς ταῦτα γεγραφότας. Polit. viii. p. 498. C. ὡς ἀγροικίαν καὶ ἀνελευθερίαν οὖσαν πείθοντες. Legg. ii. p. 582. G. Propria potestas nonnisi semel occurrit Legg. viii. p. 649. B. ὃς ἂν ἀγροίκου ὀπώρας γεύσηται βοτρύων, εἴτε καὶ σύκων. quo loco usus est Athen. L. xiv. p. 653. B. In duplici vocis notione ludit Dio Chrysost. Orat. vii. p. 107. C. καὶ ἔφη με ἄγροικον εἶναι παντελῶς, κἀγὼ πάλιν εἶπον, οὐ καὶ σὺ ἀγροὺς λέγεις; οὐκ ἀκούεις ὅτι ἀγροὺς οὐκ ἔχομεν; Adde Thom. M. in v. et ibi viros doctos. Timæi glossam, ut solet, descripsit Suidas.

k Ἀγρονόμοι] Legg. vi. p. 617. A. B. C. G. 618. B. C. viii. p. 648. F. 649. A. 650. G. ix. p. 660. C. 663. E. F. xi. p. 675. C. 678. C. 684. F. xii. p. 691. F.

Ἀγχώμαλος.[l] *ὁ ἐγγύς πως τῷ ἐπίσης ἔχων ἐπί τι ἀγώνισμα ἢ ἄθλημα.*

Αἰκίας.[m] *ὕβρεως δίκη.*

Ἄϊστωρ.[n] *ἄπειρος, ἀμαθής.*

Αἰξωνεύεσθαι.[o] *ἀπὸ δήμου τινὸς ἡ κατηγορία τοῦ Αἰξωνέως, ὡς ἀπὸ Ἀβδήρων Ἀβδηρίτης,*[p] *ὡς ἐπὶ βλασφημίᾳ διαβέβληται.*

Ἄκακοι.[q] *οἱ ἔξω κακίας.*

[l] Ἀγχώμαλος] Vix putem, Philosophum nostrum pro suo Atticæ munditiei studio hanc vocem usurpasse. Certe Pollux, cum Lib. v. 157. scriberet, *τὸ δὲ ἀγχώμαλον, εἰ καὶ Θουκυδίδης εἶπε, τραχὺ*, more suo Platonem laudasset, si usquam id verbi in eo reperisset. Aliorum scriptorum exempla habent Grammius ad Thucyd. Schol. p. 641. et Albertus ad Hesych. in v.

[m] Αἰκίας] Polit. iv. p. 447. E. v. p. 462. E. Legg. i. p. 567. E. ix. p. 658. C. 663. A. E. Pro *δίκη* Ms. habet *δίκης*.

[n] Ἄϊστωρ] Legg. viii. p. 649. C. *ἐὰν δέ τις ἀΐστωρ ἂν, αὐτὸς ἢ δοῦλος ἅψηται.* Glossam descripsit Suidas.

[o] Αἰξωνεύεσθαι] Αἰξωνὴ, pagus Cecropidis tribus, unde Αἰξωνεὺς vel Αἰξονεύς. Duplici enim modo scribitur in lapidibus literatis, per Ω apud Cyriac. Anconitan. Inscript. p. xxxxii. et Maffeium Mus. Veron. p. liii. sed per O ap. Reines. Inscr. Class. xvii. n. cii. p. 845. et Spon. Itiner. Tom. iii. p. 45. Vide Taylorum ad Lys. p. 193. Æxones autem cum propter calumniandi et maledicendi libidinem male audirent, quilibet Sycophanta inde dictus est Αἰξωνεύεσθαι. Plato Lachete p. 253. F. *οὐδὲν ἐρῶ πρὸς ταῦτα, ἔχων εἰπεῖν, ἵνα μή με φῇς ὡς ἀληθῶς Αἰξωνέα εἶναι.* quæ verba corrumpit P. Pantinus ad Apostol. Proverb. p. 289. Inest autem huic orationi jocus, vulgo non animadversus. Disputat cum Nicia Laches; qui, etsi habebat, quod adversario suo regereret, desinit tamen, ne, cum *δημόθεν* esset Αἰξωνεὺς, re vera Αἰξωνεὺς, i. e. calumniator, esse videretur. Unde vel sine veterum testimoniis intelligitur, Lachetem e pago Αἰξωνῇ oriundum fuisse. Photius Lex. Ms. *Ὄξος Σφήττιον. ὅσως ἂν Σφήττιοι ὀξεῖς, ὡς οἱ Ἀχαρνεῖς κακολόγοι.* ubi pro Ἀχαρνεῖς scribe Αἰξωνεῖς, nisi forte credas, ipsum Photium duos populos confudisse. Vide Eustath. ad Il. i. p. 741. et Taylor. Lect. Lysiac. cap. x. p. 708. Platonem etiam laudat Harpocrat. v. Αἰξωνεῖς. Pro *ὡς ἐπὶ* in Timæo malim, *ὃς ἐπὶ*, etsi sic etiam legit Auctor Lexici Sangerm. Ms. in plerisque conveniens cum Timæo: Αἰξωνεύεσθαι. *ἀπὸ δήμου τινὸς ἡ κατηγορία τοῦ Αἰξωνέως, ὡς ὁ ἀπὸ Ἀβδήρων ὁ Ἀβδηρίτης, ὡς ἐπὶ βλασφημίᾳ δὲ διαβέβληται. βλάσφημοι γὰρ οἱ Αἰξωνεῖς κατηγοροῦνται. φησὶ γὰρ ὁ Κωμικός· Γραῦς τις κακόλογος ἐκ δυοῖν Αἰξωνεύοιν.* Scribe, Αἰξωναῖν. *Duas Æxonas* vocat Αἰξωνὴν, et Ἀλὰς Αἰξωνίδας. Adde Scholia ad h. l.

[p] Ἀβδηρίτης] *Abderitarum* nomen in proverbium abiit de stupore et stultitia. Sed ut nulla caussa tam desperata est, quin patronum aliquem inveniat, ita nec Abderitis defuit Is. Vossius ad Melam ii. 2. p. 691. De aliis proverbiis, a moribus gentium ductis, agit Eustath. ad Il. i. p. 741.

[q] Ἄκακοι] Proprie ἄκακος is dicitur, *a quo nihil mali proficiscitur, qui neminem dicto factove lædit.* Epigramma ap. Fabrett. Inscript. cap. iv. n. 215. *Τίς μου τὴν Σειρῆν' ἄκακον κακὸς ἥρπασε δαίμων*; Male in Gruteri magno opere p. mcxviii. 9. editur: *Τίς μου τὴν Σειρῆνα κακῶς κακὸς ἥρπασε δαίμων*; Sed multo frequentius usurpatur de *ingenuæ simplicitatis homine, et ab omni malitia alieno*, quem Cicero etiam *minime malum* dixit. Plato Alcibiad. ii. p. 39. F. *ἕτεροι δὲ ἀκάκους καὶ ἀπείρους.* Tim. p. 552. E. *ἐκ τῶν ἀκάκων ἀνδρῶν, κούφων δέ.* Anaxilas ap. Athen. vi. p. 254. C. *εἰς οὖν ἄκακον ἀνθρώπου τρόπον Εἰσδὺς ἕκαστος ἐσθίει καθήμενος.* Diodorus in Antholog. inedita: *οὐ γὰρ ὁ παῖς ἥπιος, οὐδ' ἄκακος.* Philostrat. Icon. Lib. ii. 2. p. 112. *πραΰνει δὲ αὐτὸ ἀκάκῳ βλέμματι.* Idem Epist. xxxix. p. 930. *τὸ δὲ ἀκέραιον, καὶ ἄκακον, καὶ ἀνεπιβούλευτον.* Aristænet. i. 12. p. 80. *καὶ αὐτόν με μάλιστα ᾔρηκε*

Ἀκήρατοι.[r] *καθαροί.*

Ἀκινάκης.[s] *περιζώνιον στενὸν ἑτερόστομον, ὥσπερ ἡμίστομον μαχαίρας.*

Ἀκέραιοι. οἱ ἔξω κήρας.[t]

Ἀκκίζη.[u] *ἀπαξιοῖς.*

τῷ ἀκάκῳ. Adde interpp. in Ep. ad Roman. xvi. 18. ad Valckenar. ad Theocrit. Adoniaz. p. 202. Hanc vocem in Epigr. Anthol. i. p. 17. restituere tentabat Toupius Cur. Noviss. in Suidam p. 49. pro, ἐπέων κακῆς ἦρχεν ἐπεσβολίης, scribens, ἐπέων ἀκάκης ἦρχεν ἐπεσβ. Non poterat infelicius. Nam, ut taceam, id verbi ab ipsa sententia repudiari, Græci ὁ et ἡ ἄκακος, non ἡ ἀκάκη, dicunt. Lege: ἐπέων χαλεπῆς ἦρχεν ἐπεσβολίης. Theognis vs. 324. Πειθόμενος χαλεπῇ, Κύρνε, διαβολίῃ.

[r] Ἀκήρατοι] Politic. p. 189. D. τὸν λεγόμενον ἀκήρατον χρυσὸν εἴασεν ἡμᾶς ἰδεῖν. Polit. iii. p. 443. E. καὶ ἐν ἀνδράσι βασανιζόμενον, καὶ ἀκήρατον ἐκβαίνοντα. ib. p. 444. F. Legg. v. p. 607. G. τὸ τῶν ὑγιῶν καὶ ἀκηράτων ἠθῶν τε καὶ σωμάτων γένος. Ib. viii. p. 647. E. μέχρι μὲν παιδογονίας ἠίθεοι, καὶ ἀκήρατοι, γάμων τε ἄγνοὶ ζῶσιν. Axioch. p. 731. F. ἀκήρατος ἀλυπία. Cratyl. p. 262. F. Phædr. p. 345. C. Polit. vi. p. 476. F. Tim. p. 531. B. et in eum Proclus p. 318. Recte et ex usu veterum scribit Porphyrius de Abst. Anim. L. iv. p. 174. ἡ δὲ συνήθεια (λέγει) τὸ ἄμικτον καὶ καθαρὸν, καὶ ἄφθαρτον, καὶ ἀκραιφνὲς ἀκήρατον. Hanc vocem velut prætereundo eximamus ex Epigrammate, quod in Theodecten Phaseliten scriptum conservavit Stephan. Byzant. v. Φασηλίς. Ἥδε χθὼν κόλποισι Φασηλίτην Θευδέκτην Κρύπτει, ὃν ηὔξησαν Μοῦσαι Ὀλυμπιάδες. Ἐν δὲ χθὼν, ἱεραῖς τρεῖς καὶ δέκα ἁμίλλαις Ὀκτὼ ἀκηράτους ἀμφεθέμην στεφάνους. Ult. versu vir summus, Claud. Salmasius legebat: Ὀκτὼ ἀκηρύκτους ἀμφεθ. στεφ. Cujus conjecturæ rationem non assequor. Puto tamen, ultimum distichon, quod non uno vulnere laborat, hoc modo sanari posse: Αὐτὰρ ἐπὶ χθονὸς ὢν ἱεραῖς τρισὶ καὶ δέχ' ἁμίλλαις Ὀκτὼ ἀγηράντους ἀμφεθέμην στεφάνους. Simonides Anthol. L. iii. p. 292. Κείμεθ' ἀγηράντῳ χρώμενοι εὐλογίῃ. In his quam proclivis lapsus sit, alio exemplo ostendamus. Antipatri Sidonii extat Epigramma in Homerum, Anthol. L. iii. p. 388. cujus posterius tantum distichon adscribo: Μουσῶν φέγγος Ὅμηρον, ἀκήρατον στόμα κόσμου Παντὸς, ἁλιῤῥόθιος, ξεῖνε, κέκευθε κόνις. Mendosam lectionem metroque inimicam sequitur Suidas v. Ἁλιῤῥόθιον. Sed egregius ille Cod. Palatinus præbet, ἀγήρατον: quam scripturam etiam servat Epigramma in Homerum, quod ex marmore protulit Gruterus Inscript. p. ccccxix. 1. Antipatri illi ex parte aliqua tam simile, ut alter poëtarum alterum compilasse videatur. Una igitur literula, si metrum constare volumus, lectioni ἀγηράτῳ addenda: Μουσῶν φέγγος Ὅμηρον, ἀγήραντον στόμα κόσμου. Hac utriusque Epigrammatis emendatione tametsi nihil certius est, Toupius tamen, cui non nisi sua placebant, Emendat. in Suid. T. i. p. 17. scribere maluit, ἀκηρασίους στεφάνους, et ἀκηράσιον στόμα. At ratio nostra præ Toupiana placet idoneo talium elegantiarum judici, R. F. P. Brunckio ad Analecta T. iii. p. 127.

[s] Ἀκινάκης] Pol. viii. p. 595. E. τιάρας τε καὶ στρεπτοὺς καὶ ἀκινάκας παραζωννύντα. ubi vide Scholia.

[t] Ἔξω κήρας] Sic etiam est apud Suidam, in quo Portus et Kusterus ἔξω κηρὸς corrigunt, ut ἀκήριος a Schol. Nicandr. ad Theriac. 190. exponitur ἄνευ κηρὸς καὶ θανάτου, et ἀκήρατον a Proclo in Tim. v. p. 318. τὸ ποῤῥω πάσης κηρὸς ἱδρυμένον. Atque ita in Timæo scripsissem, nisi mihi nata esset suspicio, recentiores Græcos κήρα pro κὴρ dixisse. Lexicon Sangerm. Ms. consentiens Suidæ: Ἀκέραιον. ἄκακον, ὁλόκληρον, καθαρόν. σημαίνει δὲ καὶ τὸν ἔξω κήρας. Theophil. Corydall. ap. Fabric. Bibl. Gr. xiii. p. 723. μόνος ὢν κήρας ὑπέρτερος, τῶν ἄλλων ἁπάντων ἐπικήρων ὄντων. Plato Politic. p. 174. D. Πῶς οὖν ἡμῖν ὁ λόγος ὀρθὸς φανεῖται καὶ ἀκέραιος. Polit. i. p. 416. A. Αὕτη δὲ, ἀβλαβὴς καὶ ἀκέραιός ἐστιν, ὀρθὴ οὖσα. Polit. iii. p. 441. E. ἀλλ' ἄπειρον αὐτὴν καὶ ἀκέραιον δεῖ κακῶν ἠθῶν νέαν οὖσαν γεγονέναι. Crit. p. 560. D. τότε δὲ ἀκέραιος οὖσα, τά τε ὄρη γηλόφους ὑψηλοὺς εἶχε. Vide Jul. Cæs. Scaliger. in Aristotel. Hist. Anim. L. vi. p. 745.

[u] Ἀκκίζη] Ἀκκίζεσθαι, *ficto et astuto mimo recusantis specie flagrantissime*

'Ακροχειρίζεσθαι.[v] πυκτεύειν, ἢ παγκρατιάζειν πρὸς ἕτερον ἄνευ συμπλοκῆς, ἢ ὅλως, ταῖς ἄκραις μετ' ἄλλου γυμνάζεσθαι.

'Ακταίνειν.[w] γαυριᾶν, καὶ ἀτάκτως πηδᾶν.

eupere. Tot Latinis verbis opus est ad unius Græci vim declarandam. Respicit Timæus Gorg. p. 301. F. Οἶσθα, ἀλλὰ ἀκκίζῃ, ὦ Καλλίκλεις. unde in textu scripsi, 'Ακκίζῃ, ἀπαξιοῖς. pro eo, quod in Ms. erat, 'Ακκίζοι, ἀπαξιοῖ. Olympiodorus Scholiis Mss. ad h. l. 'Ακκὼ γέγονε γυνή τις μωρὰ καὶ ἀνόητος. Φησὶν οὖν ὁ Σωκράτης, ὅτι οἶσθα τί λέγω, ἀλλὰ ἀκκίζῃ, ἀντὶ τοῦ, ἀλλὰ προσποιῇ μωρίαν καὶ τὸ μὴ εἰδέναι. Plutarch. Sympos. i. 4. p. 620. B. μικρὰ μὲν οὖν ἠκκίσαντο παραιτούμενοι. Themist. Or. ii. p. 28. B. οὔκουν ἔστι μοι θρύπτεσθαι καὶ ἀκκίζεσθαι. Julian. Or. vii. p. 223. τί γὰρ ἂν ἀκκίζοιτό τις; Etymol. M. p. 392. 28. Φιλακκίζεται. χαριεντίζεται. Lexicon Sangerm. Ms. 'Ακκιζόμενος. θρυπτόμενος, προσποιούμενος, γυναικιζόμενος, ἢ μωραίνων, ἀπό τινος γυναικὸς μωρᾶς, ἥτις ἐκαλεῖτο 'Ακκώ. σημαίνει δὲ καὶ τὸν λέγοντά τι θέλοντα, προσποιούμενον δὲ μὴ ἐθέλειν. ubi, deleto verbo λέγοντα, quod nec Etymol. M. p. 49. 8. habet, scribe, τὸν θέλοντά τι, et Suidam ad eundem modum refinge. Grammaticus Ms. in Bibl. Medicea: 'Ακκίζεται, τὸ λεγόμενον κοινῶς διοματεύεται. Alia Dorvillius ad Charit. p. 145. Ab ἀκκίζεσθαι est ἀκκισμός. Philo T. ii. p. 127. ὁ γὰρ ἀκκισμὸς ὑποκνίζων, τὰς ὁρμὰς ἐπεγείρει. At ἄκκισις, quod Mangeius eidem Philoni T. i. p. 118. obtrudit, Græcis inauditum. Adde eruditum Scholion ad Platonis locum laudatum.

[v] 'Ακροχειρίζεσθαι] Hoc verbum non aliter, atque Timæus, explicant Aspasius ad Aristotel. Nicom. iii. p. 40. Scholiastes Platonis, Lexicon Sangerm. Ms. et Suidas: sed omnes legunt, ἄκραις ταῖς χερσὶ, quod etiam in Timæo præferam, quamvis χερσὶ ex ipso verbo facile intelligatur. Alcibiad. i. p. 26. G. Εἰ οὖν βουλεύοιντο 'Αθηναῖοι, τίσι χρὴ προσπαλαίειν, καὶ τίσιν ἀκροχειρίζεσθαι, καὶ τίνα τρόπον, σὺ ἄμεινον ἂν συμβουλεύοις ἢ ὁ παιδοτρίβης; Lucian. de Saltat. p. 274. Themist. Orat. xv. p. 186. A. Pollux iii. 150. P. Faber Agonist. i. 14. Ducta hinc metaphora ii quoque ἀκροχειρίζεσθαι dicuntur, *qui alios pugnis plagisque conscindunt.* Etymol. M. p. 53. 36. 'Ακροχειρίζεσθαι. ἄρχεσθαι χειρῶν ἀδίκων ἔργον. οἱ δὲ, 'Ακρόχειρας, τοὺς ὀξύχειρας, καὶ ἀνδροφόνους. ubi Sylburgius, deleta voce χειρῶν, concinnius legi putat: 'Ακροχειρίζεσθαι. ἄρχεσθαι ἀδίκων ἔργων. Sed quicunque noverit, quid sit ἄρχεσθαι χειρῶν ἀδίκων in foro Attico, ἔργον potius expunget.

[w] 'Ακταίνειν] Verbi ἀκταίνειν, vel ἀκταινοῦν, in vulgatis Platonis exemplaribus nullum vestigium est. At ubi nunc Leg. ii. p. 583. G. legitur: ἐν ᾧ χρόνῳ μήπω κέκτηται τὴν οἰκείαν φρόνησιν, πᾶν μαίνεταί τε καὶ βοᾷ ἀτάκτως· καὶ ὅταν ἀκταινώσῃ ἑαυτὸ, τάχιστα ἀτάκτως αὖ πηδᾷ. tres Codices, Parisin. Leidensis, et alius, quo H. Stephanus usus est, item Stobæus Ms. et Scholiastes Platonis ad h. l. hanc lectionem produnt: καὶ ὅταν ἀκταινώσῃ ἑαυτὸ, τάχιστα ἀτάκτως αὖ πηδᾷ. Jam huic verbo, proximum est, ut, quæ vis potestasque subjecta sit, quæramus. Phrynichus Προπαρασκευῇ Σοφιστικῇ Ms. 'Ακταινῶσαι σημαίνει μὲν τὸ ὑψῶσαι καὶ ἐπάραι καὶ μετεωρίσαι. εἴρηται δὲ ἀπὸ τῆς ἀκτῆς τοῦ φυτοῦ, ἀφ' οὗ τὰ ἀκόντια τέμνεται, καὶ ἐπεὶ τὰ ἀκόντια εἰς ὕψος αἴρεται ἀφιέμενα, διὰ τοῦτο καὶ ἐπὶ παντὸς ὑψουμένου καὶ πηδῶντος μεθ' ὁρμῆς ἐτέθη τὸ 'Ακταινῶσαι. Αἰσχύλος, οὐκ ἔτ' ἀκταίνω, φησὶ βαρυτόνως, οἷον οὐκ ἔτ' ὀρθοῦν δύναμαι ἐμαυτόν. Πλάτων ἐν τῷ Φαίδωνι, ὡς ἀπὸ περισπω. μένου. In Phædone cum huic glossæ non satis aptum locum reperirem, oborta mihi suspicio est, Phrynichum ἐν τῷ Φαίδρῳ scripsisse: propterea quod in illo Dialogo plura, quam in ullo alio, πεποιημένα καὶ ξένα καὶ ἀρχαιοπρεπῆ, quæ in Platone reprehendit Dionys. Hal. Ep. ad Pompei. p. 127. reperiuntur. Sed ne hic quidem verbi sedem ita demonstrare licet, nihil ut dubitationis supersit. Et erunt fortasse, qui Phrynichum memoriæ lapsu Phædonem pro libris de Legibus laudasse dicant. Eundem Grammaticum, ut sæpe solet, exscripsit Auctor Lexici Sangerm. Ms. 'Ακταινῶσαι, ἀντὶ τοῦ, ὑψῶσαι, καὶ ἐξάραι, καὶ μετεωρίσαι. πεποίηται δὲ οὕτως· ἔστι δένδρον ὃ καλεῖται ἀκτὴ, ἀφ' οὗ τὰ ἀκόντια τέμνεται. οὕτως 'Ανακρέων. Scholiastes Platonis: 'Ακταίνειν. γαυριᾶν, ἀτάκτως πηδᾶν, ἢ μετεωρίζειν, ἢ ὁρμᾶν, ἢ ἐξάττειν. Suidas:

Ἀλαζών.[x] *ψευδής.*

Ἀλευάδαι.[y] *οἱ ἐν Λαρίσσῃ τῆς Θετταλίας εὐγενέστατοι, ἀπὸ Ἀλεύου τὸ γένος ἔχοντες.*

Ἀκταίνειν. ἀκολασταίνειν, γαυριᾷν, καὶ ἀτάκτως πηδᾷν, ἢ πρὸς συνουσίαν ὁρμᾷν. quocum convenit Lex. Sang. Ms. Egregie Etymol. M. p. 54. 34. Ἀκταίνω, ἐπὶ ἵππων Ἀκταίνειν, τὸ μετεωρίζεσθαι, καὶ ἐπαίρεσθαι, καὶ γαυριᾷν. παρὰ τὸ ἧκται ἀκτὸς, καὶ ῥῆμα ἀκτῶ, ἀφ' οὗ τὸ κουφίζω παρὰ Αἰσχύλῳ, ἐξ οὗ Ἀκταίνω. (lege, ἀφ' οὗ Ἀκταίνω, τὸ κουφίζω, παρὰ Αἰσχύλῳ.) καὶ Ἀκταῖνον μένος, τὸ ἀνάγον καὶ δυνάμενον ἀνορθοῦν. Æschyli locus, quem hic Grammaticus et Phrynichus respiciunt, est in Eumenid. 36. Ὡς μήτε σωκεῖν, μήτε μ' ἀκταίνειν βάσιν. ubi Scholio subjecto ἀκταίνειν præponendum est, non σωκεῖν. Hesychius: Ἀλεκταίνει. (sic ipse male scripsit pro Ἀκταίνει:) ἰσχύει, γαυριᾷ, μετεωρίζει. Apud eundem est multo rarius compositum, ἀπακταίνειν. Ἀπακταίνων. ὁ κινεῖσθαι μὴ δυνάμενος. Παρακταίνειν Lexicon Sangerm. Ms. conservavit: Παρακταίνων. παραμετεωρίζων. In nostris Homeri exemplis Od. Ψ. 3. legitur: πόδες δ' ὑπερικταίνοντο. At Hesychius aliam prodit lectionem: Ὑποακταίνοντο. ἔτρεμον. Quam ipsam, non vulgatam, ob oculos habuit vetus Criticus, Lysanias ap. Etymol. M. p. 739. 10. Λυσανίας ἐπὶ τοῦ τρέμειν φησὶ τετάχθαι. Hesychius: Ἀκταίνουσα. τρέμουσα, ἢ ἀσφαλῶς κρατοῦσα. Ab ἀκταίνειν non nisi forma differt ἀκταΐζειν, vel ἀκτάζειν. Hesychius: Ἀκταΐζων. ἀκτάζων, προθυμούμενος, ἢ ὁρμῆς πληρῶν, ἢ μετεωρίζων. Ἀκταϊσμένον. προῃρμένον. Etymol. M. p. 54. 39. Ἀκτάζων. ἀντὶ τοῦ, ἐξανιστάμενος. Hæc forma fœde corrupta est apud Hesychium: Ἀνακτίσκειν. ἀναπηδᾷν. Lege, Ἀνακταΐζειν. Sed, ut tandem ad Platonem redeamus, locus, quem tractamus, etiam post restitutum ἀκταινώσῃ, obscurus est. Ac veremur, ne gravius ulcus lateat.

[x] Ἀλαζών] Lysid. p. 182. B. Φοβοῦμαι μὴ ὥσπερ ἀνθρώποις ἀλαζόσι, λόγοις τισὶ τοιούτοις ψευδέσιν ἐντετυχήκαμεν. Hipp. Min. p. 232. D. τὸν Ἀχιλλέα εἰς τὸν Ὀδυσσέα λέγειν, ὡς ἀλαζόνα ὄντα. ibid. p. 233. B. Charm. p. 244. B. τοὺς μὲν ἀλαζόνας ἀποτρέπειν, τοὺς δὲ ὡς ἀληθῶς μάντεις καθιστάναι ἡμῖν προφήτας. Mendaces autem vates frequentissime ἀλαζόνας dici, eleganter docet Hemsterh. ad Lucian. Dial. Mort. xxviii. p. 447. Polit. viii. p. 498. B. ψευδεῖς δὴ καὶ ἀλαζόνες, οἶμαι, λόγοι τε καὶ δόξαι. Sic etiam Gorg. p. 313. D. junguntur ψεῦδος et ἀλαζονεία. Phileb. p. 94. E. Euthyd. p. 219. F. Phædon. p. 391. B. Polit. vi. p. 470. A. 471. D. Demodoc. p. 738. C. Lexicon Sangerm. Ms. Ἀλαζών. ὑπερήφανος, ψεύστης, καὶ κομπαστής. οὕτως Κρατῖνος. Idem: Ἀλαζονεύεσθαι τὸ ψεύδεσθαι λέγουσι, καὶ Ἀλαζόνα, τὸν ψεύστην καὶ φένακα. Suidas: Πλάτων Ἀλαζόσιν, ἀντὶ τοῦ, ψεύσταις. Hesychius: Ἀλαζονεύεσθαι, ψεύδεσθαι, ἢ αἰσχύνεσθαι. Ταραντῖνοι, ubi lege, ἀπαισχύνεσθαι, tralato nomine Ταραντῖνοι ad præcedens, Ἄλαζα. αἰσχρά. Vide Casaub. ad Theophr. Char. 9. p. 210. Proprium autem Sophistarum erat epitheton, quì, quod nesciebant, se pulcre scire insolenti vanitate jactabant. Quem usum, Atticis præsertim familiarem, annotavit Schol. Aristoph. ad Nub. v. 102. et ad Ran. v. 282. Plato, vel, si mavis, Æschines Socraticus Eryx. p. 744. E. τὸν μὲν σοφιστὴν καὶ ἀλαζόνα ἡγοῦντο εἶναι.

[y] Ἀλευάδαι] Schoeliastes Platonis, et Suidas, in ceteris cum Timæo ad verbum congruentes, una voce auctius habent, ἀπὸ Ἀλεύου βασιλέως. Respicitur Meno p. 12. C. Ὦ Μένων, προτοῦ μὲν Θετταλοὶ εὐδόκιμοι ἦσαν ἐν τοῖς Ἕλλησι, καὶ ἐθαυμάζοντο ἐφ' ἱππικῇ τε καὶ πλούτῳ, νῦν δὲ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ ἐπὶ σοφίᾳ· καὶ οὐχ ἥκιστα οἱ τοῦ σοῦ ἑταίρου Ἀριστίππου πολῖται τοῦ Λαρισσαίου. τούτου δὲ ἡμῖν αἴτιός ἐστι Γοργίας. Ἀφικόμενος γὰρ εἰς τὴν πόλιν, ἐραστὰς ἐπὶ σοφίᾳ εἴληφεν Ἀλευαδῶν τε τοὺς πρώτους, ὧν ὁ σὸς ἐραστής ἐστιν Ἀρίστιππος, καὶ τῶν ἄλλων Θετταλῶν. Aleuadarum res gestas memoriæ prodidit Euphorion Clemens Alex. Strom. i. p. 189. ex emendatione H. Valesii ad Harpocrat. p. 186. Εὐφορίων ἐν τῷ περὶ Ἀλευάδων κατὰ Γύγην Ὅμηρον τίθησι γεγονέναι. Vulgo editur Ἀλιαδῶν. Quam vitiosam scripturam, quod miror, Jos. Scaliger retinuit, Clementis locum recipiens in Συναγωγὴν ἱστορικὴν, a se confectam, p. 314. Scholiast. Theocriti ad Eid. xvi. 34. Τὰ δὲ περὶ Ἀλεύαν τὸν Σιμμίου πάντα ἀνείλεκτο Εὐφορίων. ubi vide Toupium. De Aleua, qui a dracone amatus sit, Burmannus ad Ovid. Ibin 325. rectius laudasset Ælianum H. A. viii. 11. quam Tzetzen Chiliad. iv. 325. qui Ælianum exscripsit.

Ἁλίπεδον.[z] *ὁμαλὸν καὶ ἄσπορον πεδίον.*

Ἀλιτηριῶδες.[a] *ἁμαρτωλὸν ἢ πλάνον.* *Ἀλη*[b] *γὰρ ἡ πλάνη, καὶ ἡ ἁμαρτία.*

Ἀλλόκοτον.[c] *ἐξηλλαγμένον.*

Ἀλλοτριονομοῦντες.[d] *ἐναλλαγὴν ὀνομάτων ποιοῦντες, ἢ ὅλως, τισί τινα μὴ προσηκόντως διανέμοντες.*

Alia de Aleuadis, quæ in promtu sunt, occuparunt Vales. ad Sozomen. H. E. p. 75. ad Harpocrat. l. c. et Valckenarius ad Herodot. vii. 6.

[z] *Ἁλίπεδον*] Hanc vocem, a nobis in Platone frustra quæsitam, Mœris tanquam Atticam commendat. Xenophon Hist. Gr. ii. p. 476. *ἐστρατοπεδεύσατο μὲν ἐν τῷ ἁλιπέδῳ καλουμένῳ, πρὸς τῷ Πειραιεῖ.* Lycophron vs. 681. *Ἥξει δ' ἐρεμνὸν εἰς ἁλίπεδον φθιτῶν.* ubi Tzetzes explicat *τὸ λεῖον καὶ ὁμαλὸν, καὶ παραθαλάσσιον πεδίον.* Aristides Orat. Smyrn. p. 234. *διεξελαύνοντι δὲ ἐν ὥραις καὶ κρήναις τὸ ἁλίπεδον.* ubi Cod. Bar. *ἁλήπεδον.* quam scripturam etiam agnoscunt Grammatici, Harpocration, ceteris copiosior in hac voce declaranda, Hesychius, aliique. Apud Pollucem i. 186. est *ἁλίσπεδα·* sed quod Jungermannus bene judicat natum esse e vicino *ἁλίπεδα.* Lexicon Rhet. Ms. *Ἁλίπεδον. ἀμμῶδες πεδίον, ἀπὸ ἅλδος, ὅπερ ἐστὶ θάλασσα· πέδον δὲ, ὅπερ ἐστὶ γῆ πεποιημένη, παρὰ τὸ ἁλίζεσθαι ἐκεῖ τοὺς ἵππους. ἐν γὰρ τοῖς τοιούτοις χωρίοις ἀμμόδρομοι ἦσαν.*

[a] *Ἀλιτηριῶδες*] Polit. v. p. 464. H. *ὡς ἀλιτηριώδης τε δοκεῖ ἡ στάσις εἶναι.* Legg. ix. p. 652. B. *οἶστρος δέ ἐστί τις ἐμφυόμενος ἐκ παλαιῶν καὶ ἀκαθάρτων τοῖς ἀνθρώποις ἀδικημάτων, περιφερόμενος ἀλιτηριώδης.* Ibid. p. 663. F. *νομίζων κεκοινωνηκέναι ἀλιτηριώδους τύχης.* Epist. vii. p. 716. F. *Νῦν δὲ ἤπου τις δαίμων ἀλιτήριος ἐμπεσὼν ἀνομίᾳ καὶ ἀθεότητι.* ib. p. 723. B. *ἐπὶ δύναμιν ἑκὼν εἶσιν ἀλιτηριώδη ἑαυτῷ τε καὶ γένει εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον.* Ab Atticis quis dicatur *ἀλιτήριος τοῦ θεοῦ*, et *δαίμων ἀλιτήριος*, docta digressione exposuit Desid. Heraldus ad Jus Attic. et Rom. p. 596. 597. Plura de hac voce dicemus ad Scholia Platonis.

[b] *Ἀλη*] Ms. *ἄλλη.*

[c] *Ἀλλόκοτον*] Hipp. Maj. p. 100. D. *ῥήματα χάλεπά τε καὶ ἀλλόκοτα.* Lys. p. iii. B. *Εἶεν, ἦν δ' ἐγὼ, οὐκ ἀλλοκότως.* Theætet. p. 131. B. *ἴσως οὖν ἡ ποιότης ἅμα ἀλλόκοτόν τε φαίνεται ὄνομα.* quod, monente P. Fabro, ita expressit Cicero Academ. i. 7. 'Quod ipsum (*ποιότης*) apud Græcos non est vulgi verbum, sed philosophorum.' Protag. p. 207. H. *ἀνδρὶ πολλάκις συμβῆναι μητέρα ἢ πατέρα ἀλλόκοτον.* Polit. vi. p. 470. E. *τοὺς μὲν πλείστους, καὶ πάνυ ἀλλοκότους γιγνομένους, ἵνα μὴ παμπονήρους εἴπωμεν, τοὺς δὲ ἐπιεικεστάτους δοκοῦντας κ. λ.* Euthyd. p. 229. C. Phrynichus *Προπαρασκ. Σοφιστ.* Ms. *Ἀλλόκοτος σημαίνει μὲν κυρίως τὸ παρηλλαγμένον τῆς καθεστάσης διαίτης καὶ τρόπου· πεποίηται δὲ παρὰ τὸν κότον, ὃ σημαίνει τὴν ὀργὴν καὶ μανίαν καὶ παραπληγίαν. Ὁ οὖν ἄλλοτε ἄλλως ἄλλοις κοτῶν, Ἀλλόκοτος ἂν καλοῖτο.* Πλάτων *ἐν Νόμοις·* (Lib. v. p. 613. A.) *οἱ μέν γε διὰ πνεύματά γε καὶ διειλήσεις ἀλλόκοτοί εἰσι καὶ ἐναίσιοι αὐτῶν. Τὸ γὰρ, ἐναίσιοι αὐτῶν, δηλοῖ οἷον, οἱ γενόμενοι ἐν αἴσῃ καὶ μοίρᾳ τινι. Κυρίως μὲν οὖν οἱ τὸν νοῦν βεβλαμμένοι καὶ ἔμπληκτοι, Ἀλλόκοτοι καλοῦνται, ἤδη δὲ καὶ ἐπὶ τῶν τὰ σώματα διακειμένων παρὰ φύσιν. Κράτης δ' ἐπὶ ὀνείρατος ἠλλαγμένου καὶ τερατώδους.* Lexicon Sangerm. Ms. *Ἀλλόκοτον. ἐναντίον, ξένον, ἀλλοφυὲς, ἐξ ἄλλου,* (lege, *ἔξαλλον*) *ἀσυνάρμοστον, ἀλλότριον.* Πλάτων δὲ *Ἀλλοκώτατον καὶ Ἀλλοκώτερον εἶπεν, καὶ Φερεκράτης Ἀλλοκότως ἐπιῤῥηματικῶς.* Adde Scholia Aristoph. ad Vesp. 47. 71. et Scholia Platonis non uno loco. Bis hanc vocem Mangeius in Philone T. ii. p. 300. et 541. tentavit; sed temere, ut solet.

[d] *Ἀλλοτριονομοῦντες*] Hæc glossa ex earum genere est, quas, nisi locum, ex quo manarint, in promptu habeas, vix ac ne vix quidem intelligas. Plato Theætet. p. 136. F. loco nobilissimo et sæpe ad imitationem vocato, animum humanum *κηρίνῳ ἐκμαγείῳ* comparat, cui perceptarum rerum notiones imprimantur. Is autem, cui exiguum *ἐκμαγεῖον*, id est, minutus animus obtigisset, notiones propter loci angustias aliis, atque oporteret, sedibus locabat: ex quo confusas falsasque opiniones existere necesse erat. Sed ipsum potius Philosophum audiamus: *Ἐὰν δὲ πρὸς πᾶσι τούτοις ἐπ' ἀλλήλων*

Ἀμεταστρεπτί.[e] *οὐχ ὑποστρέφειν εἰς τοὐπίσω.*
Ἀμόθεν γε ποθέν.[f] *ἀπό τινος μέρους ἰσημέρου.*
Ἄμυνα.[g] *καὶ ἐπὶ ἀμοιβῆς, καὶ ἐπὶ εἰσπράξεως δίκης.*
Ἀμφιλαφές.[h] *πολὺ καὶ ἄφθονον. ἔστιν δ' ὅτε καὶ ἀμφίσκιον.*

συμπεπτωκότα ἢ ὑπὸ στενοχωρίας, ἐάν του σμικρὸν ἦν τὸ ψυχάριον, ἔτι ἀσαφέστερα ἐκείνων. Πάντες οὖν οὗτοι γίγνονται οἷοι δοξάζειν ψευδῆ. ὅταν γάρ τι ὁρῶσιν, ἢ ἀκούωσιν, ἢ ἐπινοῶσιν ἕκαστοι, ἀπονέμειν ταχὺ ἑκάστοις οὐ δυνάμενοι, βραδεῖς τε εἰσί, καὶ ἀλλοτριονομοῦντες παρορῶσί τε καὶ παρακούουσι καὶ παρανοοῦσι πλεῖστα. καὶ καλοῦνται αὖ οὗτοι ἐψευσμένοι τε δὴ τῶν ὄντων καὶ ἀμαθεῖς. Liquido patet, pro *ὀνοματοποιοῦντες*, quod Ms. habebat, divise legendum esse *ὀνομάτων ποιοῦντες*, ut est apud Suidam, et Auctorem Lexici Sangerm. Ms. qui glossam totidem verbis ex Timæo descripserunt; nisi quod in hoc separatim legatur, *ἀλλότριον νομοῦντες*. Acute autem Hemsterhusius meus suspicabatur, duplicem olim extitisse lectionem, *ἀλλοτριωνυμοῦντες*, cui prior conveniat interpretatio, et *ἀλλοτριονομοῦντες*, ad quam posterior pertineat. A Platone hoc verbum sumsit Olympiodorus Commentario Ms. in Phædonem: *Ὅτι τὸ μὴ καλῶς λέγειν, ἀλλ' ἀλλοτριονομεῖν, πρῶτον μὲν οὐ καλόν, ὅπερ δὴ λέγεται, οἷον τὸ φάσκειν ὅτι Σωκράτης τέθνηκεν, ἀλλ' οὐχὶ τὸ τούτου σῶμα.*

[e] *Ἀμεταστρεπτί*] Ms. *ὑποστρέφει*. Sed Grammatici hujus modi adverbia per Infinitivum, quem reposui, exponunt, ut Hesychius: *Ἀμεταστρεπτί. δίχα τοῦ μεταστραφῆναι.* Lexicon Sangerm. Ms. *Ἀμετάστρεπτον.* (l. *Ἀμεταστρεπτί.*) *ἀμελητί, μὴ ἐπιστρεφόμενον.* Polit. x. p. 521. E. *ἐντεῦθεν δὲ δὴ ἀμεταστρεπτὶ ὑπὸ τὸν τῆς Ἀνάγκης ἰέναι θρόνον.* Legg. ix. p. 652. C. *τὰς δὲ τῶν κακῶν ξυνουσίας φεῦγε ἀμεταστρεπτί.* Philo T. i. p. 410. *τὰς μὲν οὖν εἰς τὸ ἁμαρτάνειν συνόδους ἀμεταστρεπτὶ φευκτέον.* Gataker. ad Antonin. viii. §. 5. et Albertus ad Hesych. in v. Pro eodem *ἀνεπιστρεπτὶ* apud Plutarch. de Audit. p. 46. E. et Jamblich. de Vit. Pythag. cap. iii. p. 12.

[f] *Ἀμόθεν γε ποθέν*] Codex Ms. levi vitio, *Ἀποθέν γε ποθέν*. quod tamen Suidam decepit. Nam ipsum Timæum *ἀμόθεν γε ποθὲν* scripsisse cum ex literarum serie intelligitur, tum multo magis ex loco, quem respexit, Legg. vii. p. 631. E. Μηχανὴν δὴ δεῖ τὸν νομοθέτην ἐννοεῖν ἀμόθεν γε ποθὲν, ὄντινα τρόπον τοῦτ' ἔσται τῇ πόλει. ubi Scholiastes: *Ἀμόθεν γε ποθέν. ὁπωσδήποτε, καθ' ὁτιοῦν. λέγεται δὲ καὶ Ἀμηγέπη, καὶ Ἀμωσγέπως, καὶ Ἀμουγέπου, καὶ Ἀμοιγέποι, καὶ Ἀμοσγέποι.* Photius Lexico Ms. *Ἡ ποθέν. ἀμόθεν. οὕτως Ἀριστοφάνης.* Legendum: *Ἀμόθεν. ποθέν.* ut est in Suida. Demosthenem Thracem *ἀμόθεν* apud Homerum Od. A. 10. per *ἀμηγέπη* explicuisse, tradit Eustath. ad l. c. p. 1383. cujus accurata de hac voce est disputatio. Quod in glossæ fine additur, *ἰσημέρου*, Kusterus ut supervacaneum delebat: Abreschius Dilucid. Thucyd. Auctar. p. 372. in *ἰσημοίρου*, vel potius *ἰσημεροῦς* mutabat. Kusteri ratio præferenda videtur.

[g] *Ἄμυνα*] Hanc glossam descripsit Suidas. Vocem *ἄμυνα* magno consensu explosam a Phrynicho, Mœride, et Thoma M. frustra quæras in *Ἀττικωτάτῳ* Platone. Ea quidem reperitur apud exquisitæ elegantiæ scriptorem, Alciphronem iii. 46. p. 376. *Τῆς ἀμύνης εἰς ἄπειρον προχωρούσης.* Sed sollertia viri docti Obs. Misc. Vol. v. T. ii. p. 291. bene correxit, *τῆς ἀμίλλης*· quod Codex Parisinus, a nobis collatus, confirmat.

[h] *Ἀμφιλαφὴς*] Grammatici *ἀμφιλαφὴς* idem esse tradunt, quod *ἀμφιλαβὴς*, *qui ab utraque parte prehendi possit.* Sed ex Hemsterhusiana ratione derivandum est a *λάφω*, cujus formæ exemplum tametsi interiit, satis tamen e præterito *λέλαφα*, et derivatis, *λαφύω*, *λαφύσσω*, *λάφυρος*, etc. cognoscitur, eam in veterrima lingua extitisse. *Ἀμφιλαφὴς* non reperitur apud Homerum: sed tanto frequentius apud posteriores poëtas, et solutæ orationis scriptores. De *arboribus læta coma florentibus*, dixit Plato loco perinsigni, quem Timæus respexit, Phædr. p. 338. A. *ἥτε γὰρ πλάτανος αὕτη, μάλα ἀμφιλαφής τε καὶ ὑψηλὴ, τοῦ τε ἄγνου τὸ ὕψος καὶ τὸ σύσκιον πάγκαλον.* quæ verba certatim imitando sua fecerunt Julian. Or. iii. p. 113. A. Themist. Or. ii. p. 32. Aristænet. i. 3. Basil. de Vita Theclæ ii. 10. p. 158. Totum vero philosophi locum sic expressit Cicero de

'Αμφιθαλεῖς.[i] ἀντὶ τοῦ, ἀμφότεροι οἰκοθαλεῖς.
'Αμφικτύονες.[k] οἱ ἐκ πολλῶν πόλεων αἱρετοὶ δικασταὶ, οἷον ἀμφικτίονες καὶ περίοικοι.
'Αμηγέπη.[l] ἐνί γε τρόπῳ, ἢ ὁπωσοῦν.

Orat. i. 7. ut de elocutionis venustate cum Platone certasse videatur: 'Cur non imitamur Socratem illum, qui est in Phædro Platonis; nam me hæc tua platanus admonuit, quæ non minus ad opacandum hunc locum patulis est diffusa ramis, (ἀμφιλαφὴς) quam illa, cujus umbram secutus est Socrates, quæ mihi videtur non tam ipsa aquula, quæ describitur, quam Platonis oratione crevisse.' Platano antiquitas hanc vocem quasi propriam dicavit. Apollon. Rhod. ii. 735. 'Αμφιλαφεῖς πλατάνιστοι ὑπ' ἀκροτάτῃ πεφύασιν. ubi vide Scholiast. Sed exemplorum nullus finis esset, si quæ ad manum sunt, huc congererem. Sæpe etiam ἀμφιλαφὴς dicitur de *quacunque re ampla et magna*. Pindarus Olymp. ix. 122. ἀμφιλαφὴς δύναμις ἔσποιτο. Herodot. iii. 114. χρυσίον τε φέρει πολλὸν, καὶ ἐλέφαντας ἀμφιλαφέας. Apollon. Rh. iv. 1366. πελώριος ἄνθορεν ἵππος, 'Αμφιλαφής. ubi a Scholiaste μέγας explicatur. Longin. §. 12. p. 92. ἀμφιλαφής τις ἐμπρησμὸς πάντῃ νέμεται. Ælian. H. A. ii. 21. δεῖπνον ἄφθονον καὶ ἀμφιλαφές. De *re tecta ab omni parte, et munita*, quæ vis vocis proxime fluxit ab origine, Theocrit. Eid. xxiv. 46. 'Αμφιλαφὴς δ' ἄρα παστὰς ἐνεπλήσθη πάλιν ὄρφνης. Nec quicquam impedit, quo minus ita capiatur in Apollon. Rh. iv. 982. 'Αμφιλαφὴς πίειρα Κεραυνίη εἰν ἁλὶ νῆσος. A Sophistis, Pindari auctoritatem secutis, etiam ad *res incorporales* traduci cœpit. Maxim. Tyr. Diss. xxi. p. 259. οὐδὲν γὰρ πολεμιώτερον ἀνδρὸς ἀρετῇ μοχθηρίας ἀμφιλαφοῦς. Diss. xxii. p. 269. ἐν πολλῇ καὶ ἀμφιλαφεῖ ἀληθείᾳ κατατιθέμενον τὸ τοῦ βίου τέλος. nisi potius h. l. scripserit, ἐν πολλῇ καὶ ἀμφιθαλεῖ ἀληθείᾳ, imitatus, ut opinor, Æschinem Socratic. Axioch. p. 731. D. καὶ φιλοσοφῶν οὐ πρὸς ὄχλον καὶ θέατρον, ἀλλὰ πρὸς ἀμφιθαλῆ τὴν ἀλήθειαν. Idem Sophista Diss. xl. p. 473. αἱ γὰρ τῶν σωμάτων φύσεις πολὺ τῶν τῆς ψυχῆς ἀμφιλαφέστεραι εἰς ὑγείας μέτρον. Rarius *personis* tribuitur. Callimach. H. in Apoll. 42. Τέχνη δ' ἀμφιλαφὴς οὔτις τόσον ὅσσον 'Απόλλων. quod sic expressit Dionysius Perieg. v. 462. Ὕλῃ δ' ἀμφιλαφὴς οὔτις τόσον ὅσσον ἐκείνη. Damascius ap. Suid. v. Σεβηριανός. ὅτε καὶ εἶδον ἄνθρωπον εὕρουν τε ἅμα καὶ ἀμφιλαφῆ τὴν διάνοιαν πρὸς τὰς πολιτικὰς ἐξηγήσεις.

[i] 'Αμφιθαλεῖς] Forte legendum, ἀμφοτέρωθεν, vel, ἐπ' ἀμφοτέροις οἰκοθαλεῖς. Pollux iii. 25. ὅτι δὲ ἂν γονεῖς ἅμα ἀμφότεροι περιῶσιν, ἀμφιθαλὴς ὀνομάζεται. Et sic reliqui Grammatici. Plato Legg. xi. p. 681. B. ἢ περὶ τὸν ἀμφιθαλῆ γενόμενος κακός. Callimach. Fragm. cxx. Αὐτίκα τὴν τάλιν παιδὶ σὺν ἀμφιθαλεῖ. Dionys. Halic. A. R. ii. p. 92. 130. Lucian. Hermot. p. 798. Latini *patrimos et matrimos* dicebant. Sed abunde viri docti, qui laudantur ad Hesych. in v. et Fabric. ad Dion. Cass. lix. p. 908. Alia potestate ἀμφιθαλὴς *Diis, omni ex parte florentibus, almis*, tribuebatur. Orpheus Hymn. xlv. 2. Νύσιον, ἀμφιθαλῆ, πεποθημένον, εὔφρονα Βάκχον. quod ipsum fortasse restitui debet H. vii. 13. xii. 1. ubi αἰθαλὴς editur: nisi quis præferat αὐξιθαλής. Aristoph. Av. 1735. Ὁ δ' ἀμφιθαλὴς Ἔρως Χρυσόπτερος κ. λ. ubi frustra Scholiastes alteram notionem agnoscit. Philo T. ii. p. 559. τοῖς τῶν μειζόνων καὶ ἀμφιθαλῶν εἶναι δοκούντων σεβασμοῖς, Ἑρμοῦ καὶ 'Απόλλωνος καὶ Ἄρεως. Pro *generoso* vel *nobili* est apud eundem T. i. p. 538. ii. p. 446.

[k] 'Αμφικτύονες] Suidas pro πολλῶν πόλεων legit πόλεων καὶ ἐθνῶν, quod eodem redit. Minus autem recte apud eundem ἀμφικτύονες scribitur pro ἀμφικτίονες, quo Glossographum nostrum ad vocis etymon respicere, clarum est. Nam Androtion quoque, 'Ατθίδος scriptor, Amphictyonum consessum non ab Amphictyone, Deucalionis F. qui eum instituisse traditur, sed a Delphorum ἀμφικτίοσι i. e. vicinis, sic appellatum esse statuit. Vide Pausan. Phoc. cap. viii. p. 815. et ibi Sylburg. Apud Platonem nullam *Amphictyonum* mentionem reperi: nec dubito, quin glossa ad Herodotum, eos non uno loco commemorantem, pertineat. De ipso concilio omnia fere pervulgata sunt. Videndus præter alios Anton. van Dale Diss. vi. de Antiq. et Marmor. p. 430. seqq.

[l] 'Αμηγέπη] Sophist. p. 165. H. τὸ δὲ ταυτὸν ἕτερον ἀποφαίνειν ἀμηγέπη.

'Αναδῆσαι.[m] ταινίας ἐπιβαλεῖν.

'Ανάρσια.[n] ἃ οὐκ ἄν τις ἄραιτο.

'Ανακηκίει.[o] ἀναπηδᾷ.

'Ανάπλεως.[p] ἀναπεπλησμένος. χρῆται δὲ ἐπὶ τοῦ μεμολυσμένου.

[m] Ἀτύφου μοίρας] Phædr. p. 338. A. Εἴτέ τι θηρίον ὢν τυγχάνω, Τυφῶνος πολυπλοκώτερον, καὶ μᾶλλον ἐπιτεθυμένον, εἴτε ἡμερώτερόν τε καὶ ἁπλούστερον ζῷον, θείας τινὸς καὶ ἀτύφου μοίρας φύσει μετέχον. quem locum laudavit Plutarch. adv. Colot. p. 1119. B. et imitati sunt haud pauci. Themist. Orat. i. p. 3. B. ἀλλ' ἐπὶ τὸ πάντων εὐκολώτατόν τε, καὶ ἡμερώτατον, θείας τε ὄντως δή τινος, καὶ ἀτύφου μοίρας φύσει μετέχον, ζῷον οὐράνιον. Synes. de Regn. p. 20. A. τὸ θείας μετειληχὸς μοίρας, ἀξιοῖ πάντη ἄτυφον εἶναι. Eodem allusit Philostrat. V. A. Lib. vi. cap. 3. p. 237. ἀλλ' ἦν τῆς ἀγροικοτέρας τε καὶ ἀτέγκτου μοίρας. In Œnomao apud Euseb. P. E. V. 21. p. 213. pro παρεμφαίνει μὲν τὴν ἔκτυφον μοῦσαν, Collatio Ms. in schedis Vossianis habet, παρεμφαίνει μὲν τὴν ἔκτυφον μοῖραν. quam lectionem eruditi considerent. De aliis, quæ huc pertineant, pulcherrime disputat Hemsterhusius ad Hesych. Tom. i. p. 491. Partem hujus glossæ reperias etiam apud Suidam. Pro τεθυμμένης Ms. prave τεθρυμμένης. Conf. v. Τεθυμμένης, et quæ ibi dicemus.

[n] Ἀτυχῆσαι] Theætet. p. 133. A. Οὗ δὲ ἀληθείας τὶς ἀτυχήσει, ποτὲ τούτου ἐπιστήμων ἔσται; Gorg. p. 287. A. ἔπειτα σὺ ἐνταῦθα τούτου μόνος ἀτυχήσαις. Phædr. p. 338. D. ἀξιῶ δὲ μὴ διὰ τοῦτο ἀτυχῆσαι ὧν δέομαι. Legg. vii. p. 635. B. οὐδ' οἷόν τε τὸν ζῶντα οὕτως ἀτυχῆσαι τοῦ προσήκοντος. ix. p. 660. F. ὧν αὐτῇ τυχούσῃ μὲν βιωτὸν, ἀτυχησάσῃ δὲ, τοὐναντίον. x. p. 672. E. ταύτης τῆς δίκης οὔτε σὺ μήποτε, οὔτε εἴ ἄλλος ἀτυχὴς γενόμενος ἐπεύξηται περιγενέσθαι θεῶν. Axioch. p. 729. A. Ἀλλ' οὐκ ἀτυχήσεις μου οὐδενὸς τῶν μετρίων. Arrian. de Exped. Alex. iii. 5. οὐκ ἔστιν ὅντινα ἀτυχήσοντα ὧν ἐδεῖτο ἀπέπεμψε. Damascius apud Phot. p. 1069. καίτοι ἀρχὴν ἀτυχοῦντες εὐαγωγίας φιλοσόφου. Lexicon. Sangerm. Ms. Ἀτυχεῖν. τὸ μὴ τυγχάνειν τινὸς, ἀλλὰ διαμαρτάνειν. Εὔπολις Δήμοις· Λέγ' ὅτου 'πιθυμεῖς. οὐ γὰρ ἀτυχήσεις ἐμοῦ. Eundem Eupolidis versum sic laudat Priscianus xviii. p. 1175. Λέγε τοῦ ἐπιθυμεῖς, καὶ οὐδὲν ἀτυχήσῃς ἐμοῦ. Etymol. M. p. 168. 17. Ἀτυχεῖν, ἀντὶ τοῦ ἀποτυχεῖν Πλάτων λαμβάνει. Timæi glossulam descripsit Suidas.

[o] Αὔην καὶ ξηρὰν] Legg. vi. p. 517. E. ὕλην παρατιθέντας αὔην καὶ ξηρὰν ἄφθονον. Pro παραλλήλως Ms. παραλλήλοις.

[p] Αὐτίκα] Corrigendum fortasse: Αὐτίκα μάλα. καὶ τότε εὐθέως. nisi quid exciderit. Gorg. p. 283. A. ὅτι σοι αὐτίκα ἂν παρασταῖεν οἱ δημιουργοὶ τούτων. Ib. p. 286. B. αὐτίκα ἐπισκεψόμεθα. p. 290. C. κατεαγὼς ἔσται αὐτίκα μάλα. Quæ verbi notio apud Platonem, aliosque toties occurrit, ut nullis confirmari debeat testimoniis. Frequens etiam, sed vulgo minus intellecta, illa vis est, qua, initio sententiæ, in probandis argumentis, pro *exempli gratia, verbi caussa*, accipitur. Alcib. ii. p. 38. E. ὥσπερ τὸν Οἰδίπουν αὐτίκα φασὶν εὔξασθαι. Ib. p. 39. B. Αὐτίκα, τῶν σῶν ἡλικιωτῶν εἴ τινες τυγχάνουσιν ἄφρονες ὄντες. Ib. p. 41. A. εἴ σοι αὐτίκα μάλα παρασταίη. et paullo post: Οὐκοῦν οἱ ῥήτορες αὐτίκα, κ. λ. Minoe p. 44. G. ἐπεὶ αὐτίκα ἡμῖν μὲν οὐ νόμος ἐστὶν ἀνθρώπους θύειν. Theæt. p. 124. D. αὐτίκα γὰρ, δοκεῖς τινά σοι συγχωρήσεσθαι; Protag. p. 196. G. ἀλλ' ὥσπερ ἂν εἰ αὐτίκα μεταβαλὼν τὴν ἐπιθυμίαν Ἱπποκράτης κ. λ. Lachet. p. 252. F. ἐπεὶ αὐτίκα ἐν ταῖς νόσοις οὐχὶ οἱ ἰατροὶ τὰ δεινὰ ἐπίστανται; Gorg. p. 291. D. αὐτίκα πρῶτον, περὶ οὗ νῦν ὁ λόγος ἐστὶ, σὺ ἦγῃ οἷόν τε εἶναι; Ib. p. 295. G. Phædr. p. 340. C. Legg. v. p. 604. B. p. 607. H. Callimach. H. in Jov. v. 76. Αὐτίκα χαλκῆας μὲν ὑδείομεν Ἡφαίστοιο. Et sic centies alii scriptores, Attici præsertim. Veram vocis potestatem non primus Tan. Faber ad Lucretium, ut credit Toupius ad Longin.

Ἀχαριστεῖν.[q] μὴ χαρίζεσθαι.
Ἀστόξενος.[r] ὁ μὴ ἔχων ἐν τοῖς πολίταις οἰκίαν ἰδίαν.

B.

Βάδην.[a] ἐπειγομένη πορεία.
Βαθεῖαν αὔλακα.[b] ὅπερ ἐστὶ σχιστῆς γῆς ὑπὸ ἀρότρου.

p. 196. sed jam olim Devarius de Partic. p. 51. et Casaubonus ad Athen. viii. 9. p. 604. nuper viri Græcarum Latinarumque elegantiarum peritissimi, Jo. Augustus Ernestus ad Xenophont. Memorab. iv. p. 202. et Jer. Marklandus ad Lysiæ Orat. xix. p. 581. præclare demonstrarunt. Pro αὐτίκα eodem sensu etiam εὐθὺς vel εὐθέως dici, quod Casaubonus l. c. rarissimum putabat, exemplis planum fecerunt Raphelius ad Arrian. de Exp. Alex. vi. 11. et Kœnius ad Gregor. de Dialect. p. 194. Latini, *continuo, ne longe abeam*, Galli, *d'abord*.

[q] Ἀχαριστεῖν] Glossa a Suida etiam descripta, referenda est ad Sympos. p. 320. G. τοῖς μὲν ἀγαθοῖς ἑκάστου τοῦ σώματος καὶ ὑγιεινοῖς καλὸν χαρίζεσθαι, καὶ δεῖ,—τοῖς δὲ κακοῖς καὶ νοσώδεσιν αἰσχρόν τε, καὶ δεῖ ἀχαριστεῖν. Antiphon apud Stob. p. 284. καὶ ὅτι οἱ μεταμέλει οὐ χαρισαμένῳ, ἀλλ' ἀχαριστήσαντι. quem locum laudat Harpocration in v. ubi videndus Maussacus. Lex. Rhetor. Ms. Ἀχαριστεῖν τέτακται μὲν ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον πρὸς τοὺς εὖ παθόντας, ὅταν μὴ βούλωνται χάριν ἐκτίνειν τοῖς εὖ πεποιηκόσιν· ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ ἐπὶ τῶν χαρίζεσθαι μὴ θελόντων χρῶνται τῷ ἀχαριστεῖν. Vide Lennepium ad Phalarid. p. 13. 89.

[r] Ἀστόξενος] Cum Glossographo nostro prope ad verbum congruit Hesychius v. Ἀστύξενοι. Varias Grammaticorum de hac voce opiniones accurate exposuit Pollux iii. 60. Ἀστόξενος κατὰ μέν τινας, ὁ αὐτὸς τῷ ἰδιοξένῳ· κατὰ δὲ ἄλλους, ὁ γένει μὲν ξένος, τιμῆ δὲ ἀστός· ἐνίοις δὲ δοκεῖ, ὁ φύσει μὲν ἀστὸς, δόξῃ δὲ ξένος, ὡς Δαναὸς Ἀργείοις, ἀπὸ Ἰοῦς τῆς Ἀργείας ἔχων τὸ γένος. Ælii Dionysii et Pausaniæ sententiam retulit Eustath. ad Il. Γ. p. 405. Adde Hesych. v. Ἀστόξενοι, Suidam v. Ἰδιόξενος, et Moschopul. περὶ σχεδῶν p. 119. Quod apud Hesychium legitur: Αὐτοξενεῖν. ἐν ἴσῳ τῷ Προξενεῖν. ipsius errore natum videtur ex Ἀστοξενεῖν. Glossæ sedem frustra in Platone quæsivimus.

[a] Βάδην] Addenda negatio, οὐκ ἐπειγομένη πορεία. Glossa huc, ni fallor, ex Herodoteis irrepsit. Lib. ix. 57. ἀναλαβόντα τὸν λόχον ὅπλα ἦγε βάδην πρὸς τὸ ἄλλο στῖφος. Homerus Il. N. 516. Τοῦ δὲ βάδην ἀπιόντος ἀκόντισε δουρὶ φαεινῷ. Æschyl. Pers. v. 19.—ἔβαν, οἱ μὲν ἐφ' ἵππων, οἱ δ' ἐπὶ ναῶν, πεζοί τε βάδην. Aristoph. Lysistr. v. 254. Χωρεῖ Δράκης, ἡγοῦ βάδην. Sosipater apud Athen. L. ix. p. 378. F. Πότε δεῖ πυκνότερον ἐπαγαγεῖν, καὶ πότε βάδην. Philostrat. de Vit. Sophist. L. ii. p. 589. καὶ δρόμῳ ἐχώρουν ἐς τὸ Ἀθήναιον, ὁρμῆς μεστοὶ, καὶ τοὺς βάδην πορευομένους κακίζοντες. Eunap. Jamblich. p. 25. βάδην καὶ σχολαίως προϊόντες. Proæres. p. 142. οἱ δὲ μόλις μὲν καὶ βάδην συνῆσαν. Sed notior hæc forma est, quam ut exemplis illustranda sit.

[b] Βαθεῖαν αὔλακα] In his mutuam sibi operam præstant Timæus et Suidas. Primum in Suida restitue ex Timæo, ὅπερ ἐστὶ σχιστῆς γῆς pro ὅπερ ἐστὶ στίχος γῆς. nisi in utroque Grammatico utramque lectionem conjungere malis: ὅπερ ἔστι στίχος σχιστῆς γῆς. ut *ordines sulcorum* significentur. Tum in Timæo legendum ex Suida, ἀπὸ τούτου βαθείας φρένας καὶ κεκρυμμένας σημαίνει. Vitiose Codex Ms. ἀπὸ τοῦ βαθείας φρενὸς καὶ κεκρυμμένης σημαίνει. Alterutrum horum Grammaticorum descripsit Etymol. M. p. 185. 31. cujus lectio et ipsa mendosa est: Βαθεῖαν αὔλακα. ὅπερ ἐστὶ στιχὶς γῆς ὑπὸ ἀρότρου· ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τοῦ βαθείας φρένας καὶ κεκρυμμένας. quæ ab eruditissimo Sylburgio non satis intellecta, ad eam normam, quam in Timæo dedimus, refingenda sunt. Pertinet vero glossa ad Polit. ii. p. 423. D. τὸ δὲ τοῦ Αἰσχύλου πολὺ ἦν ἄρα ὀρθότερον λέγειν κατὰ τοῦ ἀδίκου. τῷ ὄντι γὰρ φήσουσι τὸν ἄδικον, ἅτε ἐπιτηδεύοντα πρᾶγμα ἀληθείας ἐχόμενον, καὶ οὐ πρὸς δόξαν ζῶντα, οὐ δο-

μεταφορικῶς ἀπὸ τούτου βαθείας φρένας καὶ κεκρυμμένας σημαίνει.

Βάλλ' εἰς μακαρίαν.[c] *ἀντὶ τοῦ, βάλλ' εἰς ἅδου· ὅθεν τοὺς ἀποθανόντας* Μακαρίτας[d] *ἔθος καλεῖν· ἢ ὅτι ἡ* Μακαρία[e] *θυγάτηρ οὖσα τοῦ Ἡρακλέος, ἑκοῦσα ὑπὲρ τοῦ τῶν Ἡρακλειδῶν γένους ἀπέθανεν.*

Βάραθρον.[f] *ὄρυγμα φρέατι ὅμοιον, ἔνθα οἱ καταδικασθέντες ἐβάλλοντο.*

Βδελυρός.[g] *αἰσχροποιός.*

Βέβηλοι.[h] *ἀμύητοι.*

κεῖν ἄδικον, ἀλλ' εἶναι ἐθέλειν, Βαθεῖαν *ἄλοκα διὰ φρενὸς καρπούμενον,* Ἐξ *ἧς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα.* Æschyli locus est Sept. contr. Theb. v. 599. ubi vide Schol. et Stanlei. Eosdem iambos laudavit Plutarch. Aristid. p. 320. C. et T. ii. p. 88. B. 186. B. expressit Damascius apud Phot. p. 1031. *οὐ δοκεῖν δὲ δίκαιος, ἀλλ' εἶναι ἤθελε, βαθεῖαν τῷ ὄντι καὶ αὐτὸς αὔλακα διὰ φρενῶν καρπούμενος.* et p. 1055. *καὶ ἐξ ὧν ἔγραψεν δῆλος ἦν ὁ βαθεῖαν αὔλακα τῶν νοημάτων καρπούμενος, ἐξ ὧν τὰ σοφὰ βλαστάνει θεάματα τῆς τῶν ὄντων φύσεως.* attigerunt Is. Casaub. ad Sueton. Vitell. cap. 13. et H. Vales. ad Excerpt. Peiresc. p. 23. denique bene explanavit Bern. Martin. Var. Lect. ii. 4.

[c] Βάλλ' εἰς μακαρίαν] Hipp. Maj. p. 100. E. *Τί τοῦτο, βάλλ' εἰς μακαρίαν, τοῦ ἀνθρώπου; οὐδ' εὔφημα ταυτά γε τὰ ἐρωτήματα.* ubi vide Scholiasten. Alciphron Lib. i. Epist. 9. p. 32. Lib. iii. Epist. 32. p. 343. et ibi Steph. Bergler. Julian. Cæsar. p. 333. A. Scholiast. Aristoph. ad Equit. v. 1148. Eustath. ad Od. A. p. 1405. ut alios mittam. Singulare et rarum est, quod Photius Lexicon Ms. e Comico quodam affert: *Εἰς ὀλβίαν, ὡς εἰς μακαρίαν, τὸ εἰς ᾅδου.* ubi scribe, *ἢ εἰς ᾅδου.*

[d] Μακαρίτας] Euphemismus magis usitatus scriptoribus Christianis, quam veteribus Græcis. Æschylus apud Stob. p. 609. *Πᾶς γάρ λέγει τις, ὁ μακαρίτης οἴχεται.* Alciphron iii. 37. *ἐπεὶ γὰρ τὸν μακαρίτην ἀπέβαλον Φαιδρίαν.* Artemidor. iv. 74. *ὁ Πλούταρχος εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβαίνειν ἐδόκει· καὶ τῇ ἐπιούσῃ ὕναρ ὑπεκρίνατό τις αὐτῷ τὸν ὄνειρον, καὶ ἔφη μακάριον ἔσεσθαι αὐτόν.* i. e. *moriturum.* Photius Lexico Ms. *Μακαρίτας, τοὺς τεθνηκότας. οὕτως Μένανδρος.* Eosdem a Doribus *ζαμερίτας*, tanquam melioris sortis participes factos, appellatos esse, tradit idem Photius, et ex eo Suidas v. *Μακαρίτας. Beati* et *Felices* dicebantur a Latinis. Lapis apud Reines. Inscript. Class. xvii. n. 55. 'Vale felicissima anima.' Plura Lambinus ad Horat. i. Serm. 9. 28. et Huetius in Anthol. p. 5. Bene monet R. Bentleius Diss. de Phalaride p. 9. Græcos nunquam nomine *μακαρίτης*, nisi de nuper mortuis, uti.

[e] Μακαρία] De *Macaria* vide quos laudat Ti. Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. p. 113. Paullo post Ms. *ἑκοῦσα ὑπὸ τοῦ.*

[f] Βάραθρον] Gorg. p. 309. H. *Μιλτιάδην δὲ τὸν ἐν Μαραθῶνι εἰς τὸ βάραθρον ἐμβαλεῖν ἐψηφίσαντο.* Creberrima apud Aristophanem, aliosque scriptores Atticos *βαράθρου* mentio. Vide Harpocrat. in v. et Lexicon Rhetoricum Bibl. Coislin. p. 491.

[g] Βδελυρός] Polit. i. p. 414. D. *Βδελυρὸς γὰρ εἶ, ἔφη, ὦ Σώκρατες.* Theopompus apud Athen. L. iv. p. 167. B. *ἢ λάσταυρος, ἢ βδελυρὸς, ἢ θρασὺς τὸν τρόπον.* Dio Chrysost. Orat. lv. p. 561. C. *ὁπότε δὲ ἀναίσχυντον καὶ βδελυρὸν, περὶ ἀναιδείας καὶ βδελυρίας.* Sed exemplorum pleni sunt scriptores veteres. Vide Schol. Aristoph. ad Nub. v. 445. Is. Casaub. ad Theophrast. *περὶ βδελυρίας* p. 241. et Des. Herald. in Tertull. Apol. p. 32. Glossa etiam est apud Suidam.

[h] Βέβηλοι] Sympos. p. 334. C. *οἱ δὲ οἰκέται, καὶ εἴ τις ἄλλος ἐστὶ βέβηλός τε καὶ ἀγροῖκος, πύλας πάνυ μεγάλας τοῖς ὠσὶν ἐπίθεσθε.* quibus verbis expressit notissimum Orphei versum: *Φθέγξομαι, οἷς θέμις ἐστί· θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι.* ad quem præter alios auctores, a Spanhemio ad Callim. H. in Apoll. v. 2. indicatos,

Βλάξ.[i] ὁ διὰ νωθρίαν ἁμαρτηκώς.
Βλιμάζειν.[j] πειράζειν.
Βένδις.[k] ἡ Ἄρτεμις· Θρᾳκεῖα φωνή· καὶ Βενδίδια, Ἀρτέμιδος ἑορτὴ παρὰ Θρᾳξίν.

allusit etiam Aristid. Tom. ii. p. 129. τῶν δὲ βεβήλων ὀλίγος ὁ λόγος· πάντως δὲ οὐδὲν δεῖ πύλας αὐτοὺς ἐπιθέσθαι τοῖς ὠσίν, ἀλλ' ἐπίκεινται πάλαι. ubi vide Scholiast. Libanius Ep. 475. τίς οὖν ὁ τοῦ βεβήλου καιρὸς, καὶ τοῦ τὰς θύρας ἀποκλείειν. Mitto Gregor. Nazianz. Or. xxxiii. p. 532. C. aliosque Patres Ecclesiasticos.

[i] Βλάξ] Politic. p. 191. A. τὰ δὲ βαρύτερα καὶ βραδύτερα, καὶ μαλακώτερα, δειλὰ καὶ βλακικά. ubi vide Scholia. Euthyd. p. 221. D. ἐξήμαρτον διὰ τὴν βλακείαν. Gorg. p. 298. A. πάνυ με ἡγοῦ βλάκα εἶναι. ubi mirificam vocis originem tradit Olympiodorus in Commentario Ms. Βλάκα εἶναι, ἀντὶ τοῦ, χαῦνον τῇ προαιρέσει. Τὸ δὲ Βλὰξ ὄνομα γέγονεν ἀπὸ τοῦ μαλακοῦ. ἦν οὖν μάλαξ τίς· εἶτα εἶχεν εἶναι μλάξ. Ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ μ μετὰ τοῦ λ οὐ συμπλέκεται, ἐτράπη εἰς τὸ β, καὶ γέγονε βλάξ. quibus gemina dederunt Etymol. M. in v. et Scholiastes ad h. l. Polit. iv. p. 450. D. Ἦ μὴν βλακικόν γε ἡμῶν τὸ πάθος. ex quo loco emendandus est Erotianus v. Βλακεύειν, et Etymol. M. p. 199. 7. quod, ut leve, sine admonitione præteriissem, nisi accuratissimum Sylburgium fefellisset. Platonis βλακικὸν πάθος in alium sensum flexit Julianus Ep. 12. Ταῦτα κατελήρησα, παθών τι βλακῶδες. Legg. i. p. 570. B. ἐπαινετὰ μὲν πάντ' ἐστὶ τὰ τοιαῦτα, ὅπου τινὲς ἔνεισι καρτερήσεις· ὅπου δ' ἀνεῖνται, βλακικώτερα. Teles apud Stob. p. 847. ἀλλ' οὖν γε ἄνδρα, καὶ οὐ βλάκα. Heraclitus ap. Plutarch. T. ii. p. 28. D. et p. 41. A. Βλὰξ ἄνθρωπος ἐπὶ παντὶ λόγῳ φιλεῖ ἐπτοῆσθαι. Lucian. Toxar. p. 522. βλάκα ἐραστὴν ἐκπυρῶσαι. Et sic idem alibi. Pollux i. 158. Sed ut βλὰξ non solum *fatuum* ac *stupidum* significat, sed et *imbellem* et *socordem*, sic βλακεύειν dicitur de eo, *qui quid tarde et remisse agit*. Dio Chrysost. Orat. xx. p. 263. D. δι' ἣν βλακεύων τε καὶ ἀσχολούμενος ἀναλώσει καὶ πάνυ πολὺν χρόνον. Ælian. H. A. Lib. iv. cap. 43. μηδὲ νύκτωρ βλακεύειν, μηδὲ ἐλιννύειν. Idem Lib. v. cap. 12. vi. 1. vii. 1. ix. 3. 8. Epilog. p. 971. Philostrat. V. A. Lib. vii. cap. 14. p. 292. εἰ δὲ προδίδων σφᾶς, ἢ βραδύνων, ἢ βλακεύων πρὸς τὴν αἰτίαν. Libanius Opp. T. ii. p. 170. C. ἔπειτα τῶν σῶν τις ὁμιλητῶν ἐβλάκευεν; Ibid. p. 315. B. Inprimis voce βλὰξ, et inde derivatis, βλακώδης, βλακικὸς, βλακεύω, βλακεία, delectata est Xenophontis Musa Attica, cujus loca viri docti ad Thom. M. v. Βλὰξ attulerunt. Atticista Ms. in Bibl. Medicea: Βλάθας. τοὺς ἀγροίκους. Scribe, Βλάκας, τοὺς ἀργούς. Lexicon Ms. in Bibl. Regia: Βλάξ. —— οἱ λέγοντες Βλάκα τὸν ἀλάζονα, σφάλλουσι. Vide Phrynich. de Dict. Attic. p. 118. et Gisb. Kœnium ad Gregor. de Dialect. p. 263. Ceterum Timæi glossa egregie confirmat eruditorum hominum in Hesychio emendationem. Nam ubi antea vitiosissime legebatur: Βλάξ. ὁ διὰ νωθείαν ἁμαρηκὸς ἐν τοῖς προδήλοις. certa conjectura restituerunt — ἁμαρτηκὼς ἐν τοῖς προδήλοις.

[j] Βλιμάζειν] Glossa insititia videtur. De ipso verbo nihil fere est, quod addam post eruditam diligentiam Interpretum ad Hesych. in v. et Jo. Taylori Lect. Lysiac. cap. ix. p. 704. Fugit eos locus Philostrati Icon. ii. 26. p. 851. καὶ τοὺς, ὅσαι περ αἱ νῆτται, χῆνας, οὐδὲν δεῖ βλιμάζειν. Gregor. de Dialect. p. 265. τὸ ἐκθλίβειν, Βλιμάζειν. Lexicon Rhetor. Ms. Βλιμάζειν, τὸ πειράζειν καὶ ψηλαφᾷν· ἐπεὶ οἱ προσκνώμενοι ταῖς γυναιξὶ βλιμάζουσι, ψηλαφῶσι τοὺς τιτθοὺς, καὶ τὰς πυγὰς, καὶ τὰ ἄλλα μέρη, ἐγείροντες τὰς ἐπιθυμίας. Ἄλλοι δέ φασιν Κλιμάζειν, τὸ διαστρέφειν. Κλίμαξ δέ ἐστι εἶδος ὀργάνου βασανιστικοῦ· οἱ τῇ κλίμακι διαστρέφονται, τὰ μέλη στρεβλούμενοι. Similia sunt apud Etymol. M. p. 200. 37.

[k] Βένδις] Polit. i. p. 421. fin. Ταῦτα δή σοι, ὦ Σώκρατες, εἰστιάσθω ἐν τοῖς Βενδιδείοις. ubi vide Scholiasten, et Proclum p. 353. et in Tim. Lib. i. p. 9. et 27. Platonis hac de re testimonio utitur Strabo Lib. x. p. 722. Eundem locum respexit Origenes adv. Cels. vi. p. 277. ἀλλ' οἱ τοιαῦτα περὶ τοῦ πρώτου ἀγαθοῦ γράψαντες καταβαίνουσιν εἰς Πειραιέα, προσευξόμενοι ὡς θεῷ τῇ Ἀρτέμιδι· καὶ ὀψόμενοι τὴν ὑπὸ Ἰουδαίων ἐπιτελουμένην πανήγυριν. ubi cum Judæorum mentio ridicula sit, Hœschelius ἰδιωτῶν conjicit; propius ad literarum vestigia Ἰδαίων

Βλίττειν.[l] ἀφαιρεῖν τὸ μέλι ἀπὸ τῶν κηρίων.

Βράττειν.[m] ἀνακινεῖν, ὥσπερ οἱ τὸν σῖτον καθαίροντες.

Βρενθυόμενος.[n] γαυρούμενος καὶ ὀγκυλόμενος μετὰ βάρους.

Βωμολοχία.[o] κακολογία, ἀπὸ τοῦ λοχαγεῖν.[p] εἴρηται

Kuhnius ad Pausan. v. p. 392. intelligens certamen Olympicum, quod Dactyli Idæi primi celebrarunt. Sed e Platone perspicuum est, Origenem scripsisse: *τὴν τῶν* Βενδιδείων *ἐπιτελουμένην πανήγυριν.* Hæc Ti. Hemsterhusii emendatio est, qui nihil arbitror esse verius. Non tamen in ea acquievit Jo. Toupius Emend. in Suid. T. iii. p. 224. mire legens: *τὴν ὑπὸ* Ἰάδων *ἐπιτελουμένην πανήγυριν.* quasi vero mulieres, sine viris, Bendidia celebrassent, aut Origenes tam ineptus antiquitatis affectator fuisset, ut Atticas mulieres, et quidem Socratis æquales, Ἰάδας vocaret. De ipsis Bendidiis satis copiose disputarunt viri docti, quos laudant Drakenborch. ad Liv. xxxviii. 41. et Albertus ad Hesych. in v.

[l] Βλίττειν] Polit. viii. p. 500. A. *Πλεῖστον δὴ, οἶμαι, τοῖς κηφῆσι μέλι καὶ εὐπορώτατον ἐντεῦθεν βλίττεται. Πῶς γὰρ ἄν, ἔφη, παρά γε τῶν σμικρὸν ἐχόντων τὶς βλίσει;* Sic ille locus levi manu sanandus videtur. Vulgatæ Edd. *βλύτει*, et mox, *βλύσει.* De verbo *βλίττειν* restituendo mihi convenit cum H. Stephano. Sed nescio, quare ille *βλίττει* scripserit, sententia *βλίττεται* postulante. Nostra emendatio cum Scholiastæ, tum Codicis Parisini auctoritate confirmatur. Quo minus ratio habenda est viri docti Misc. Obs. Vol. v. T. iii. p. 81. *βλύττει* pro *βλύζει* accipientis. Dio Chrysost. Orat. xxxv. p. 434. D. *καὶ τροφὴν ζώων βδάλλοντες καὶ βλίττοντες.* Alciphron Lib. iii. Ep. 23. p. 328. *ἐξαιρέτως δὲ ἐθέλω βλίττειν τὰ σμήνη.* Zonas Anthol. L. i. cap. 70. p. 125. —— *ὁ δὲ βλιστηρίδι χειρὶ Καπνώσας.* Manetho v. 6. ex emendatione Dorvillii ad Charit. p. 710. *βλίττων δώρημα μελισσῶν.* Atticista Ms. in Bibl. Medicea: *Τὸ τῶν κηρίων τρύγημα* Βλίττειν *λέγουσι.* scil. Ἀττικοί. Platonis locus obversatus videtur Theophylacto, Bulgariæ Archiepiscopo, Epist. li. p. 85. *Ἆρα δυσχεραίνεις τὸν τῶν πραγμάτων ὄχλον ὡς κηφήνων ἐσμὸν, βλιττόντων σοι τὸ μέλι τῆς εἰρηναίας κατὰ νοῦν ἕξεως.* ubi, rejecto plebeio Jo. Meursii invento, *κλεπτόντων σοι τὸ μέλι*, repone exquisitius *βλιττόντων σοι τὸ μέλι.* Βλήττειν quidem pro *βλίττειν* apud Plutarchum T. ii. p. 98. F. Scholiast. Aristoph. ad Lysistr. 476. occurrit. Sed ex librariorum errore natum esse, clarum est. Venuste Philostrat. V. A. Lib. vi. cap. 36. p. 273. *τοὺς δὲ τοιούτους ἀποβλίττουσιν οἱ συκοφάνται, κέντρα ἐπ' αὐτοὺς ἡρμένοι τὴν γλῶτταν.* Adde Polluc. i. 254. et ibi Kuhn. Schol. Aristoph. ad Equit. v. 791. et ad Av. v. 498. Cum Timæo, præter alios Grammaticos, ad verbum congruunt Hesychius, Suidas, et Cyrillus Lexico Ms.

[m] Βράττειν] Timæus hoc verbum bene explicat. Est enim ei proprie tributa potestas *jactandi, quatiendi*, atque adeo *vanno* vel *cribro excutiendi.* Plato Sophist. p. 152. E. *οἷον διηθεῖν τε λέγομεν, καὶ διαττᾶν, καὶ βράττειν, καὶ διακρίνειν.* Addæus in Anthol. inedita: *Σοὶ ταύτης ἐφ' ἅλωνος, ἐφ' ᾗ πολὺν ἔβρασεν ἄντλον Κριθῶν* —— Callimach. Fr. 232. *Εἰκαΐην, τῆς οὐδὲν ἀπέβρασε φαῦλον ἀλετρίς.* Etymol. M. p. 125. 43. *Ἀποβράσαι. τὸ διαπτίσαι πυροὺς ἢ ἄλευρα· ὅθεν καὶ τὰ ἀποβράσματα, σκύβαλα πυρῶν.* Vide Polluc. vii. 24. et Is. Casaub. ad Strabon. Lib. i. p. 84.

[n] Βρενθυόμενος] Sympos. p. 335. E. *ἔπειτα ἔμοιγε ἐδόκει, ὦ Ἀριστόφανες, τὸ σὸν δὴ τοῦτο, καὶ ἐκεῖ διαπορεύεσθαι, ὥσπερ καὶ ἐνθάδε, βρενθυόμενος, καὶ τῷ φθαλμῷ παραβάλλων.* Notissimus Aristophanis locus, quem Plato respicit, est Nub. v. 361. *Ὅτι βρένθυει τ' ἐν ταῖσιν ὁδοῖς, καὶ τῷ φθαλμῷ παραβάλλει.* De hoc ipso autem loco, inprimisque de verbo *βρενθύεσθαι* tanta tam exquisitæ eruditionis copia disputavit Hemsterhusius, *ὁ πάνυ*, ad Lucian. Dial. Mort. p. 368. seqq. ut nihil supra addi posse videatur. In transitu castigemus Hesychium, qui hanc vocem, fœdissime corruptam, in Lexicon suum recepit p. 1737. *Θρημνεύεται. ὑπερηφανεύεται.* Quæ glossa quomodo ab aliis tentata sit, dicere nihil attinet. Mihi placet, Βρενθύεται. quod idem suo loco explicat, *μεγαλοφρονεῖ, ὑπερηφανεύεται, ἐπαίρεται.*

[o] Βωμολοχία] Polit. x. p. 515. E. *ὁ γὰρ τῷ λόγῳ αὖ κατεῖχες ἐν σαυτῷ, βουλόμενος γελωτοποιεῖν, φοβούμενος δόξαν*

δὲ ἀπὸ τῶν τοὺς βωμοὺς λοχώντων, καὶ ἐπιτηρούντων τοὺς θύοντας, ἵνα μεταιτῶσιν.

Γ.

Γεῖσα.[a] λίθοι εἰς θριγκία καὶ τοίχων πρόσποδας παρεσκευασμένοι.

Γελοῖον.[b] ἐφ' ᾧ τις ἂν γελάσειεν, ἤγουν καταγέλαστον.

Γεννηταί.[c] οἱ τὰς φατρίας γεννῶντες. Φατρία δέ ἐστι φυλῆς μέρος τρίτον, ὅπερ καὶ Τριτὺς λέγεται.

βωμολοχίας, τότ' αὖ ἀνίης. ubi vide Scholia. Dio Chrysost. Orat. xxxii. p. 631. C. κρυμάτων δὲ ἀεὶ μεστόν ἐστι καὶ θορύβου καὶ βωμολοχίας καὶ σκωμμάτων. Orat. xxxiii. p. 396. D. ἀγερωχίας, καὶ σκωμμάτων, καὶ βωμολοχίας ἀναπίμπλαντες τὴν πόλιν. Lucian. Ver. Hist. i. p. 72. διδάσκαλος τῆς τοιαύτης βωμολοχίας, ὁ τοῦ Ὁμήρου Ὀδυσσεύς. Sed nihil opus est exemplis in re nota. Vid. Harpocrat. in v. et Maussac. Levis macula hæret in Scholiast. Aristoph. ad Nub. v. 907. Βωμολόχοι τοίνυν ἐν τοῖς βωμοῖς ἐρχόμενοι, καὶ ἀντὶ τοῦ τὸ θεῖον εὐχαῖς ἐξιλεοῦν, πολλοῖς τισι λόγοις χρώμενοι καὶ ματαίοις. Scribe, —— ἐν τοῖς βωμοῖς ἑζόμενοι. ἐν hic idem valet, quod πρὸς τοῖς β. Schol. ad Gregor. Nazianz. Stelit. ii. p. 94. Βωμολόχους —— τοὺς περὶ τὸν βωμὸν λοχῶντας καὶ προσκαθεζομένους αὐτῷ. Adde Schol. Comici ad Ran. v. 360. et ad Equit. v. 897.

[p] κακολογία, ἀπὸ τοῦ λοχαγεῖν] Scribendum, κοβαλία, ἀπὸ τοῦ λοχᾶν. Vide Harpocration. v. Κοβαλεία.

[a] Γεῖσα] Carum vox est, quam Græci potestate paulum inflexa celebrarunt. Stephan. Byz. v. Μονόγισσα. Γίσσα τῇ Καρῶν φωνῇ λίθος ἑρμηνεύεται. νῦν δὲ τοὺς πλακώδεις καὶ μαλακώδεις λίθους Γίσσα λέγομεν. Ex usitata Græcis notione Phrynichus Ms. Γεῖσα. ἅπαντα τὰ ἐξέχοντα τῶν τοίχων. item Lexicon Rheton. Ms. cujus locum dedimus in Auctar. Emend. in Hesychium h. v. Polybius ap. Athen. L. v. p. 205. E. οἶκος ὑπέκειτο Βακχικὸς τρισκαιδεκάκλινος, περίπτερος, ἐπίχρυσον ἔχων τὸ γεῖσον. Theætetus Anthol. L. i. cap. 56. p. 113. Καὶ φιλόπαις ὑπὸ γεῖσσα δόμους τεύξασα χελιδών. Dio Chrysost. Orat. xxxix. p. 488. D. οὐχ ὅτι τῶν κιόνων ἔμελεν αὐτοῖς τῶν ἱσταμένων, οὐδὲ τῶν γεισῶν, οὐ τῶν οἰκοδομουμένων ἐργαστηρίων. Liban. Opp. T. ii. p. 171. καί τοι τὸν νεὼν ὑπ' αὐτὰ τὰ γεῖσσα τῷ πτερῷ περιδραμών. Alia de hac voce notarunt viri summi, P. Wesselingius ad Diodor. Sicul. L. v. 12. et L. C. Valckenarius ad Euripid. Phœniss. 1165. In Platonis libris nullum ejus reperimus vestigium. Mox πρόποδας legimus pro πρόσποδας.

[b] Γελοῖον] Theag. p. 8. C. κἄπειτα πόῤῥω που τῆς συνουσίας, αἰσθώμεθα γελοῖοι ὄντες. Euthyphr. p. 41. G. Γελοῖον, ὦ Σώκρατες, ὅτι οἷει τι διαφέρειν. Parmenid. p. 55. C. γελοῖα συμβαίνει πάσχειν τῷ λόγῳ, καὶ ἐναντία αὐτῷ. Phileb. p. 75. F. ἴσως δὴ γελοῖον τὸ ἐμὲ τοῦ λόγου διάδοχον· —— γελοιότερον δ' οἶμαι πολὺ τὸ μηδέτερον ἡμῶν δύνασθαι. Hipp. Maj. p. 100. G. Theæt. p. 116. D. etc. Græci magistri distinguunt inter γέλοιος et γελοῖος. quorum pugnantes inter se sententias si tanti putes cognosse, adi Nunnes. in Phrynich. p. 97.

[c] Γεννηταί] Critone p. 373. F. ὅτι τε γεννηταῖς οὖσιν ἡμῖν οὐ πείθεται. Legg. ix. p. 662. D. τοὺς γεννήτας καὶ τοὺς συγγενεῖς, μέχρις ἀνεψιῶν παίδων etc. Axioch. p. 731. G. Πῶς οὖν οὐ σοὶ πρώτῳ μέτεστι τῆς τιμῆς ὄντι γεννήτῃ τῶν θεῶν; quibus locis vide Scholiasten. De γεννηταῖς multa multi, quos laudat Taylorus ad Demosth. in Neær. p. 618. Glossæ in Hippocratis Jusjur. Γενητῆσιν. γονεῦσιν, ἢ συγγενέσιν. οὕτως Ἀττικῶς λέγονται· ὡς καὶ Φιλήμων ἐν Κόλακι φησίν· Ἀλλ' οὐδὲ γενητὴν δύναμαι εὑρεῖν οὐδένα τῶν τοσούτων, καὶ ἀπείλημμαι μόνος. Καὶ Ῥίνθος ἐν τῷ περὶ τῆς Ἀττικῆς συνηθείας φησίν· Οἱ μὲν οὖν ἐκ τῆς αὐτῆς φυ-

Γενναῖος.[d] ὁ εὖ γεγονώς.
Γεωμόροι.[e] οἱ κληροῦχοι.
Γεωπεῖναι.[f] οἱ μικρὰν καὶ λυπρὰν[g] γῆν ἔχοντες.

λῆς, φυλέται λέγονται· οἱ δὲ ἐκ τῆς αὐτῆς φρατρίας, φράτορες· οἱ δὲ ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους, γενῆται. Philemonis iambos sic restituit Luzacius noster: Ἀλλ' οὐ γενητὴν δύναμαι εὑρεῖν οὐδένα, Ὄντων τοσούτων, καὶ ἀπείλειμμαι μόνος. Pro Ῥίνθος lege Εἰρηναῖος. Quam emendationem probavimus doctissimo Kœnio præf. ad Gregor. de Dialect. p. 18.

[d] Γενναῖος] Hipparch. p. 3. B. ἐρῶντα τινὸς τῶν νέων τε καὶ γενναίων καὶ καλῶν. Theag. p. 10. F. τῶν νέων τοὺς γενναιοτάτους τε καὶ πλουσιωτάτους. Menon. p. 12. E. Alcib. i. p. 26. E. ἔτι τε, γενναῖος, ἡ ἀγενής. p. 32. C. Hipp. Maj. p. 104. B. Trita Platoni formula, ἀλλ' ὦ γενναῖε. Alcib. i. p. 28. C. p. 38. D. Euthyphr. p. 50. D. Hipp. Maj. p. 102. G. Dicitur etiam de *re qualibet eximia et præstanti, sive corporali, sive incorporali.* Lysid. p. 106. E. ὡς γενναῖον καὶ νεανικὸν τοῦτον τὸν ἔρωτα πανταχῇ ἀνεῦρες, p. 108. D. οὔτε τοῦ σώματος, οὕτω γενναίου ὄντος. Polit. ii. p. 428. E. γενναίου σκύλακος. quod a Platone sumsit Julian. Or. ii. p. 87. A. In vulgatis libris Legg. iii. p. 586. C. legitur: σχεδὸν ἐν ταύτῃ δικαιότατα ἤθη γίγνοιτ' ἄν. Sed Ms. Parisinus, et alius apud H. Stephanum habent γενναιότατα ἤθη. Hipp. Maj. p. 99. F. ἄνευ ὄψου ἂν πάνυ γενναίου ποιήσειεν. Legg. viii. p. 649. B. ὃς δ' ἂν τὴν γενναίαν νῦν λεγομένην σταφυλὴν ἢ τὰ γενναῖα σῦκα ἐπονομαζόμενα ὀπωρίζειν βούληται. quo loco usus est Athenæus xv. p. 653. C. D. expilatus ab Eustath. ad Il. E. p. 545. Indidem γενναίαν σταφυλὴν habet Julianus Or. iii. p. 113. A. Forsitan aliquis suspicetur, a Timæo scriptum esse: Γεννάδας. γενναῖος, ὁ εὖ γεγονώς. quæ vox Atticis propria est. Phædro p. 343. D. εἰ γὰρ ἀκούων τις τύχοι ἡμῶν γεννάδας καὶ πρᾷος τὸ ἦθος. Sed, quoniam Suidas vulgatum agnoscit, nihil mutare melius est.

[e] Γεωμόροι] Γεωμόροι ex nominis vi sunt οἱ μοῖραν εἰληχότες τῆς γῆς, ut Hesychius v. Γαμόροι exponit. Plato Legg. v. p. 608. G. πεντάκις μὲν χίλιοι ἔστωσαν καὶ τετταράκοντα γεωμόροι τε καὶ ἀμυνοῦντες τῇ νομῇ. viii. p. 648. E. μηδεὶς γὰρ ἑκὼν κινείτω γῆς ὅρια γειτόνων· ὃς δ' ἂν κινήσῃ, μηνυέτω μὲν ὁ βουλόμενος τοῖς γεωμόροις, οἱ δὲ εἰς τὸ δικαστήριον ἀγόντων. xi. p. 677. G. γεωμόροι ὅσοι τῶν τετταράκοντα καὶ πεντακισχιλίων ἐστιῶν εἰσὶ, μήτε κάπηλος ἑκὼν μηδ' ἄκων μηδεὶς γιγνέσθω. ubi vide Scholia. Deinde sic dicuntur latifundiorum possessores, homines copiosi, et ea de caussa ad rempublicam gerendam admissi. Hesychius: Γαμόροι. οἱ ἀπὸ τῶν ἐγγείων τιμημάτων τὰ κοινὰ διέποντες. ubi corrigendum, ἀπὸ τῶν ἐγγείων κτημάτων. ut apud Suidam: Ἔγγειον κτῆσιν. τὴν ἐπὶ γῆς. De hoc γεωμόρων genere non pœnitebit legisse Dukerum ad Thucyd. viii. 21. et Valckenar. ad Herodot. v. 77. vi. 22.

[f] Γεωπεῖναι] Manifeste patet, hanc glossam pertinere ad Herodot. Lib. ii. 6. ὅσοι μὲν γὰρ γεωπεῖναί εἰσι ἀνθρώπων, ὀργυιῇσι μεμετρήκασι τὴν χώρην· ὅσοι δὲ ἧσσον γεωπεῖναι, σταδίοισι. Lib. viii. 111. λέγοντες ὡς κατὰ λόγον ἔσαν ἄρα αἱ Ἀθῆναι μεγάλαι τε καὶ εὐδαίμονες, καὶ θεῶν χρηστῶν ἥκοιεν εὖ· ἐπεὶ Ἀνδρίους γε εἶναι γεωπείνας εἰς ταμέγιστα ἀνήκοντας. Vide Glossas Herodoteas, quas Hesychius et Suidas descripserunt. Orus apud Etymol. M. p. 223. 30. Γεωπεῖναι, παρὰ Ἡροδότῳ οἱ ὀλίγην γὴν ἔχοντες, οἱονεὶ πεινῶντες γῆν. Aliunde vocem derivat Eustath. ad Il. B. p. 222. Priorem Herodoti locum laudavit Maxim. Tyrius Diss. xxxix. p. 459. pro γεωπεῖναι substituens γεωργοί. Quod memoriæ lapsum malim, quam cum doctissimis viris, Davisio et Marklando, aliena comminisci. Aristides Panathen. p. 191. ἀλλ' ἑνὸς ἀνδρὸς δόξης ἐξαρτώμενοι, οἷον Φθιῶται, καὶ Πύλιοι, καὶ Ἰθακήσιοι, ὥσπέρ τινες γεωπεῖναι, δι' ἑνὸς τῶν πλουσίων ἑαυτοὺς ποιούμενοι.

[g] Λυγρὰν γῆν] Sic Codex Ms. Sed λυπρὰν recepimus ex Suida, qui Grammatico nostro glossam, ut solet, sublegit. Λυγρὸς et λυπρὸς in veteribus libris sæpe permutantur. Orpheus de Lapid. v. 19. p. 212. Λυγρὸν, ὑποτρηχὺν, στιβαρὸν, μελανόχροα, πυκνόν. Scribe: Λυπρὸν, ὑποτρηχὺν, κ. λ. Γῆ λυπρὰ dicitur *arida et infecunda.* Zonæ Epigr. editum a Kustero ad Suid. T. ii. p. 474. Κληρίον ἐν λυπρῇ τῇδε γεωλοφίῃ. Philo T. ii. p. 249. ἡ ἀρετῶσα πεδιὰς, κἂν ἀφορήσῃ ποτε, τῆς λυπρόγεω φύσει καρπὸν φέρει πλείονα. Athen. L. i. p. 7. F. Synes. Ep. 51. Hesych. v. Λυπρὰν γῆν, et

Γῆν ἰλλομένην.[h] συγκεκλεισμένην καὶ περιειλημμένην. Ἰλλάδες γὰρ οἱ δεσμοί.

Thom. Reines. Defens. Variar. Lect. p. 103.

[h] Γῆν ἰλλομένην] Tim. p. 530. E. Γῆν δὲ, τροφὸν μὲν ἡμετέραν, εἰλουμένην δὲ περὶ τὸν διὰ παντὸς πόλον τεταμένον, φύλακα καὶ δημιουργὸν νυκτός τε καὶ ἡμέρας ἐμηχανήσατο, πρώτην καὶ πρεσβυτάτην σωμάτων ὅσα ἐντὸς οὐρανοῦ γέγονε. Qui locus ab ipsis antiquis Philosophis et Criticis sæpe multumque jactatus est, nuper etiam, ut alios recentiores taceam, ab Eduardo Corsino Diss. i. ad Plutarch. de Plac. philos. cap. 13. Controversiæ historiam Proclus ad h. l. p. 281. tam luculente enarravit, ut ejus verba, etsi compluscula, hic subjicienda existimarim, præsertim cum liber in paucorum manibus versetur: Ἰλλομένην δὲ, τὴν σφιγγομένην δηλοῖ καὶ συνεχομένην· οὐ γὰρ, ὡς Ἀριστοτέλης οἴεται, τὴν κινουμένην. Διαφερόντως γὰρ ὁ Πλάτων, ἀκίνητον φυλάττει τὴν γῆν, καὶ τὴν αἰτίαν προστιθεὶς, ἐν τῷ Φαίδωνι, δι' ἣν ἀκίνητος ἵδρυται, λέγει· Ἰσόῤῥοπον γὰρ πρᾶγμα ὁμοίου τινὸς ἐν μέσῳ τεθὲν, οὐχ ἕξει μᾶλλον οὐδ' ἧττον οὐδαμόσε κλιθῆναι. Πρὸς τὸ καὶ ἀπὸ τῆς Ἑλληνικῆς χρήσεως μαρτυρεῖσθαι τὸν λόγον, ὅτι τὸ ἰλλομένην, τὸ συναγομένην δηλοῖ, καὶ οὐχὶ τὸ κινουμένην, ἰλλάδας καλούσης τοὺς δεσμούς. ἐρεῖ δὲ αὐτὸς Τίμαιος ἐν τοῖς ἑπομένοις, ἴλλεσθαι τὰς τρίχας ἐπὶ τὴν κεφαλὴν οἰζουμένας καὶ συσπειρωμένας εἴσω τοῦ δέρματος· ὥστ' εἶναι κἀκ τούτων δῆλον, ὅπως ἴλλεσθαι καὶ ἐν τούτοις εἶπε τὴν γῆν. et paucis interjectis: Εἰ δὲ δὴ καὶ πρὸς τὸν Πυθαγόρειον Τίμαιον ἀποβλέψαιμεν, ἔτι μᾶλλον οὐκ ἂν ὑπολάβοιμεν κινεῖσθαι τὴν γῆν. Λέγει γὰρ κἀκεῖνος, τὰν γὰν ἐν μέσῳ εἶναι ἱδρυμέναν. Ποῦ δὲ εὔλογον ἡμᾶς ἰλλομένην ἀκούσαντας εἰλουμένην, καὶ στρεφομένην αὐτὴν ποιεῖν, ὡς Πλάτωνι ἀρέσκον λέγοντας; Ἡρακλείδης μὲν οὖν ὁ Ποντικὸς, οὐ (leg. ὁ) Πλάτωνος ὢν ἀκουστὴς, ταύτην ἐχέτω τὴν δόξαν, κινῶν κύκλῳ τὴν γῆν, Πλάτων δὲ ἀκίνητον αὐτὴν ἵστησιν. Primus omnium Aristoteles Lib. ii. de Cœlo cap. 13. ἰλλομένην sive εἰλουμένην in hoc Platonis loco accepit *volvendi et vertendi* sensu: ad cujus se auctoritatem contulit Diogenes Laërt. iii. 75. p. 211. Sed Aristotelem calumniæ reum agit Simplicius f. 125. b. 126. a. 129. b. hanc in rem etiam laudatus a Turnebo Advers. xvi. 18. et ἰλλομένην capit ea potestate, qua Proclus, qua Plutarch. Quæst. Platon. p. 1006. C. qua Timæus denique noster, et ex eo Suidas. Εἰλομένην hoc in loco legit Galenus ad Hippocr. Epidem. iii. p. 423. nec tamen *volvendi*, sed *adstringendi* ei tribuens notionem. Εἰλουμένην *volvendi* potestate legisse Philonem, ex ejus imitatione colligas T. i. p. 673. ἥλιον δὲ καὶ σελήνην ἀεὶ περὶ αὐτὸν εἰλουμένους ἕκαστον διεξέρχεσθαι τῶν ζωδίων. quamvis ibi de annuo motu agatur. Eorum, qui terram movent, sententiam attingit Cicero Acad. ii. 39. ubi videndus Jo. Davisius. Ipse ita vertit in Timæo suo: *Jam vero terram, altricem nostram, quæ trajecto axe sustinetur, diei noctisque effectricem, etc.* de Orat. iii. 45. ‘terraque ut media sit, eaque sua vi nutuque teneatur.’ Chalcidius vero p. 41. in hunc modum: *Terram vero matrem et altricem omnium terrenorum animantium, constrictam limitibus per omnia vadentis et cuncta continentis poli*, etc. Utraque versio rem ambiguam relinquit, ut Chalcidius quidem Comment. p. 214. in utramque partem explicando satis declarat. Igitur si quæras, utra Platoni sententia tribuenda sit, judicium sustineo. Nam si reputem, terram vocari φύλακα καὶ δημιουργὸν νυκτός τε καὶ ἡμέρας, pæne verius videtur, illam circa axem summa celeritate converti: quippe continua rotatione circum axem diei noctisque vices efficit. At vero pro altera sententia, quæ terram circa axem protensum alligat et constringit, acriter pugnant Proclus et Simplicius, duplici argumento usi, tum quod Plato aliis in libris terram immobilem statuerit, tum quod hic per omnia fere sit Pythagoreorum opinionem secutus. Quibus rationibus ut magnam vim tribuo, sic eam, quam Proclus a Codd. lectione, linguæque ratione ducit, non magni ponderis arbitror esse. Nam primum, quis, quid a Platonis manu profectum sit, pro certo dixerit, aliis libris ἰλλομένην præbentibus, aliis εἰλουμένην, vel εἰλομένην? Est penes me vetus Codex Timæi Platonici, in quo ἡλωμένην legitur. Ex quo aliquis suspicetur, librarium scribere voluisse ἡλουμένην, id est, *clavo fixam*. Hesychius: Γηλουμένους. (pro ἡλουμένους) συνειλημμένους. Deinde ἰλλομένην, an εἰλουμένην elegeris, nihil admodum proficies, propterea quod inter ἴλλειν et εἰλεῖν nullum significandi discrimen est: ut vana sit veterum Grammaticorum, hæc anxie distinguentium, diligentia. Nefas

Γνωματεῦοντα.[i] *διακρίνοντα καὶ διαγινώσκοντα.*
Γόητες.[j] *οἱ ἀπατεῶνες.*

esset, quæ hac de re mecum communicavit Literatorum princeps, Ti. Hemsterhusius, vel premere, vel ad privatos usus reservare. Ita igitur ille: "Parum interest, utro modo apud Platonem scribatur: utrumque duplicem veterum interpretationem admittit. Equidem existimo ἔλειν, εἴλειν, ἔλλειν, εἰλεῖν, ἴλειν, ἴλλειν nihil inter se discrepare, si primam significandi radicem spectes, quæ sita est in *volvendo:* ipsum illud Latinorum verbum ex hoc fonte manavit. Hinc aliæ notationum propagines enascuntur *vertendi, stringendi, torquendi,* ex quibus fere quicquid inde fluit, quod valde multiplex est, expediri potest. Hæ formæ tam simplices quam compositæ crebro commutantur. Ἄτραπον ἴλλων in Nicandri Ther. v. 478. Codd. præferunt ἔλλων et εἰλῶν. Hesych. in Ἔλλειν. Plutarch. T. ii. p. 728. E. Athen. vii. p. 308. E. Quod editur in Sophocl. Antig. 346. εἰλομένων, in aliis est, notante Schol. ἰλλομένων, in C. Reg. παλλομένων. Apud Phrynich. p. 8. Ἀνείλλειν βιβλίον, idem atque ἀνελίττειν (ἑλίττειν itidem auctum ex ἔλειν) quod probat, et ἀνειλεῖν, quod rejicit. Ἀπίλλειν Harpocr. ex Lys. p. 117. v. 37. ἀπέλλειν Hesych. Suid. etc. Ἐνείλοντες et ἐνείλλοντες Thucyd. ii. p. 148. v. 80. Ἐξέλλειν, ἐξίλλειν, ἐξειλεῖν, ut Latinis *evolvere bonis:* unde ἐξούλης δίκη, pari ratione, qua οὖλος, *crispus,* κατουλὰς νύξ, *cuncta tenebris involvens,* et κατειλὰς in Hesych. Κατίλλουσαι φωναὶ vulgantur in Hippocr. Epid. iii. p. 1083. H. pro quibus olim κατειλοῦσαι. Vid. Foës. p. 1085. Οὐρὰν ὑπίλλειν vel ὑπειλεῖν· quod corrupte legitur in Athen. xv. p. 701. B. sumtumque est ex Eurip. Œdipode, ut Erotiani in Ὑπείλλει fide monuit magnus Enarrator, ceteroquin non parum aberrans: de Spinge dictum liquet ex Ælian. de Anim. xii. 7. Meminisli, 'caudamque remulcens Subjecit pavitantem utero.' — σοὶ δ' ὑπίλλουσι στόμα Sophocl. Antig. v. 515. quod explicandum videtur, *tibi autem subjiciunt, subvolvunt quasi, atque adeo obnoxium habent os dicendique libertatem.* Accedat Xenophontis locus e Cyneg. p. 575. v. 16. ἐξειλοῦσαι τὰ ἴχνη· unus Cod. ἐξιλάνυσαι pro ἐξελιννῦσαι, ut videtur, alter ἐξίλλουσαι. Centena facile suppeditet solus Hesych. in his verbis exempla formæ variatæ. Hinc colligamus, utrumlibet in Platone legas, idem esse proprie verbum: non repugnare linguæ genium, quin binas explicationes capiat: vel, 'Terram, quæ circum axem se summa celeritate convertit et torquet,' ut verbis Ciceronis utar Acad. ii. 39. vel, 'quæ circum axem protensum convoluta et adstricta hæret. Vincula, quibus terram natura constrinxit,' Macrobius habet ad Somn. Scip. i." Hactenus vir clarissimus. Eandem διττογραφίαν in aliis Platonis locis notavimus ad v. Ἀνείλλεται, et v. Εἰλομένων. Aristid. Quintil. de Musica ii. p. 92. τό, τε φωνητικὸν συνίλλον ὄργανον. ubi Ms. Oxon. συνεῖλον. Maximus Scholiis in Dionys. Areop. p. 237. Ἐνειλούμενοι. ἐν ἄλλοις, ἐνιλλόμενοι, τουτέστιν, ἐπιστρεφόμενοι, ἐγκαλινδούμενοι. Vide Valckenarium ad Theocrit. Adoniaz. p. 247.

[i] Γνωματεύοντα] Hoc e Suida reposui pro nihili verbo, γνωμονεύοντα, quod Codex Ms. habebat. Polit. vii. p. 481. D. Τὰς δὲ δὴ σκιὰς ἐκείνας πάλιν εἰ δέοι αὐτὸν γνωματεύοντα, διαμιλλᾶσθαι τοῖς ἀεὶ δεσμώταις ἐκείνοις. ubi vide Scholia. Sextus Empir. vii. adv. Logicos p. 435. εἰ τοῖς συμφώνως περί τινος ἀποφαινομένοις χρὴ γνωματεύειν. Synes. de Insomn. p. 143. D. γνωματεύσαις ἂν οὕτω καὶ δαιμονίαν φύσιν ἐν ἡτινιοῦν τάξει. Præter ceteros hoc verbum trivit Themistius Or. ii. p. 36. B. πήχει καὶ μέτρῳ γνωματεύοντες τὴν ἀρετήν. xv. p. 188. D. xx. p. 235. A. cui Dionys. Petavius Or. xxvi. p. 312. B. idem reddere tentabat; minus feliciter, ut puto. Adde Etymol. M. p. 236. 46.

[j] Γόητες] Menon. p. 16. D. εἰ γὰρ ξένος ἐν ἄλλῃ πόλει τοιαῦτα ποιεῖς, τάχ' ἂν ὡς γόης ἀπαχθείης. ubi vide Scholia. Sophist. p. 155. G. περὶ δ' οὖν τοῦ σοφιστοῦ τόδε μοι λέγε, πότερον ἤδη τοῦτο σαφὲς, ὅτι τῶν γοήτων ἔστι τίς. Ib. p. 156. A. p. 158. D. Politic. p. 184. B. Τὸν πάντων τῶν σοφιστῶν μέγιστον γόητα, καὶ ταύτης τῆς τέχνης ἐμπειρότατον. Ib. p. 189. C. Hipp. Min. p. 232. H. ὃς ἦν οὕτω γόης καὶ ἐπίβουλος πρὸς τὴν ἀλαζονείαν. Sympos. p. 328. B. δεινὸς γόης, καὶ φαρμακεὺς, καὶ σοφιστής. Polit. ii. p. 430. G. 431. H. X. p. 512. C. Legg. i. p. 575. A. Phrynichus Ms. Γόης Ἀττικώτερον τοῦ μάγος· καὶ γοητεία. Idem Phrynichus: Γοητεύοντα. τὸν γνώμαις πολλαῖς καὶ συνεχέσι τοὺς ἀκροωμένους διαμαλάττοντα. Πλάτων.

Γυμνοπαιδία.[k] *χοροὶ ἐν Σπάρτῃ τῆς Λακωνικῆς εἰς θεοὺς ὕμνους ᾄδοντες, εἰς τιμὴν τῶν ἐν Θυραιαῖς ἀποθανόντων Σπαρτιατῶν.*

Δ.

Δεῖγμα.[a] *τόπος ἐν Πειραιεῖ ἐν τῷ καλουμένῳ ἐμπορείῳ.*
Δείλης πρωΐας.[b] *τῇ πρὸ ἀρίστου ὥρᾳ.* Δείλης ὀψίας. *τῇ πρὸ δείπνου.*
Δεκάζει.[c] *ὁ κρίσιν ὠνούμενος παρὰ δικαστοῦ.* Δεκάζεται,

Sic enim verissime emendavit Piersonus quondam meus ad Mœrid. p. 113. Menex. p. 403. Κάλλιστά πῶς τοῖς ὀνόμασιν ποικίλλοντες, γοητεύουσι ἡμῶν τὰς ψυχάς. Sophist. p. 155. F. διὰ τῶν ὥτων τοῖς λόγοις γοητεύειν. Menon. p. 16. C. Euthyd. p. 221. E. Gorg. p. 296. C. Phædon. p 386. B. Polit. iii. p. 447. A. B. Legg. x. p. 674. C.

[k] Γυμνοπαιδία] Hæc apud Suidam sunt cum aliqua varietate: Γυμνοποδία. χοροὶ ἐκ παίδων ἐν Σπάρτῃ etc. ubi γυμνοποδία merito rejecit Kusterus. Sed ἐκ παίδων, verisimile est, e Timæi exemplari, quo utimur, excidisse. Etymol. M. p. 243. 3. Γυμνοπαιδία, ἑορτὴ Λακεδαιμονίων· ἐν ᾗ παῖδες ᾖδον τῷ Ἀπόλλωνι παιᾶνας γυμνοὶ εἰς τοὺς περὶ Πύλαιαν (lege, Θυρέαν) πεσόντας. Lexicon Rhetor. Ms. Γυμνοπαιδία. ἐν Σπάρτῃ παῖδες γυμνοὶ παιᾶνας ᾄδοντες ἐχόρευον Ἀπόλλωνι τῷ Καρνείῳ, κατὰ τὴν αὐτοῦ πανήγυριν. Respicit autem Timæus Legg. i. p. 568. E. ἔτι δὲ καὶν ταῖς γυμνοπαιδίαις δειναὶ καρτερήσεις παρ' ἡμῖν γίγνονται, τῇ τοῦ πνίγους ῥώμῃ διαμαχομένων. ubi vide Scholiasten. Herodot. vi. 67. Philostrat. V. A. vi. cap. 20. p. 258. Maxim. Tyr. Diss. vi. p. 59. ibique Jo. Davis. Classicus locus est Athenæi Lib. xv. p. 678. C. Quæ præterea de hoc certamine dici poterant, occuparunt viri eximii, J. G. Græv. et J. M. Gesner. ad Lucian. de Saltat. p. 274. 275. et, qui ibi laudatur, ingenii doctrinæque omnis princeps, Jos. Scaliger ad Euseb. Chronic. num. 1447. Mox in Timæo pro Θυραιαῖς malim Θυρέαις· quæ scribendi ratio Poetarum auctoritate nititur, certissima in talibus norma. Nec moveor vi exemplorum, quæ pro altera scriptura ex solutæ orationis scriptoribus afferuntur. Stephan. Byzantinus: Θυρέα. περὶ ἧς Ἀργεῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι ἐπολέμησαν —— Λέγεται καὶ πληθυντικῶς κατὰ συναίρεσιν Θύρη. quibus verbis pusillum mendum inest, quod tamen Holstenio, Berkelio et Pinedo, tenebras offudit. Rem facile expedies scribendo, Θύραι pro Θύρη. Duplici nomine appositus est locus Phrynichi Προπαρασκ. Σοφιστ. Ms. Γυμνοπαιδία. ἐν Λακεδαίμονι κατὰ τὴν ἀγορὰν παῖδες γυμνοὶ παιᾶνας ᾖδον εἰς τιμὴν τῶν περὶ Θύραις ἀποθανόντων. Sic bene castigavit et supplevit Cl. Sallierius; nisi quod Θύραις in Θυρέαις mutet. Ms. hoc modo exhibet: —— κατὰ τὴν ἄγραν παῖδες γυμνοὶ παιᾶνας ᾖδον εἰς τιμὴν τῶν περὶ Θύραις.

[a] Δεῖγμα] Glossa aliunde huc pedem intulisse videtur. Vide Grammaticos ceteros, quos indicavit Jungerman. ad Polluc. ix. 34.

[b] Δείλης πρωΐας] Epist. vii. p. 722. A. τῇ δὴ μετὰ ταύτην τὴν ἡμέραν δείλης Εὐρύβιος καὶ Θεοδότης προσηλθέτων μοὶ σπουδῇ. Sed retulerim potius glossam ad Herodot. Lib. viii. 6. ἐπεί τε δὴ ἐς τὰς Ἀφέτας περὶ δείλην πρωΐην γενομένην ἀπίκατο οἱ βάρβαροι. Alterum δείλης ὀψίας item fluxit ex Herodoto Lib. vii. 167. ἐξ ἠοῦς ἀρξάμενοι μέχρι δείλης ὀψίης. Lycurg. in Leocrat. p. 167. Aristid. T. i. p. 302. 349. T. ii. p. 339. Ælian. H. A. Lib. i. cap. 14. vii. 7. Alciphron Lib. i. Ep. 17. p. 66. iii. Ep. 5. p. 284. Mitto plurima aliorum exempla. Nam ut quisque veterum scriptorum Ἀττικώτατος est, ita creberrime hoc modo locutus reperitur. Vide quos laudat Piersonus ad Mœrid. p. 133.

[c] Δεκάζει] Hæc quoque glossa insiti-

ὁ κρίσιν πιπράσκων· ἔνθα Ἀδέκαστος, ὁ μὴ πιπράσκων καλεῖται.

Δευσοποιόν.[d] *ἔμμονον καὶ δυσαπόπλυτον.*

tia videtur, nisi forte ejus vestigia in Platone obliterata sint. Lexicon Rhetor. Ms. *Δεκάζειν, τὸ διαφθείρειν τοὺς δικαστὰς ἢ ἐκκλησίας τοῖς χρήμασι καὶ δώροις. ἐκλήθη δὲ τὸ πρᾶγμα οὕτω, ἐπεὶ κατὰ δέκα συναθροιζόμενοι ἐλάμβανον τὰ δῶρα. Πρῶτος δ' ἐδόκει δεκάσαι Μέλης, τὰς εὐθύνας διδοὺς τῆς ἐν Πύλῳ στρατηγίας ἣν κακῶς ἐστρατήγησεν.* Eadem, sed minus integra, sunt apud Etymol. M. p. 254. 28. ubi *Meletem*, vel potius *Melitum*, per errorem pro *Anyto* nominari, ostendit Dukerus ad Petiti Legg. Atticas p. 427. Vide Polluc. viii. 42. et Langbæn. ad Longin. p. 238.

[d] *Δευσοποιόν*] In Ms. est *δυσαπόλυτον*. quod ex Suida, Scholiaste Platonis, aliisque Grammaticis in *δυσαπόπλυτον* mutavimus. In Harpocratione h. v. recte etiam *ἀνέκπλυτον* pro *ἀνέκλυτον* edidit Maussacus, quicquid dicat Jac. Gronovius. Alexis apud Athen. L. iii. p. 124. A. *Τὸ καλὸν τῷ δευσοποιῷ χρώζομεν.* quo in loco magnus Casaubonus *χρῶμα δευσοποιὸν* pro *nigro* accipi monet, cum alibi proprie dicatur de colore, quem lana ita perbibit, ut nunquam elui possit. Dio Chrysost. Orat. lxxvii. p. 651. A. *ὅποῖα εἰώθασιν ἐν τοῖς ἀγροῖς αὐταὶ βάπτειν ὡς ἔτυχεν, καὶ οὐ ζητοῦσι δευσοποιὰ καὶ ἀλουργῆ.* Ælian. H. A. Lib. xvi. cap. 1. *εἰ μέλλει μένειν ἡ ἐκ τοῦ ζώου χρόα δευσοποιὸς καὶ δυσέκνιπτος.* Lucian. Imag. p. 475. *οὐκ ἄχρι τοῦ ἐπιχρῶσθαι μόνον, ἀλλ' ἐς βάθος δευσοποιοῖς τισι φαρμάκοις ἐς κόρον καταβαφεῖσα.* Alciphron Lib. iii. Ep. 11. p. 305. *φύκει γὰρ καὶ ψιμυθίῳ καὶ παιδέρωτι δευσοποιοῦσι τὰς παρειὰς ὑπὲρ τοὺς δεινοὺς τῶν ζωγράφων.* Gregor. Nazianzen. Orat. i. p. 6. B. *οὐ γὰρ οὕτως οὔτε δευσοποιοῦ βαφῆς μεταλαμβάνει ῥᾳδίως ὕφασμα, ὡς φιλεῖ τάχιστα τῆς τοῦ προεστῶτος κακίας ἀναπίμπλασθαι τὸ ὑπήκοον.* ubi Basilius, Scholiastes *ἀνέκδοτος* inter Codd. Vossianos, hæc annotavit: *Δευσοποιοῦ βαφῆς, τῆς μετὰ στύψεως γινομένης καὶ μὴ ἐξιτήλου, ἀλλὰ βαθείας τε καὶ δυσεξαλείπτου, σωζούσης μέχρι καὶ τελείας τριβῆς τοῦ ὑφάσματος τὸ ἄνθος.* Timæi glossa pertinet ad locum Platonis Polit. iv. p. 449. B. *Καὶ ὁ μὲν ἂν τούτῳ τῷ τρόπῳ βαφῇ, δευσοποιὸν γίγνεται τὸ βαφέν· καὶ ἡ πλύσις οὐτ' ἄνευ ῥυμμάτων, οὔτε μετὰ ῥυμμάτων δύναται αὐτῶν τὸ ἄνθος ἀφαιρεῖσθαι.* et paucis interjectis: *καὶ μηδὲν οἷον ἄλλο μηχανᾶσθαι, ἢ ὅπως ἡμῖν ὅτι κάλλιστα τοὺς νόμους πεισθέντες δέξοιντο, ὥσπερ βαφήν· ἵνα δευσοποιὸς αὐτῶν ἡ δόξα γίγνοιτο καὶ περὶ δεινῶν καὶ περὶ τῶν ἄλλων.* Eundem locum laudant Harpocration v. *Δευσοποιὸς*, ubi male legitur, *ἐν πέμπτῳ πολιτείας*, et Etymol. M. p. 348. 40. et mira venustate expressit Cicero in Hortensio apud Nonium p. 386. 521. 'Uti, qui combibi purpuram volunt, sufficiunt prius lanam medicamentis quibusdam, sic literis talibusque doctrinis ante excoli animos, et ad sapientiam concipiendam imbui, et præparari decet.' et de Finib. iii. 2. 'jam infici debet iis artibus, quas si, dum est tener, combiberit, ad majora veniet paratior.' Id ipsum Plato aliis verbis sic elocutus est Polit. ii. p. 430. B. *ἀλλ' ἃ ἂν τηλικοῦτος ὢν λάβῃ ἐν ταῖς δόξαις, δυσέκνιπτά τε καὶ ἀμετάστατα φιλεῖ γίγνεσθαι.* Ut autem Cicero Platonem, sic Plato ob oculos habuisse videtur præclaram illam Lysidis epistolam, quam conservavit Iamblichus de V. P. p. 63. *καθάπερ οἱ βαφεῖς προεκκαθάραντες ἔστυψαν τὰ βάψιμα τῶν ἱματίων, ὅπως ἀνέκπλυτον τὰν βαφὰν ἀναπίωντι, καὶ μηδέποτε γενησομέναν ἐξίταλον· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ δαιμόνιος ἀνὴρ προπαρεσκεύαζε τὰς ψυχὰς τῶν τῆς φιλοσοφίας ἐρασθέντων*, etc. ubi Kusterus attulit similem Theonis Smyrnæi locum, e Platone expressum, Mathemat. p. 17. Ceterum ut quisque politissimi ingenii scriptor est, ita frequentissime hanc similitudinem vel mutuam a Platone sumsit, vel suo modo effinxit. Nolim repetere, quæ Guil. Budæus Comm. L. Gr. p. 1058. et Thom. Gataker. ad Antonin. iii. §. 4. de hac loquendi forma disputarunt. Alia ad manum sunt, a nemine, quod sciam, occupata. Dinarchus in Aristogit. p. 66. *πονηρίαν γὰρ ἀρχομένην μὲν κωλύσαι τάχα τις κολάζων δυνηθείη, ἐγκαταγεγηρακυῖαν δὲ καὶ γεγευμένην τῶν ἐθισμένων τιμωριῶν, ἀδύνατον εἶναι λέγουσιν. εἰ μὲν οὖν ἐγγενήσεσθαι βούλεσθε δευσοποιὸν ἐν τῇ πόλει πονηρίαν, διαφυλάττειν ὑμᾶς Ἀριστογείτονος δεῖ.* Ita hunc locum felici conjectura restituit Jungermannus ad Polluc. i. 44. ex quo *δευσοποιὸν πονηρίαν* Suidas in v. et Etymol. M. l. c. sine Dinarchi nomine, laudarunt. Eodem respexit Lexicon Rhetor. Ms.

Δημοῦσθαι.[e] δημοκοπεῖν, παίζειν, εὐφραίνεσθαι.

Δῆμος.[f] εἷς ἐκ τοῦ δήμου καὶ ἰδιώτης, καὶ ἡ πόλις σὺν τῇ βουλῇ.

Δημοποίητος.[g] ὁ παρέγγραφος.

Δήπουθεν.[h] ἔκ τινος τόπου, ἢ ἀντὶ τοῦ δηλονότι, ἴσον τῷ φανερόν.

Διανενεύκαμεν.[i] ἐπεραιώθημεν.

Δευσοποιὸς πονηρία. ἡ ἔμμονος καὶ ἀνίατος πονηρία, ἀπὸ μεταφορᾶς τῆς (adde quod excidit, βαφῆς) τῆς ἔμμονον ἐχούσης τὴν χρόαν, διὰ τὸ ἀκριβῶς καὶ κατόχως βεβάφθαι. Hierax apud Stob. p. 221. (ἡ κακία τὸν ἀδικεῖν διανοούμενον) λυμαίνεται, καὶ τῷ ἐπ' αὐτῆς ἰῷ χρώζει δευσοποιῷ τῇ βαφῇ. Plutarchus cum alibi, tum de Fratern. Amor. p. 488. B. πάθος ἀποκαθῆραι, πρὶν ἐνδῦσαν, ὥσπερ βαφὴν ἢ κηλίδα, δευσοποιὸν γενέσθαι καὶ δυσέκπλυτον. Lucian. Bis Accus. p. 800. ὁπόσοι μὲν ἐς κόρον ἔπιον τῆς βαφῆς —— ὅσοι δὲ ὑπὸ τοῦ πάλαι ῥύπου μὴ εἰς βάθος παρεδέξοντο ὁπόσον δευσοποιὸν τοῦ φαρμάκου, τῶν ἄλλων ἀμείνους etc. Origenes c. Cels. i. p. 40. ἵνα μὴ καταλείψωσι δόγματα δευσοποιήσαντα οἷς συνήθως ἐγένοντό πως. iii. p. 151. ὡσπερεὶ δευσοποιηθέντες ἀπὸ τῆς κακίας. Synes. Epist. 44. p. 183. ἡ ψυχὴ τίνει δίκην ἀθάνατον, ὅταν ἁμάρτῃ δευσοποιά τε καὶ ἀναπόνιπτα. quem locum laudat Thom. M. p. 206. Nicephorus Schol. in Synes. de Insomn. p. 384. ὥσπερ ὁ σκίῤῥος δυσέκπλυτος γίνεται καὶ δευσοποιὸς καὶ δυσαπόνιπτος· οὕτω καὶ ἡ προσπάθεια τῆς ὕλης etc. E Platonis fonte etiam hortulos suos irrigarunt Themist. Or. xxxii. p. 359. B. C. et Basilius de leg. Græcor. libris p. 5. Vide Casaubonum ad Persii Sat. ii. p. 223. *Tincto* βαφῇ δευσοποιῷ. Plato eadem metaphora opponit ἐπικεχρωσμένον, *leviter tinctum, per summa tantum coloratum*, Epist. vii. p. 718. F. Οἱ δὲ ὄντως μὲν μὴ φιλόσοφοι, δόξας δὲ ἐπικεχρωσμένοι, καθάπερ οἱ τὰ σώματα ὑπὸ τοῦ ἡλίου ἐπικεκαυμένοι. qui locus, nescio, an obversatus sit Ciceroni de Orat. ii. 14. hæc scribenti: ' ut, cum in sole ambulem, etiamsi aliam ob caussam ambulem, fieri natura tamen, ut colorer: sic, cum istos libros —— studiosius legerim, sentio orationem meam illorum tactu quasi colorari.'

[e] Δημοῦσθαι] Hoc verbum, rarissimum in libris, qui ad nos pervenerunt, eodem modo explicant Hesychius, Suidas, Mœris, Thom. M. et Scholiastes Platonis. Idem Platonis auctoritate confirmant Ælius Dionys. apud Eustath. ad Il. M. p. 901. et Etymol. M. p. 265. 36. Est in Theætet. p. 122. E. καὶ ταῦτα πῶς μὴ φῶμεν δημούμενον λέγειν τὸν Πρωταγόραν; Hesychius: Δαμώμενος, ἀγαλλόμενος. οἱ δὲ, παίζων. et, Δημώματα. παίγνια. ex Aristoph. Pac. v. 798. Par est potestas verbi δημίζειν apud Comic. Vesp. v. 697. In ejusdem Lysistr. v. 601. pro Μελιττοῦταν ἐγὼ καὶ δὴ μάξω, Scholiastes scriptum reperit, —— δημάξω, a δημάζω, ut ait, ἀντὶ τοῦ παίζω. παρ' ὃ καὶ τὸ δημοῦσθαι. Sed ipse merito respuit putidam lectionem.

[f] Δῆμος] Legg. iii. 590. B. ὅπερ δῆμός τε καὶ πλῆθος πόλεως ἐστίν. v. p. 612. E. ὅθεν φατρίας καὶ δήμους καὶ κώμας. vi. p. 614. C. καὶ φυλῆς καὶ δήμου ὁπόθεν ἂν δημοτεύηται. Vide Eustath. ad Il. B. p. 201.

[g] Δημοποίητος] Pollux iii. 56. Harpocrat. in v. Hemsterh. ad Aristoph. Plut. p. 368. Frequens apud Oratores Atticos, nusquam, si bene memini, legitur apud Platonem.

[h] Δήπουθεν] Phileb. p. 93. D. Τί δ' οὔ; τάς γε ἀναγκαίας δήπουθεν. Ion. p. 145. C. λέγουσι γὰρ δήπουθεν πρὸς ἡμᾶς οἱ ποιηταί. Epist. vii. p. 714. G. οὔτε ἄλλων δήπουθεν ὀθνείων, οὔτε ἀδελφῶν. Aristoph. Plut. v. 140. Isæus de Ciron. hered. p. 518. 519. Dio Chrysost. Orat. vii. p. 106. C. 117. D. Mœris p. 130.

[i] Διανενεύκαμεν] Glossam exscripsit Suidas; cujus Editio Kusteriana cum pessime recepisset ἐπεράνθημεν, bene Jac. Gronovius Emendat. in Suid. p. 107. e Codice Leidensi, prioribusque Edd. revocavit ἐπεραιώθημεν. Quæ quin sincera lectio sit, nemo dubitare potest. Parmenid. p. 58. G. πῶς χρὴ τηλικόνδε ὄντα διανεῦσαι τοιοῦτόν τε καὶ τοσοῦτον πέλαγος λόγων. Sic optime corrigunt Jan. Cornarius in Eclogis, et Henr. Stephanus: quod imitatione sua confirmat Philo T. ii. p. 300. ἤ με καταβαλεῖν εἰς μέγα πέ-

Διαλαγχάνειν.[j] *διαμερίζεσθαι, διακληροῦσθαι.*
Διαττᾷν.[k] *σήθειν.*
Διαμπερές.[l] *δι' ὅλου διῆκον.*
Διατεθρυμμένος.[m] *διακεκλασμένος.*
Διαγείρειν.[n] *διαξύειν, ἀπαλείφειν, παραπτᾶσθαι.*

λαγος φροντίδων, ἐν ᾧ φορούμενος οὐδ' ὅσον ἀνανήξασθαι δύναμαι. Clemens Alex. Strom. v. p. 733. eadem figura: τῷ οἴῳ τε ὄντι διανήχεσθαι τὰ ἐν αὐτοῖς κύματα. Rursus Plato Phædr. p. 352. A. ἀπὸ τελευτῆς ἐξ ὑπτίας ἀνάπαλιν διανεῖν ἐπιχειρεῖ τὸν λόγον. ubi Stephanus malit διανύειν. At vulgatum agnoscit Scholiastes ad h. l. διανεῖν, διακολυμβᾷν, διαπερᾷν. Timæus vero noster respexit Polit. iv. p. 454. A. Ταῦτα μὲν ἄρα μόγις διανενεύκαμεν. quod in usus suos convertit Themist. Orat. xxiii. p. 297. B. τὸν μὲν δὴ ἔμμισθον σοφιστὴν μόλις πως ἄρα διανενεύκαμεν. Vide virum maximum ad Lucian. Dial. Marin. vii. p. 306.

[j] Διαλαγχάνειν] Critia p. 559. E. θεοὶ γὰρ ἅπασαν γῆν ποτε κατὰ τοὺς τόπους διελάγχανον. qui locus, monente Th. Galeo, obversabatur Jamblicho de Myster. Sect. v. cap. 25. p. 140. Lexicon Rhetor. Ms. Διειληχώς. τούτῳ οἱ ῥήτορες ἐπὶ τοῦ μεμερίσθαι κοινὰ χρήματα ἐχρήσαντο. Timæi et Harpocrationis glossas in unam confudit Suidas.

[k] Διαττᾷν] Sophist. p. 152. E. οἷον διηθεῖν τε λέγομεν καὶ διαττᾷν, καὶ βράττειν, καὶ διακρίνειν. Leviter depravatum est in Cratyl. p. 265. B. Τὸ γὰρ διαττόμενον καὶ τὸ ἠθούμενον, πηγῆς ἀπείκασμά ἐστιν. ἐκ δὲ τούτων ἀμφοτέρων τῶν ὀνομάτων ἡ Τηθὺς τὸ ὄνομα σύγκειται. Ficinus reddit *scaturiens*, Serranus *prosiliens*, quasi esset a διάττω. Sed legendum esse, τὸ γὰρ διαττώμενον, e Proclo in Tim. v. p. 294. perspicuum est. Graviorem labem contraxit in Timæo p. 544. F. γῆν διατρήσας καθαρὰν καὶ λείαν, ἀνεφύρασε καὶ ἔδευσε μυελῷ. ubi Codices Parisinus et meus verissimam lectionem διαττήσας conservarunt. Eodem vitio laborat Hesychius: Διαρτᾷν. διασείειν. Scribendum: Διαττᾷν. διασήθειν. Ælius Dionysius apud Eustath. ad Il. I. p. 749. Διαττᾷν Ἀττικοὶ λέγουσι τὸ σήθειν, καὶ διηττημένον, τὸ σεσησμένον. Pollux vi. 91. vii. 22. et Grammatici reliqui. Hinc δίαττος, *cribrum*, apud Hesych. quod alio nomine ἀλευρότησις vocatur. Lexicon Sangerm. Ms. Ἀλευρόττησις. ᾧ τὰ ἄλευρα διαττῶσιν. οἱ δὲ Τηλίαν αὐτὸ καλοῦσιν. ἔνιοι δὲ καὶ Σηλίαν ὀνομάζουσι, καὶ Κόσκινον. Idem: Ἀλεύραττις. ἀγγεῖον εἰς ἄλευρα. A Timæo glossulam sumpsit Suidas.

[l] Διαμπερές] Phædon. p. 399. G. ἄλλως τε μέγιστον τυγχάνει ὂν, καὶ διαμπερὲς τετρημένον δι' ὅλης τῆς γῆς. Polit. x. p. 519. F. ὥσπερ ἂν εἰ ἐν ἑνὶ μεγάλῳ σφονδύλῳ κοίλῳ καὶ ἐξεγλυμμένῳ διαμπερὲς ἄλλος τοιοῦτος ἐλάττων ἐγκείοιτο. Ibid. ἐκείνην δὲ διὰ μέσου τοῦ ὀγδόου διαμπερὲς ἐληλάσθαι. Suidas in Timæo legisse videtur: Διαμπερέως. διαμπερὲς, διόλου διῆκον.

[m] Διατεθρυμμένος] Hanc lectionem etsi Suidas confirmat, credo tamen a Timæo scriptum esse: Διατεθρυμμένως. διακεκλασμένως. si quidem respexit Legg. xi. p. 679. A. ἀνοήτως γὰρ δὴ καὶ διατεθρυμμένως τινὰ τρόπον ἔχομεν οἱ πλεῖστοι, ὅταν ἤδη μέλλειν ἡγώμεθα τελευτᾷν. ubi de eo dicitur, qui metu fractus et debilitatus jacet. Quæ vocis potestas tam rara est, quam frequens altera de homine deliciis fracto perditoque. Conf. sup. v. Ἀποτεθρυωμένοι.

[n] Διαγείρειν] Quid audio? An unquam διαγείρειν significavit διαξύειν aut ἀπαλείφειν? Sed Suidam, qui Timæum compilare solet, adeamus, si forte is integriorem conservarit lectionem? Quid igitur ille? Διασήθειν. διαξύειν, ἀπαλείφειν, παράπτεσθαι, quod non minus mendosum altero. Kusterus, vir doctissimus, negat se videre, quomodo interpretatio παράπτεσθαι voci διασήθειν convenire possit. Sed hoc eodem jure de binis reliquis, διαξύειν et ἀπαλείφειν, dicere potuisset. Ne multa: utroque loco corrigendum puto: Διαγράφειν. διαξύειν, ἀπαλείφειν, παράπτεσθαι. Ex quo tandem errore διαγείρειν et διασήθειν natum sit, quærere non laboro. Vere me emendasse, his rationibus vincam. Διαγράφειν proprie est *inducta litura scriptum delere, expungere.* Hesychius: Διαγράφειν. διαξύειν, ἀπαλείφειν, ἀκυροῦν. Lexicon Rhetor. Ms. Διαγράψαι τὸ διαξῦσαι εἰώθασι λέγειν, ἀπὸ τοῦ· Νῦν δ' ἐμὲ ἐπιγράψας ταρσὸν ποδὸς, εὔχεαι αὕτως. ἐγίγνετο δὲ τοῦτο ἀπὸ τῶν περιγραφομένων

Διακορής.[o] *μεμεστωμένος.*
Διασφάξ.[p] *διατομὴ ὄρους.*

καὶ περιαιρουμένων. Aristid. Tom. ii. p. 368. *ἐπεὶ ἔγνως ἂν ὅσα ἐπὶ τῶν ἐμαυτοῦ ψέγω. ἃ γὰρ διαγράφω καὶ μεταποιῶ, πῶς οἴει με πρὸς ταῦτα ἔχειν;* Pollux vi. 14. Inde frequentissime accipitur pro *rejicere, abolere,* ut Polit. iii. p. 432. D. quo glossa pertinet: *Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα παραιτησόμεθα Ὁμηρόν τε καὶ τοὺς ἄλλους ποιητὰς μὴ χαλεπαίνειν, ἂν διαγράφωμεν.* quem locum respexit Aristid. Tom. ii. p. 326. et laudavit Mœris p. 120. Axioch. p. 729. G. *ὥστε ἔγωγε μὲν παρὰ ἀκαρῆ διέγραψα τὸν βίον.* Euripides Electr. v. 1072. *Γυνὴ δ' ἀπόντος ἀνδρὸς ἥτις ἐκ δόμων Εἶς κάλλος ἀσκεῖ, διάγραφ' ὡς οὖσαν κακήν.* Aristoph. Lysistr. 677. *Ἦν δ' ἐς ἱππικὴν τράπωνται, διαγράψαι τοὺς ἱππέας.* ubi vide Schol. Aristid. Tom. i. p. 176. *οὐκ ἂν φθάνοι διαγράφων πάσας ἀρχάς τε καὶ δυνάμεις ἁπλῶς.* Tom. ii. p. 63. *τί κωλύει καὶ τοὺς νόμους αὐτὸν ἅπαντας τοῖς αὐτοῖς τούτοις διαγράφειν.* p. 205. *καὶ διαγράφοι τὴν τοῦ Ποσειδῶνος ἀρχὴν δεύτερα τῶν πάντων ἔχουσαν.* et sic p. 292. 367. 370. Philostrat. de Vit. Sophist. L. ii. cap. 29. p. 621. *ἀλλ' ἔστιν ἃ καὶ διέγραφεν οὐκ ὀρθῶς εἰρημένα.* Heroic. cap. 19. p. 735. *ἐπαινεῖ μὲν ὡς ποιητικὰ, διαγράφει δὲ ὡς κεχαρισμένα.* Synes. Epist. 103. p. 242. *ἀλλὰ τὴν ὀρθὴν καὶ γενναίαν (ῥητορικὴν) ἣν οὐδὲ Πλάτων, οἶμαι, διαγράφειν πειρᾶται.* Imperite Interpres vertit: *quam neque ipse, opinor, Plato describere conatus est.* Idem Epist. 105. p. 249. *διαγράφειν ἡμᾶς τοῦ χοροῦ τῶν ἱερῶν.* Epist. 153. p. 292. Serm. ad Pæon. p. 309. A. Gregor. Nazianz. Orat. xxxv. p. 566. D. *ὥρα σοι πολλὰ διαγράφειν τῶν ὄντων, ἃ μὴ κατείληφας, καὶ πρό γε πάντων τὸν θεὸν αὐτόν.* ubi Scholiastes ineditus, Basilius, hæc annotavit: *Διαγράφειν ἀντὶ τοῦ ἀθετεῖν, ἐκβάλλειν, ἀπὸ τοῦ καταγράφεσθαι καὶ καταχαράττεσθαι τὰ ἠθετημένα τῶν συνταγμάτων, ἔτι δὲ καὶ τῶν συμβολαίων τὰ ἀπορριπτούμενά τε καὶ ἐκβαλλόμενα, ὡς ψευδῆ καὶ νόθα, καὶ οὐχὶ γνήσια.* Hæc, ni fallor, satis fuerint ad vindicandam lectionem Plutarchi de Is. et Osir. p. 58. *τοὺς νομιζομένους θεοὺς πάντας ὁμαλῶς διαγράφων εἰς ὀνόματα στρατηγῶν καὶ ναυάρχων καὶ βασιλέων.* ubi Marklandus, et ante eum Bouhierius ad Cicer. p. 54. *διαγνάφων* legere tentabant, inducti altero loco p. 155. *εἰς πνεύματα διαγνάφοντες τὰ θεῖα καὶ διαλύοντες.* At ibi quoque ex Cod. Petav. *διαγράφοντες* legendum, ut in Amator. p. 757. B. *ἂν εἰς πάθη καὶ δυνάμεις καὶ ἀρετὰς διαγράφωμεν ἕκαστον τῶν θεῶν.* Est autem *θεοὺς διαγράφειν εἰς ὀνόματα βασιλέων* cum efficacia quadam dictum pro *Deos ita tollere, ut eos e regum nominibus fictos dicas.* Eadem vis est verbi *περιγράφω.* Polemo Ponticus Anthol. vii. p. 615. *Ἢ τὸ φιλεῖν περίγραψον, ἔρως, ὅλον, ἢ τὸ φιλεῖσθαι Πρόσθες.* Quod minus Atticum dicit Atticista Ms. in Bibl. Medicea: *Διάγραφε, μὴ περίγραφε.* Græcorum imitatione Latinos sic usos esse verbo *circumscribere,* docet Ernestus Clav. Cicer. h. v. Sed legitimus inprimis et proprius Oratoribus Atticis loquendi modus est, *διαγράφειν τὴν δίκην, litem expungere, διαγράψασθαι τὴν κατηγορίαν, ab instituta accusatione desistere.* Lysias de publ. pecun. p. 315. *πέρυσι μὲν οὖν διέγραψάν μου τὰς δίκας.* ubi vide Marklandum. Liban. Opp. Tom. i. p. 644. C. *αὐτὸς δὲ ὑπισχνούμενος διαγράψασθαι τὴν γραφήν.* Sed de hac notione plena manu H. Vales. in Harpocr. v. *Διαγράψασθαι,* et Ti. Hemsterhus. in Thom. M. v. *Διαγράφειν.*

[o] *Διακορής*] Legg. i. p. 566. H. *Ταῦτα γὰρ ἀκήκοάς που καὶ σὺ τὰ ποιήματα. ὅδε μὲν γάρ, οἶμαι, διακορὴς αὐτῶν ἐστί.* vii. p. 636. F. *τοὺς ὀρθῶς παιδευομένους τῶν νέων τρέφειν καὶ διακορεῖς ποιεῖν.* Aristid. Tom. i. p. 480. *ἀλλ' ὅμως τοὺς μὲν ἐξέβαλεν, ἡνίκ' αὐτῶν ἦν διακορής.* Dio Cass. Fragm. Ursin. p. 60. *ἐν τῷ θεάτρῳ διακορεῖς οἴνου ἀπὸ δείλης καθήμενοι.* Ælian. V. H. Lib. ix. cap. 8. Pollux v. 151. Phrynichus ineditus: *Κατακορὴς οἴνῳ, καὶ Διακορὴς, πολιτικώτερα.* Suidas exhibet in plurali, *Διακορεῖς. μεμεστωμένοι.*

[p] *Διασφάξ*] Ex Herodoto Lib. ii. 158. *ἔπειτα τείνει ἐς διασφάγας φέρουσα ἀπὸ τοῦ οὔρεος πρὸς μεσαμβρίην τε καὶ νότον ἄνεμον.* Lib. iii. 117. Lib. vii. 199. ubi vide Glossas. Aristid. Tom. i. p. 272. *τὴν διασφάγα ποιήσας τῶν Τεμπῶν ἕνεκα τῷ Πηνειῷ.* Ælian. H. A. Lib. i. cap. 23. *πέτραι τε καὶ σήραγγες, ἔχουσαι μέντοι διασφάγας μικρὰς καὶ τὰς διαστάσεις.* Alia forma et obscœno sensu Hipponax apud Schol. Apoll. Rhod. iv. 322. dixit *τὸ Σινδικὸν διάσφαγμα.* quo respexit Hesychius v. *Σινδικὸν διάσφ.* Plura Spanhem. ad Callim. H. in Del. 105. Valckenar. ad Euripid. Schol. in

Διδαξάμενος.[q] τελέσας τι ὑπὲρ ἑτέρου διδασκάλῳ.
Διηθεῖν.[r] διυλίζειν.
Διθύραμβος.[s] ὕμνος εἰς Διόνυσον.
Δίκηλα.[t] μιμήματα, εἰκάσματα.
Δίκη. ὅτε μὲν τὸ ἔγκλημα,[u] ὅτε δὲ ἡ κόλασις,[v] ὅτε δὲ ὁ τρόπος καὶ ἡ ὁμοιότης.[w]
Δικαιούμενος.[x] κολαζόμενος.

Phœniss. 26. et Albertus ad Hesych. in v.

[q] Διδαξάμενος] Hanc lectionem ex Suida revocavimus. Mstus duplici mendo: Διαδαξάμενος. τελέσας τι ὑπὲρ ἑτέρου διδασκάλου. Infra: Ἐδίδαξα, ἐπαίδευσα αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ. Ἐδιδαξάμην. ἐπαιδευσάμην δι' ἑτέρου, αὐτὸς ἐπιμεληθεὶς τούτου. quæ et ipsa transcripsit Suidas. Optime Ammonius: Ἐδίδαξε μὲν ὁ καθηγητής. Ἐδιδάξατο δ' ὁ πατὴρ συστήσας. ubi vide Valckenarii Animadversiones p. 70. Filii ἐπιμεληθῆναι, καὶ χρήματα τελέσαι τινὶ τῶν σοφιστῶν, item, filium præceptori συστῆσαι, et filium διδάξασθαι, in Theage p. 8. B. E. F. permutantur. Menon. p. 22. A. ἢ οὐκ ἀκήκοας ὅτι Θεμιστοκλῆς Κλεόφαντον τὸν υἱὸν ἱππέα μὲν ἐδιδάξατο ἀγαθόν; quæ etiam in Æschinis Socratici Dialog. i. §. 5. ad verbum leguntur, inde excitata ab Hemsterhus. ad Arg. Plut. Aristoph. p. 4. Protag. p. 199. D. οἱ ἀγαθοὶ ἄνδρες εἰ τὰ μὲν ἄλλα διδάσκονται τοὺς υἱεῖς. Ibid. mox: ταῦτα δ' ἄρα οὐ διδάσκονται, οὐδ' ἐπιμελοῦνται πᾶσαν ἐπιμέλειαν. De usu Attico verborum διδάξασθαι, παιδεύσασθαι qui egerint, plures indicantur ad Hesych. T. i. p. 1306. quibus adde Valckenarium ad Xenophont. Memorab. iv. p. 250.

[r] Διηθεῖν] Sophist. p. 152. E. οἷον διηθεῖν τε λέγομεν καὶ διαττᾷν. Cratyl. p. 265. B. τὸ γὰρ διαττώμενον καὶ τὸ ἠθούμενον, πηγῆς ἀπείκασμά ἐστιν. ad quem locum conferendus est Proclus in Tim. Lib. v. p. 294. Tim. p. 532. F. τὸ τοιοῦτο δὲ μόνον αὐτὸ καθαρὸν διηθεῖν. p. 538. E. χρυσὸς ἠθημένος διὰ πέτρας ἐπάγη. ubi Ficinus ridicule reddit, *florescens*, cogitans, credo, nihili vocem ἠνθημένος. Rectius cepit ibid. G. ξύμπαν μὲν τὸ γένος, διὰ τῶν ἐκ γῆς φυτῶν ἠθημένα, χυμοὶ λεγόμενοι. p. 539. A. 548. D. συνδιηθεῖσθαι occurrit ibid. p. 541. G. Glossulam habet quoque Suidas.

[s] Διθύραμβος] Legg. iii. p. 594. F. καὶ ἄλλο, Διονύσου γένεσις, οἶμαι, διθύραμβος λεγόμενος. Hipp. Maj. p. 100. D. Ion. p. 145. D. Hipp. Min. p. 231. H. Gorg. p. 303. F. G. Phædr. p. 341. D. 342. F. Apolog. p. 360. F. Polit. iii. p. 435. E. ubi vide Scholia. Neque hanc glossam Suidas neglexit.

[t] Δίκηλα] Sic etiam ex Glossographo nostro Suidas, ut nihil opus sit cum Kustero scribere Δείκηλα. Erudite vocem exponit Etymol. M. p. 260. 28. ubi quod laudat, Δείκηλα προΐαλλε, sumptum est ex Apollon. Rhod. iv. 1672. Suspicor glossam huc aliunde irrepsisse, præsertim cum damnata sit a Polluce i. 7. ubi adi Interpp. Villoisonus, V. C. ad Longum iii. p. 179. qui Timæi Codicem post Jo. Capperonnerium tractavit, ait, e regione vocis Δίκηλα in margine scriptas esse voces, ὁμοιώματα, δοκήματα.

[u] Ἔγκλημα] Legg. vi. p. 620. B. ὁ δὲ ὅφλων τὴν τοιαύτην δίκην. viii. p. 648. E. διτταῖς δίκαις ἔνοχος ἔστω. etc.

[v] Κόλασις] Alcibiad. ii. p. 39. C. πάλαι δίκην δεδωκέναι. Euthyphr. p. 50. E. ὡς οὐ δεῖ δίκην διδόναι ἐκεῖνον, ὃς ἂν ἀδίκως τινὰ ἀποκτείνῃ. Hipp. Maj. p. 100. C. Theæt. p. 129. A. et centies alibi.

[w] Ὁμοιότης] Theæt. p. 123. F. ἀλεκτρυόνος ἀγεννοῦς δίκην. Phædr. p. 340. B. διὰ τῆς ἀκοῆς πεπληρῶσθαί με, δίκην ἀγγείου. p. 346. B. ὄρνιθος δίκην βλέπων ἄνω.

[x] Δικαιούμενος] Pollux viii. 25. δικαιωτήρια, τὰ βασανιστήρια, ὡς Πλάτων. ὁ αὐτὸς καὶ δικαιούμενον, τὸν κολαζόμενον. Prius extat in Phædr. p. 345. G. αἱ μὲν εἰς τὰ ὑπὸ γῆς δικαιωτήρια ἐλθοῦσαι, δίκην ἐκτίνουσιν. Posterius Legg. xi. p. 683. G. αὐτόν τε καὶ τοὺς ἰδόντας αὐτὸν δικαιούμενον. Exemplorum quantum satis est, congesserunt J. Camerarius ad Aristotel. Nicomach. v. 7. p. 233. et P. Leopardus Emend. v. 9. Verbo δικαιοῦν hac *puniendi* notione respondet θεμίζειν, Cretensibus usitatum, de quo Hemsterh. ad Hesych. v. Θῶμις.

Διπλόον.[y] *ἐπὶ σιδήρου εἴρηται, ὅτ' ἂν ἀπό τινος ἑνώσεως ἀπόλυσίς τις ᾖ εἰς παράθεσιν μᾶλλον ἢ ἕνωσιν· ἐπὶ δὲ ἤθους τροπικῶς τὸ μὴ ὑγιὲς δηλοῖ.*

Διωκάθειν.[z] *διώκειν ἐγκαλοῦντα ἢ τρέχοντα.*

[y] Διπλόον] Sophist. p. 169. C. *Τὸν δοξομιμητὴν δὴ σκοπώμεθα, ὥσπερ σίδηρον, εἴτε ὑγιῆς, εἴτε διπλόην ἔχων τινὰ ἔστιν ἐν ἑαυτῷ.* Ex hoc loco medicina facienda est Plutarcho Pericle p. 158. B. *ἡ μὲν ἐξ ἀρχῆς διαπλοκή τις ὕπουλος, ὥσπερ ἐν σιδήρῳ, διαφορὰν ὑποσημαίνουσα δημοτικῆς καὶ ἀριστοκρατικῆς προαιρέσεως.* ubi, cum nemo dubitare possit, quin Platonem more suo effinxerit, omnino scribendum: *ἡ μὲν γὰρ ἐξ ἀρχῆς διπλόη τις ὕπουλος*, etc. Levius idem laborat T. ii. p. 715. F. *καὶ τὸ ὕπουλον, ὥσπερ τινὰς διπλοῦς, ἀναπτύσσει τῆς ψυχῆς.* Lege, *διπλόας*. p. 441. D. *ᾗ διττὸς ἡμῶν, ὡς ἀληθῶς, ἕκαστός ἐστι καὶ σύνθετος. τὴν γὰρ ἑτέραν διπλόην οὐ κατεῖδον.* p. 802. B. *διπλόας ἐν σιδήρῳ μαλάσσων καὶ καταλεαίνων.* Scholiastes Luciani ad Phalar. prior. p. 188. ex meliore, quam ipse est, Grammatico hæc descripsit: *Αὐθέκαστος λαμβάνεται καὶ ἐπὶ τοῦ ἀληθευτικοῦ τὸν τρόπον, καὶ μή τινα διπλόην ἔχοντος.* Mich. Syncellus in Dionys. Areop. p. 370. *ἁπλοῦς μὲν, τῇ ὀρθότητι, καὶ ἀληθείᾳ, πάσης ὑπουλότητος καὶ διπλόης ἀπηλλαγμένος.* A Platone vocem *διπλόη* etiam sumserunt Themist. Or. xxi. p. 258. C. et Synes. Ep. 147. p. 288. Eadem metaphora Polit. iii. p. 496. H. *ὅτι οὐκ ἔστι διπλοῦς ἀνὴρ παρ' ἡμῖν, οὐδὲ πολλαπλοῦς.* ex quo loco *πολλαπλοῦς*, tanquam Platoni proprium, Pollux iv. 47. laudat. Polit. viii. p. 496. A. *οὐκ ἄρα ἂν εἴη ἀστασίαστος ὁ τοιοῦτος ἐν ἑαυτῷ οὐδὲ εἷς, ἀλλὰ διπλοῦς τις.* Euripid. Rhes. 395. *φιλῶ λέγειν Τἀληθὲς αἰεί, κοὐ διπλοῦς πέφυκ' ἀνήρ.* Dionys. Halic. Rhetor. p. 66. *Ἕλλην Θετταλὸς, διπλοῦς καὶ ποικίλος.* Hesychius: *Διπλοῦς ἄνδρας. παλιμβόλους.* Contrarium est *ἁπλοῦς*. Legg. v. p. 609. C. *ὅπως μήτε αὐτὸς κίβδηλος ποτὲ φανεῖται ὁτῳοῦν, ἁπλοῦς δὲ καὶ ἀληθὴς ἀεί.* Polit. viii. p. 493. C. Latinis *simplex* tritissimum est eadem potestate. Platonicum *πολλαπλοῦς* expressit Cicero ad Att. vi. 2. 'est magnum illud quidem, veruntamen multiplex pueri ingenium, in quo ego regendo habeo negotii satis.' Græcorum etiam imitatione *duplicem Ulyssem* feliciter dixit Horatius i. Carm. 6. 7. 'Nec cursus duplicis per mare Ulyssei.' quod Bentleius recte quidem post alios explicuit, sed mox novandi studio ablatus, in *reducis Ulyssis* commutavit: quo, ad meum sensum, nihil potest esse frigidius. Glossæ Isidori: *Artificem, duplicem, dolosum.* Ad hanc vocis vim allusit Ovidius Amor. i. 12. 27. 'Ergo ego vos rebus duplices pro nomine sensi?' quod recte cepit vir doctus Miscell. Observ. Vol. ii. T. i. p. 25. Vide Maussac. ad Harpocrat. v. *Ἀρχαίως*, et Herald. ad Arnob. ii. p. 95. Pæne mihi exciderat monere, me in Timæo scripsisse, *ἀπόλυσίς τις ᾖ*, et *ὑγιὲς δηλοῖ*. In Ms. vitiose, *ἀπόλυσίς τις ἢ*, et *ὑγιὲς δηλοῦν*.

[z] Διωκάθειν] Rarior verborum forma in *αθω*, et ab Atticis in paucis tantum recepta, velut, *διωκάθω, εἰργάθω, ἀμυνάθω, εἰκάθω, ὑπεικάθω*. His *κιάθω* adjicit Etymolog. M. p. 8. 18. —— *ἐπειδὴ τὰ εἰς ω λήγοντα ῥήματα βαρύτονα, εἰ μὲν μακρᾷ παραλήγονται, διὰ τὸ αθω ποιοῦσι τὴν παραλήγουσαν· οἷον κίω, κιάθω· εἴκω, εἰκάθω· εἴργω, εἰργάθω, ἀμύνω, ἀμυνάθω* etc. quod idem ex parte repetit p. 231. 53. Ejus tamen regulæ obstat *κιάθω* a *κίω*, cujus penultima semper corripitur. Vix ausim in hanc classem referre *ὀρμάθω*, quamvis bis occurrat apud Euripidem Med. v. 189. et Androm. v. 859. propterea quod non desunt homines acuti, qui utrumque locum in vitii suspicionem vocent. Plato Euthyphr. *ὑπὲρ ἀνδρὸς θητὸς ἄνδρα πρεσβύτην πατέρα διωκάθειν φόνου.* Gorg. p. 295. G. *Πώλου τὸ κατὰ νόμον αἴσχιον λέγοντος, σὺ τὸν νόμον ἐδιώκαθες.* quod, quoniam vulgo minus notum erat, Olympiodorus Commentario in hunc Dialogum Msto, et Scholiastes per *ἐδίωκες* explicandum putarunt. Aliquando hanc formam, pro temeritate sua, librarii obliterarunt, v. c. Polit. ii. p. 428. F. *ἐλαφρὸν πρὸς τὸ αἰσθανόμενον διώκειν*, ubi Stobæus p. 445. Codex Paris. et Scholiastes antiquum *διωκάθειν* conservarunt. Idem Philemoni apud Athen. L. vii. p. 288. E. restituit Is. Casaubonus. Euripides apud Stob. p. 26. *Αἰσχροὺς ἔρωτας δημοτῶν διωκάθειν.* Aristoph. Nub. v. 1484. Vesp. v. 1198. et Schol. Mœris p. 118.

Δρυόχοι.[a] *δρυόχους ἐν Τιμαίῳ καλεῖ τὰ στηρίγματα τῆς πηγνυμένης νηός.*

Διωλύγιον.[b] *ἐπὶ πολὺ διῆκον· ἐπὶ φαύλου δὲ αὐτῷ κέχρηται· πολὺ καὶ ἄμετρον.*

Διωμοσία.[c] *ὅρκοι οἱ ὑπὸ τῶν δικαζομένων γινόμενοι, τοῦ μὲν ὀμνῦντος, ὅτι παθὼν ἐγκαλεῖ, τοῦ δὲ, ὅτι οὐκ ἐποίησεν.*

Δρόμοι.[d] *ἡ περίπατος.*

et ibi Piersonus. Eadem manus inepta, quæ διωκάθω ex Platone expulerat, ὑπεικάθω etiam in ὑπείκω mutavit Apolog. p. 365. B. Sed ex scriptis libris revocarunt H. Stephanus ad h. l. et A. M. Salvinius Misc. Obs. Vol. ii. T. ii. p. 272. Platonis imitator, Julianus Or. vii. p. 229. ἐπείπερ ἡμᾶς ἐκέλευσας ὑπεικάθειν αὐταῖς.

[a] Δρυόχοι] Tim. p. 547. H. *νέα μὲν οὖν ξύστασις τοῦ παντὸς ζώου, καινὰ τὰ τρίγωνα οἷον ἐκ δρυόχων ἔτι ἔχουσα τῶν γερῶν, ἰσχυρὰν μὲν τὴν ξύγκλεισιν αὐτῶν πρὸς ἄλληλα κέκτηται.* qui locus manifesto vitio laborat, cui sic mederi tentabat H. Stephanus: *ἐκ δρυόχων ἔτι ἔχουσα, τῶν μερῶν ἰσχυρὰν μὲν τὴν ξύγκλεισιν κ. λ.* Sed recte hanc conjecturam repudiat Dukerus Misc. Obs. Vol. ii. T. iii. p. 417. Nec melior est Salmasiana de ann. climact. p. 763. *οἷον ἐκ δρυόχων ἔτι ἔχουσα νεαρῶν.* Codex meus tenet vulgatum *τῶν γερῶν*· alius, cujus variantes in iisdem Misc. l. c. produntur, habet *τῶν γερρῶν*· Parisinus et Tubing. *τῶν γενῶν.* unde doctiores, quid Plato scripserit, extundant. His scriptis, mihi redduntur Wyttenbachii literæ, exquisitam animadversionem habentes: ‘ Acquiesco in *γενῶν*, quod ut librorum auctoritate, ita sua ipsum verisimilitudine commendatur. Τὰ *γένη* sunt *quatuor illa elementa*, quibus cum corpus humanum, tum alimenta ejus constant. Ita p. 548. B. *τεττάρων γὰρ ὄντων γενῶν, ἐξ ὧν συμπέπηγε τὸ σῶμα, γῆς, πυρὸς, ὕδατος, καὶ ἀέρος.* Hæc *genera*, tanquam ex partibus, composita sunt ex triangulis, *ἐκ τριγώνων*, p. 536. ubi hæc inprimis verba novam lectionem confirmant: *γίγνεται μὲν γὰρ ἐκ τῶν τριγώνων ὧν προῃρήμεθα γένη τέτταρα.* et proxime ante hæc verba, *τὰ τέτταρα γένη.* Satis hoc est ad tuendum *γενῶν.* Aliud superest, quod locum impeditum reddit. Quid enim sibi velit *δρυόχων* in hac sede, non modo non intelligitur, sed loci etiam nexus ac ratio turbatur. Quare ita putem a Platone scriptum fuisse: *νέα μὲν οὖν ξύστασις τοῦ παντὸς ζώου, καινὰ τὰ τρίγωνα ἔτι ἔχουσα τῶν γενῶν, ἰσχυρὰν μὲν οἷον ἐκ δρυόχων, τὴν ξυγκλεισιν αὐτῶν πρὸς ἄλληλα κέκτηται.*’ De voce *δρύοχος* vide Grammaticos ceteros, quos laudant Brodæus ad Anthol. iii. p. 358. et Albertus ad Hesych. in v. Cum Timæo congruit Scholiastes Platonis l. c.

[b] Διωλύγιον] Theæt. p. 122. E. *τὸ γὰρ ἐπισκοπεῖν καὶ ἐπιχειρεῖν ἐλέγχειν τὰς ἀλλήλων φαντασίας τε καὶ δόξας ὀρθὰς ἑκάστου οὔσας, οὐ μακρὰ μὲν καὶ διωλύγιος φλυαρία;* quod Julian. Orat. ii. 101. et p. 189. et Damascius apud Suidam in v. hinc mutuum sumserunt. Legg. x. p. 666. F. *μήκη αὖ κέκτηται διωλύγια.* ubi vide Scholia. Platonis auctoritate Zenobius iii. 34. v. 55. Harpocration et Suidas in v. hoc vocabulum confirmant. Callimach. Fr. iii. Εὖτ’ *ἀνέμων μεγάλων πνεῦμα διωλύγιον.* Incertus Anthol. iv. p. 520. *ἀποστείλῃ πνεῦμα διωλύγιον.* Sed inprimis Platonis imitatores hac voce delectati videntur. Philo T. i. p. 247. *τὰς τῶν ἐπιθυμιῶν μακρὰς καὶ διωλυγίους ἐκτάσεις.* p. 680. *ὁ δὲ βαθὺς καὶ διωλύγιος ὕπνος.* cui Th. Mangeius eandem bis feliciter restituit. T. i. p. 258. et p. 295. Phrynichus apud Phot. p. 326. *διωλύγιόν τινα καὶ μακρὰν φρενῖτιν.* Themist. Or. xiii. p. 167. B. *μεγέθη οἰκοδομημάτων ἐκασταχῇ διωλύγια.* Julian. apud Suid. v. Χρῆμα· *τὸν μέγαν καὶ διωλύγιον Ταῦρον.* Liban. Opp. T. i. p. 312. C. *ἀνεβόησεν ἂν διωλύγιον.* Damascius apud Phot. p. 1074. *ἐν σκότῳ διωλυγίῳ πολὺ φῶς ἀνάψας.* Basil. de Vita Theclæ i. p. 60. *μέγα τι καὶ διωλύγιον ὑπηχήσασα.* Sed modus sit exemplorum. Cyrillus Lexico Ms. Διωλύγιον. *θρηνητικῶς ἔχον* (lege, *ἠχοῦν*) *ἐπὶ πολύ. ἢ καὶ μεγάλως φωνοῦν.* quo Hesychii lectio firmatur. Plura, qui volet, petat a Dorvillio ad Chariton. p. 278.

[c] Διωμοσία] Vide sup. v. Ἀντωμοσία.

[d] Δρόμοι] Δρόμοι sunt *loca cursibus destinata*, sive *ambulacra publica*. Theæt.

Δυσωπεῖσθαι.[e] *ὑφορᾶσθαι, καὶ ὑπόπτως ἔχειν.*
Δωροδόκοι.[f] *καὶ οἱ διδόντες δῶρα, καὶ οἱ λαμβάνοντες.*

p. 115. B. *ἄρτι γὰρ ἐν τῷ ἔξω δρόμῳ ἠλείφοντο.* ubi Scholiastes: *Τόποι τινὲς ἦσαν, ὁ μὲν ἐκτὸς ἄστεος, ὁ δὲ ἐντὸς, ἀπὸ τῶν ἐν αὐτοῖς τελουμένων ὑπὸ τῶν νέων, Δρόμοι καλούμενοι.* Cratyl. p. 269. F. *οὐ γὰρ ἐπισκοπεῖς με ὥσπερ ἐκτὸς δρόμου φερόμενον, ἐπειδὰν λείου ἐπιλάβωμαι.* quod proverbii formam habet, et simile est notissimo, *extra oleas vagari.* Phædro p. 336. E. *Κατὰ τὰς ὁδοὺς ποιοῦμαι τοὺς περιπάτους. φησὶ γὰρ ἀκοπωτέρους τῶν ἐν τοῖς δρόμοις εἶναι.* ubi Scholiastes, et Hermias Scholiis Mss. *Δρόμοι ἦσαν τόποι τινὲς ὅπου ἔτρεχον οἱ νέοι.* Pro *ambulatione* Euthyd. p. 215. D. *εἰσελθόντε δὲ περιεπατείτην ἐν τῷ καταστέγῳ δρόμῳ· καὶ οὔπω τούτω δυ' ἢ τρεῖς δρόμους περιεληλυθότε ἤστην.* quo in loco Jac. Sirmondus ad Apollin. Sidon. ii. Ep. 2. p. 28. *κατάστεγον δρόμον* recte interpretatur *tectam porticum, hypodromum.* Vide Jo. Toupium addend. ad Theocrit. Eidyll. xviii. 39.

[e] *Δυσωπεῖσθαι*] Politic. p. 181. E. *μὴ δυνατὸν εἶναι δυσωπούμενον παύεσθαι.* Legg. xi. p. 683. D. *ταῖς δὲ ψυχαῖς τῶν ἀνθρώπων δυσωπουμένους πρὸς ἀλλήλους περὶ τὰ τοιαῦτα οὐκ ἄξιον ἐπιχειρεῖν πείθειν.* ubi vide Scholiasten. Phædr. p. 343. B. *καὶ πῶς ἐδυσωπούμην, κατ' Ἴβυκον, μή τι παρὰ θεοῖς ἀμπλακὼν, τιμὰν πρὸς ἀνθρώπων ἀμείψω.* quem locum laudant Mœris et Thom. Mag. in v. Aureolam Ibyci sententiam rationi suæ sic accommodavit Xenophon Memorab. i. 3. *καὶ τῶν ἄλλων δὲ μωρίαν κατηγόρει, οἵ τινες παρὰ τὰ παρὰ τῶν θεῶν σημαινόμενα ποιοῦσί τι, φυλαττόμενοι τὴν παρὰ τοῖς ἀνθρώποις ἀδοξίαν.* Eandem e Platone repetierunt Plutarchus Sympos. ix. 15. p. 748. C. Synesius Ep. 105. p. 247. Marinus in Vita Procli cap. 1. et Damascius apud Suid. v. *Ἰβύκειον*, ubi vide Kusterum. Hermias Scholiis in Phædrum Mss. Platonis locum ita interpretatur: *Τὸ δὲ ἐδυσωπούμην κατ' Ἴβυκον, τοιοῦτόν ἐστι· οὐ βούλομαι προσκροῦσαι τοῖς θεοῖς καὶ ἁμαρτεῖν παρ' αὐτοῖς, διὰ τὴν παρὰ τοῖς ἀνθρώποις τιμὴν καὶ εὐδοκίμησιν. ἐδυσωπούμην οὖν, ἀντὶ τοῦ, ἠυλαβούμην.* Quam Hermiæ annotationem commemorat quoque P. J. Nunnesius ad Phrynich. p. 81. his usus verbis: 'Plato in Phædro *τὸ ἐδυσωπούμην* ex Ibyco poeta pro *ηὐλαβούμην* aperte adhibet, ut observat eo loco Hermias.' Nempe festinantius inspexit Codicem suum. Nam *ἐδυσωπούμην* Platonis est, non Ibyci; neque inde petitum dixit Hermias. Zonaras Lexico Ms. *Δυσωποῦμαι, ἀντὶ τοῦ, φοβοῦμαι. οὕτως Δημοσθένης ἐν Φιλιππικοῖς, καὶ Ξενοφῶν ἐν Ἀπομνημονεύμασιν. καὶ Δυσωπεῖσθαι, ἀντὶ τοῦ, ὑφορᾶσθαι καὶ φοβεῖσθαι, καὶ μετ' ὑπονοίας σκυθρωπάζειν. οἱ γὰρ παλαιοὶ ἐπὶ τοῦ κρίνειν καὶ ἐλέγχειν τὴν λέξιν λαμβάνουσιν. Δυσωπεῖν γὰρ εἴρηται, παρ' ὅσον οἱ κατακεκριμένοι κακῶς ἔχουσι τὰς ὄψεις. οὕτως εὗρον τὴν λέξιν εἰς τὸ ῥητορικὸν λεξικὸν, καὶ εἰς τὰ ἀνεκφώνητα Ἡρωδιανοῦ. ἔνιοι δὲ ἀντὶ τοῦ, αἰδεῖσθαι, εἰ καὶ μὴ τῶν Ἀττικῶν. ἡ δὲ συνήθεια καὶ ἐπὶ τοῦ ἱκετεύειν.* ex quo corrige Etymol. M. p. 292. 51. eadem fere habentem. De hoc verbo est erudita disputatiuncula Hemsterhusii ad finem T. ii. Raphelii in N. T. Timæi glossam Suidas descripsit.

[f] *Δωροδόκοι*] Alcibiad. ii. p. 43. C. *οἱ δὲ, ἅτε οὐ δωροδόκοι ὄντες, καταφρονοῦσι ἁπάντων τούτων*, ubi vide Scholia. Polit. iii. p. 434. A. *οὐ μὲν δὴ δωροδόκους γε ἑαυτέον εἶναι τοὺς ἄνδρας, οὐδὲ φιλοχρημάτους.* ix. p. 503. G. *ἔστι δ' ὅτε συκοφαντοῦσιν, ἐὰν δυνατοὶ ὦσι λέγειν, καὶ ψευδομαρτυροῦσι, καὶ δωροδοκοῦσι.* Ibid. p. 509. F. *καὶ πολὺ ἐπὶ δεινοτέρῳ ὀλέθρῳ χρυσὸν δωροδοκεῖ, ἢ Ἐριφύλη, ἐπὶ τῇ τοῦ ἀνδρὸς ψυχῇ τὸν ὅρμον δεξαμένη.* Plerique omnes Grammatici in eo consentiunt, *δωροδόκον* etiam pro *largitore*, *δωροδοκεῖν* pro *dona dare*, dici. Cujus notionis non nisi duo exempla reperi, alterum apud Demosthenem Phil. iii. p. 30. quod etiam Scholiastes Platonis l. c. laudat, alterum apud Aretæum Cappad. de Causs. morb. ii. p. 67. *ἁπλοῖ, εὔθυμοι, δωροδόκοι, καὶ ἐς τὴν δίαιταν ἀβροί.* Simili ratione Grammatici voci *ἀδωρότατος* apud Thucydid. ii. 65. duplicem vim tribuerunt. Hesychius: *Ἀδωρότατος. ὁ μηδ' ὅλως μεταδιδοὺς τι, ἢ ἀδωροδόκητος.* ubi vide Hemsterhusium.

Ε.

Ἑαυτῷ.[a] ἐπὶ τρίτου προσώπου. οἱ Ἀττικοὶ δὲ ἐπὶ δευτέρου κέχρηνται.

Ἐγκύρτια. τὰ ἐν τοῖς κύρτοις ἐνυφάσματα. χρῆται δὲ ἐν Τιμαίῳ[b] ἐπὶ τῆς φάρυγγος τῇ λέξει.

Ἐδήωσαν τὴν γῆν.[c] ἀντὶ τοῦ, ἐδενδροτόμησαν.

Ἐδίδαξα.[d] ἐπαίδευσα αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ. Ἐδιδαξάμην, ἐπαιδευσάμην δι' ἑτέρου, αὐτὸς ἐπιμεληθεὶς τούτου.

Ἕδος.[e] τὸ ἄγαλμα. καὶ ὁ τόπος ἐν ᾧ ἵδρυται.

Ἐνθράττειν.[f] ὑποκινεῖν, ταράττειν.

[a] Ἑαυτῷ] Erast. p. 6. F. *ποτέρῳ ἂν μᾶλλον ἐπιτρέπεις αὐτόν τε καὶ τὰ σεαυτοῦ*; Lysid. p. 108. E. *ἀλλ' ᾗ ἂν ἡμέρᾳ ἡγήσεταί σε βέλτιον αὐτοῦ φρονεῖν, ταύτῃ ἐπιτρέψει σοι καὶ αὐτὸν καὶ τὰ αὑτοῦ.* Phædon. p. 377. D. *καὶ οὐ δεῖ δὴ ἑαυτὸν ἐκ ταύτης λύειν, οὐδ' ἀποδιδράσκειν.* Ibid. p. 384. F. *Οὐκοῦν τοιόνδέ τι δεῖ ἡμᾶς ἀνερέσθαι ἑαυτούς*; p. 390. F. *ὅπως μὴ ἐγὼ ὑπὸ προθυμίας ἅμα ἑαυτόν τε καὶ ὑμᾶς ἐξαπατήσας οἰχήσομαι.* Sed pleni sunt exemplorum Attici scriptores; et sæpe hunc usum attigerunt viri eruditi, ut Salmas. ad Inscript. p. 14. et Dorvill. ad Chariton. p. 159. et 328. Suidas hanc glossam pro more exscripsit.

[b] Τιμαίῳ] Pag. 546. F. *πλέγμα ἐξ ἀέρος καὶ πυρὸς, οἷοι κύρτοι, ξυνυφῃνάμενος, διπλᾶ κατὰ τὴν εἴσοδον ἐγκύρτια ἔχοντες. ὧν θάτερον πάλιν διέπλεξε δίκρουν, καὶ ἀπὸ τῶν ἐγκυρτίων δὴ διετείνατο οἷον σχοίνους κύκλῳ διὰ παντὸς πρὸς τὰ ἔσχατα τοῦ πλέγματος*, etc. Sunt enim pluscula. Glossam etiam reperies apud Suidam sine ulla varietate.

[c] Ἐδήωσαν τὴν γῆν] Ex Herodoto, ut opinor, v. 89. *Αἰγινῆται δὴ ἐδήιουν τῆς Ἀττικῆς τὰ παραθαλάσσια.* vi. 135. vii. 133. viii. 22. Verbum tritum cum ab aliis, tum a Thucydide, cujus vide Indicem. Corruptus in hoc verbo est Athenæus vi. p. 234. A. *λῃϊζόμενοι τὴν ἀλλοτρίαν καὶ ἀδικοῦντες.* ubi scribendum puto: *καὶ δῃοῦντες*, quod etiam Valckenario in mentem venit. Hesychius: Ἐπόρθουν. *κατέσκαπτον, ἐδίωκον.* Pro *ἐδίωκον* lege *ἐδήουν.*

[d] Ἐδίδαξα] Vide sup. v. Διδαξάμενος.

[e] Ἕδος] Dubito, an vox in nostris Platonis exemplaribus extet: non reperi certe. Æschylus Pers. 404. *ἐλευθεροῦτε δὲ Παῖδας, γυναῖκας, θεῶν τε πατρῴων ἕδη.* Sophocles Œd. Tyr. 886. *οὐδὲ δαιμόνων ἕδη σέβων.* Lycurg. in Leocrat. p. 157. *κρίνω προδόντα αὐτὸν καὶ τοὺς νεὼς, καὶ τὰ ἕδη, καὶ τὰ τεμένη.* Philo T. ii. p. 314. *ἐπιφοιτᾷν καὶ ἐνδιατρίβειν τοῖς ἕδεσιν.* ubi non imiter Mangeium, *ἱεροῖς* addentem. Herodes Atticus Inscript. i. vs. 19. *Ὅσκε θεῶν ἑδέεσσιν ἀλιτροσύνην ἀναθείη.* Vide Photium Bibl. p. 1069. Latinos etiam *sedes* pro Deorum templis dicere, exemplis ostendunt Drakenborch. ad Sil. Ital. xii. 48. et Burmann. ad Ovid. Met. x. 229. Non minus frequenter ἕδος pro *statua* vel *simulacro* ponitur. Callimach. Fr. 105. *καὶ γὰρ Ἀθήνης Ἐν Λίνδῳ Δαναὸς λιτὸν ἔθηκεν ἕδος.* Dionys. Hal. A. R. i. p. 38. *παραλαβὼν καὶ τὸν πατέρα, καὶ τὰ ἕδη τῶν θεῶν.* Herodes Atticus Inscript. ii. 2. *Ῥηγίλλης ἕδος ἀμφὶ θυοσκόον ἱρὰ φέρουσαι.* Appianus Mithridat. p. 717. *τὸ δὲ τῆς Ἀθηνᾶς ἕδος, ὃ Παλλάδιον καλοῦσι.* Erotian. et Thom. M. in v. Jungerm. ad Polluc. i. 7. et Toupius Cur. noviss. in Suid. p. 61. Apud Hesychium legitur: Ἐδοξιποίει. *ἀγαλματοποίει.* Sed certe emendatione scribendum: Ἐδοξοεῖ. *ἀγαλματοποιεῖ.* Pro *τρόπος*, quod Glossographi nostri Codex habebat, ex Suida *τόπος* recepi.

[f] Ἐνθράττειν] Tim. p. 547. D. *οὐκ ἄλλην ἐπεμβάλλοντες ἐνετάραξαν κίνησιν.* ubi Timæum *ἐνέθραξαν* legisse, manifestum est. Contracta enim forma Atticis placuit, monente etiam Mœride p. 186. Phrynichus Ms. *Θράττει, οἷον ταράττει,*

Εἶεν.[g] *συγκατάθεσις μὲν τῶν εἰρημένων, συναφὴ δὲ πρὸς τὰ μέλλοντα.*

Εἰλομένων.[h] *συνεσταλμένων, συγκεκλεισμένων.*

Εἰκάζων.[i] *οἰόμενος, ἢ ὁμοιῶν.*

Ἕλη.[j] *ἡλίου αὐλαία ἢ αὐγή.*

κατὰ συντροπὴν καὶ τρόπον (lege, *συγκοπὴν καὶ τροπὴν*) *γεγενημένον.* Parmenide p. 56. B. *ἤδη μέντοι ποτέ με καὶ ἔθραξε μή τι ᾖ περὶ πάντων ταυτόν.* Theæt. p. 133. E. *Θράττει μέ πως νῦν τε καὶ ἄλλοτε δὴ πολλάκις.* quo respexit Timæus infra: *Θράττει. ταράττει, κινεῖ.* Phædr. p. 343. B. *ἐμὲ γὰρ ἔθραξε μέν τι καὶ πάλαι λέγοντα τὸν λόγον.* ubi vide Scholiasten. Phædon. p. 388. E. *τί ἦν τὸ σὲ αὖ θράττον, ἀπιστίαν παρέχει.* Platonis exemplo, Sophistæ hanc formam celebrarunt, tanquam Aristides T. i. p. 514. Themist. Or. ii. p. 33. D. Liban. Ep. 1285. Julian. Or. vi. p. 192. A. Synes. Ep. 121. p. 257. Marinus in Proclo p. 84. Basil. de Vita Theclæ i. p. 61. Lexicon Sangerm. Ms. *Ἄθρακτος. ἀτάραχος. καὶ τὸ συνεχύθη, ἐθράχθη Σοφοκλῆς λέγει.* Vide Hemsterhus. ad Hesych. v. *Ἀνώπιστον.* Semel etiam hac forma usus est Pindarus Isthm. vii. 55.

[g] *Εἶεν*] Alcibiad. i. p. 26. B. *Εἶεν· εἰ δὲ δὴ ὁτιμάλιστα ταῦτα διανενόημαι.* Minoe p. 45. F. *Ἐπίστανται γάρ. Εἶεν. τίνων δὲ δὴ τὰ περὶ πόλεως διοικήσεως* etc. Euthyphron. p. 52. G. *Εἶεν. ἀλλὰ τίς δὴ θεῶν θεραπεία εἴη ἂν ἡ ὁσιότης*; Parmenid. p. 59. A. 69. B. Phileb. p. 74. B. p. 78. B. 79. B. Hipp. Maj. p. 98. D. E. G. Sed hæc concedendi et ad alia transeundi formula singulis paginis occurrit. Vide Mœridem p. 138. Lambinum ad Horat. i. Ep. 16. 56. Interpretes ad Maxim. Tyr. Diss. ii. p. 501. xxvii. p. 701. Suidas Timæi glossam duabus vocibus auctiorem exhibet: *Εἶεν. ἄγε δή. συγκατάθεσις* etc. Et sic Scholiastes ad Platonis Politic. p. 169. E.

[h] *Εἰλομένων*] Nihil a Timæo discrepat Suidas. Forte tamen scribendum: *Εἰλόμενον. συνεσταλμένον, συγκεκλεισμένον.* Certe respicitur Tim. p. 545. G. *διὰ δὲ βραδυτῆτα ἀπωθούμενον ὑπὸ τοῦ περιεστῶτος ἔξωθεν πνεύματος πάλιν ἐντὸς ὑπὸ τὸ δέρμα εἰλλόμενον κατερρίζουτο.* ubi eadem lectionis varietas, quæ supra v. *Γῆν ἰλλομένην.* Proclus in Tim. iv. p. 281. sequitur scripturam *ἰλλόμενον.* At Galenus ad Hippocrat. Epidem. iii. Tom. v. p. 423. præfert *εἰλούμενον*, eadem tamen, qua Proclus, *constringendi* et *concludendi* potestate. *εἰλόμενον* Timæus in Codice suo reperit, quod etiam legitur in meo. *εἰλλόμενον* denique vulgatæ Edd. quas viderim, omnes. Quamcunque vero lectionem sequare, ad rem ipsam nihil interest. Vide notata ad v. *Γῆν ἰλλομένην.*

[i] *Εἰκάζων*] Alcib. i. p. 25. F. *ὅτι μὲν οὖν ταύτην τὴν ἐλπίδα ἔχεις, εὖ οἶδα, καὶ οὐκ εἰκάζω.* Phileb. p. 90. F. *Τό γε μετὰ ταῦτ' εἰκάζειν λείποιτ' ἄν.* Ione p. 144. *Οὐ χαλεπὸν τοῦτο γε εἰκάσας.* Cratyl. p. 270. C. *ὅτι οὐδὲν εἰδότες τῆς ἀληθείας τὰ τῶν ἀνθρώπων δόγματα περὶ αὐτῶν εἰκάζομεν.* Phædon. p. 394. D. *ἴσως μὲν οὖν, ὡς εἰκάζω, τρόπον τινὰ οὐκ ἔοικεν.* et sic aliis locis. Nec minus frequentatur *assimulandi*, et *comparandi* significatio. Politic. p. 171. C. *ἢ βούλει, καθάπερ εἰκάζομεν νῦν δὴ, καὶ τοὔνομα παρεικάσωμεν*; Cratyl. p. 277. A. *οὐδὲ τὸ παράπαν δέῃ πάντα ἀποδοῦναι, οἷόν ἐστιν ὃ εἰκάζει, εἰ μέλλει εἴκων εἶναι.* p. 279. G. Sympos. p. 333. E. *ἀλλὰ δὲ ἐμοῦ ἀκούσατε ὧν ὅμοιός τε ἔστω οἷος ἐγὼ εἴκασα αὐτόν.* Phædr. p. 345. D. *ἡ μὲν (ψυχὴ) ἄριστα θεῶν ἑπομένη καὶ εἰκασμένη.* p. 346. C. Polit. ii. p. 429. G. vi. p. 470. F. ubi vide Scholia. Hoc verbum Davisius bene restituit Maximo Tyrio Diss. vii. p. 518. At Mangeius ad Philon. T. ii. p. 35. idem a Mss. oblatum temere sprevit. Formam *ἤκασα*, quam Mœris p. 182. Atticis tribuit, Platonis librarii in notiorem *εἴκασα* videntur mutasse. Vix operæ est monere, glossam a Suida esse descriptam.

[j] *Ἕλη*] Hæc glossa sic reficienda e Suida: *Εἴλη. ἡλίου ἀλέα, ἢ αὐγή.* nisi *ἕλη*, ab antiquo *ἕλω*, splendeo, retinere malis. Nam Eustath. ad Od. H. p. 1573. e Lexicis Rhetoricis docet, utrumque, *εἴλη* et *ἕλη*, veteribus usitatum fuisse. Alciphron. iii. 42. *καὶ τὸ ἐκ τῆς ἕλης θέρεσθαι.* Sic in Codice Regio reperi, non *εἴλης*, ut Berglerus corrigit ex i. 12. Hesychius: *Ἕλα. ἡλίου αὐγὴ, καῦμα.* Nec dubium est, quin vetusta lingua *ἥλη* pro *ἕλη* usurparit, unde *ἥλιος*,

Εἴλησις.[k] ἔκκαυσις.
Εἰλυφόωσιν.[l] εἰλοῦσι, συνάγουσιν.
Εἴξασι καὶ Εἴκασι[m] λέγει ἀντὶ τοῦ ἐοίκασιν.

sol. Æoles, præfixo digammate suo, Ϝέλα dixisse, ex Hesychio v. Γέλαν intelligimus. Vide Salmasium Exercit. Plin. p. 224. Βέλα Lacedæmoniorum est, eodem Hesychio auctore. Quæ observatio proderit emendandæ alteri glossæ, insigniter depravatæ: Κιέλλη. *φέγγος, αὐγὴ, φῶς, πάχνη, ὁμίχλη.* ubi primum β ex dialecto præfixum, solemni errore in κ abiit. Tum, ut fit, transpositæ sunt literæ ε et ι. Vera igitur lectio est: Βείλη. *φέγγος, αὐγὴ,* etc. Explicationem *πάχνη* ad Siculum *γέλα* vel *βέλα*, Latinum *gelu*, pertinere, ostendit Lennep. ad Phalarid. Ep. 106. p. 308. Denique, quoniam de vocis origine disputamus, addendum est, pro ἔλη ex dialecto dictum esse *σέλη*, unde *σελήνη, luna.* In libris tamen nostris frequentior est forma εἴλη, quam ἔλη. Aristophanes apud Etymol. M. p. 298. 54. Καὶ *τῶν πρὸς εἴλην ἰχθύων ὠπτημένων.* Ælian. H. A. Lib. iv. cap. 46. Καὶ *ὀπτῶσιν οὐ πυρὶ, ἀλλὰ πρὸς τὴν εἴλην τὴν τοῦ ἡλίου.* Lib. v. cap. 3. *θηραθέντα δὲ ἀποκτείνουσι, καὶ πρὸς τὴν εἴλην κρεμῶσι τριάκοντα ἡμερῶν.* xiv. 26. et xv. 12. *τὰ ῥόδα πρὸς τὴν εἴλην ὑπαλεασθέντα καὶ ἐκκύψαντα τῶν καλύκων.* xvii. 31. Philostrat. Lib. ii. Icon. cap. 33. p. 858. Καὶ *φοινίττει τὴν κόρην μετρίᾳ τῇ εἴλῃ.* Sic eleganter emendavit Adr. Heringa Observat. cap. xxxi. p. 285. Glossæ nostræ sedem quærant, qui bus otium est.

[k] Εἴλησις] Polit. ii. p. 431. A. *ἥκιστα ἀλλοιοῦταί τε καὶ κινεῖται. οἷον, σῶμα ὑπὸ σιτίων τε καὶ ποτῶν, καὶ πόνων, καὶ πῶν φυτὸν, ὑπὸ εἰλήσεών τε καὶ ἀνέμων, καὶ τῶν τοιούτων παθημάτων.* ubi vide Scholia. iii. p. 439. E. *καὶ πολλὰς μεταβολὰς ἐν ταῖς στρατιαῖς μεταβάλλοντες ὑδάτων τε καὶ τῶν ἄλλων σίτων, καὶ εἰλήσεων, καὶ χειμώνων.* Sed non est prætereundus insignis locus Legg. v. p. 613. A. *οἱ μέν γέ που διὰ πνεύματα παντοῖα καὶ διειλήσεις ἀλλόκοτοί τε εἰσὶ καὶ ἀναίσιοι αὐτῶν, οἱ δὲ, δι' ὕδατα.* Ficinus *διειλήσεις* pro *turbine* accepit, quem sequitur H. Stephan. Thes. Gr. L. Tom. i. p. 1126. Nos primum scripturæ varietatem excutiamus; tum, quid nobis videatur, paucis exponamus. Phrynichus Ms. cujus glossam dedimus sup. ad v. Ἀλλόκοτον, ita legit: *οἱ μέν γε διὰ πνεύματά γε καὶ διειλήσεις ἀλλόκοτοί εἰσι, καὶ ἐναίσιοι αὐτῶν. Τὸ γὰρ, ἐναίσιοι αὐτῶν, δηλοῖ οἷον, οἱ γενόμενοι ἐν αἴσῃ καὶ μοίρᾳ τινι.* Aliquanto deterior est lectio Stobæi Ecl. Phys. p. 88. *οἱ μὲν γέ που διὰ πνεύματα παντοῖα καὶ διαλήσεις, ἀλλόκοτοί τέ εἰσι καὶ ἐναίσιοι αὐτῶν.* Alio denique modo locum exhibet Galenus Tom. i. p. 349. Ed. Basil. *οἱ μέν που γε διὰ πνεύματα παντοῖα καὶ εἰλήσεις, ἀλλόκοτοί τε εἰσὶ, καὶ ἀνείδεοι ἑαυτῶν.* qui locus in edit. Charterii Tom. v. p. 456. F. misere corruptus est. Nam pro *καὶ εἰλήσεις* editur *καὶ εἰ ἡλίασις*, et mox pro *εἰλήσεις, ἡλιάσεις.* Cujusmodi errores prope infinitos Charterius, emendandi specie, in Galenum invexit. Nobis autem in Platone legendum videtur: *οἱ μέν γέ που διὰ πνεύματα παντοῖα καὶ δι' εἰλήσεις ἀλλόκοτοί τε εἰσὶ καὶ ἀπαίσιοι αὐτῶν.* Εἰλήσεις hic quoque intellige *solis calorem, æstum, τὰς ἐξ ἡλίου θερμότητας*, ut bene explanat Galenus l. c. Nec de emendatione nos dubitare sinit imitatio Plotini Ennead. i. Lib. viii. p. 81. *ἃ ῥᾳδίως ἔχει ὑπό τε πνευμάτων, ὑπό τε εἰλήσεων τὴν φθοράν.* Plutarch. Sympos. L. vi. 2. p. 688. A. *εὐχόμεθα τὸν θεὸν διδόναι δρόσους μαλακὰς καὶ εἰλήσεις ἐν πνεύμασι μετρίως.* Eustath. ad Od. H. p. 1573. *εἰλεῖν, τὸ ἐν ἡλίῳ ξηραίνειν.* Pro voce ἀναίσιοι, vel ἐναίσιοι, quam Phrynichus l. c. nimis argute explicat, olim ἀπαίσιοι scripsimus. Nunc magis placet *ἀνάρσιοι.* Ac forte huc pertinet glossa Timæi, Ἀνάρσια, p. 30. Glossam haud præteriit Suidas.

[l] Εἰλυφόωσιν] Kusteriana Suidæ Editio tantum habet: Εἰλυφ. *συνάγουσι.* Sed εἰλοῦσι ex Codice Leidensi revocavit Jac. Gronov. Mutilat. Suid. p. 47. Vid. Eustath. ad Il. Υ. p. 1218. Nullam glossæ in Platone vestigium superest.

[m] Εἴξασι καὶ Εἴκασι] Sophist. p. 153. H. *ὡς εἴξασι τινὲς αὖ λόγον ἑαυτοῖς δόντες ἡγήσασθαι.* Politic. p. 184. A. *πολλοὶ μὲν γὰρ λέουσι τῶν ἀνδρῶν εἴξασι καὶ κενταύροις.* Ibid. p. 190. C. Euripid. Iphig. Aul. v. 848. Aristoph. Nub. v. 342. Av. v. 96. et Schol. Eubulus apud Athen. L. xiii. p. 558. A. Plato Comicus ap. Eustath. ad Il. Σ. p. 1161. Numenius apud Euseb. P. E. xiv. p. 728. *εἴξασιν οὖν οἱ πρῶτοι ὀλιγαρχικωτέροις.* ubi Fr. Vigerus dubitatione sua ostendit, formam Atticam sibi minus cognitam

'Επαγγελίαι.[n] καθ' ὧν μή εἰσι κολάσεις ὁρμώμεναι κατὰ τοὺς κειμένους ἤδη νόμους.

'Εμαλακίσθη.[o] ἐνέδωκε, καὶ ἀσθενῶς διετέθη ὑπὸ δειλίας.

"Εμβραχυ.[p] συντόμως, καὶ οἷον ἐν βραχεῖ.

'Εμπειρία.[q] τριβὴ ἐκ πείρας.

'Εμπολέμια.[r] τὰ εἰς πόλεμον ἐπιτήδεια καὶ εὔχρηστα.

"Εναγχος.[s] ἐν τῷ ἔγγιστα παρελθόντι χρόνῳ.

fuisse. Notior fuit Jano Cornario in Eclogis p. 193. Ex Bœotorum, κ in ξ mutare solitorum, dialecto, hanc formam ab Atticis receptam esse, tradit Etymol. M. p. 297. 15. Neque hanc glossam Suidas prætermisit.

[n] 'Επαγγελίαι] Suidas hanc glossam cum ipso errore in Lexicon suum recepit. Kusterus suppleri vult: λέγεται ἐπὶ δημοσίων ἀδικημάτων. quod tamen facile ex re ipsa intelligitur. Rectius probat Æm. Porti emendationem ὡρισμέναι pro ὁρμώμεναι. Glossa pertinet ad Polit. viii. p. 500. C. Εἰσαγγελίαι δὴ καὶ κρίσεις καὶ ἀγῶνες περὶ ἀλλήλων γίγνονται· ubi vide Scholiasten. Putares, Timæum hic legisse ἐπαγγελίαι. Ego vero culpam potius in Timæi librarium conferam, qui ἐπαγγελίαι scripserit, ubi εἰσαγγελίαι scribere debebat. Neque enim tam doctus Grammaticus discrimen, quod inter has delationes est, ignorare poterat. 'Επαγγελία est delatio criminis publici cujuscunque, cujus lege esset judicium: εἰσαγγελία, delatio criminis innominati. Vide Pollucem viii. 51. et Harpocrat. v. Εἰσαγγελία, cum nota Valesii, et v. 'Επαγγελία. Petitus tamen ad Legg. Attic. p. 347. utramque confudit.

[o] 'Εμαλακίσθη] Alcibiad. i. p. 33. G. οὐκ ἀποκνητέον, οὐδὲ μαλθακιστέον, ὦ ἑταῖρε. Phileb. p. 76. F. Μήπω τοίνυν μαλθακιζώμεθα. Sophist. p. 158. D. οὕτως ἀποστησόμεθα νῦν μαλακισθέντες. Ibid. p. 169. A. Sympos. p. 318. A. ὅτι μαλθακίζεσθαι ἐδόκει, ἅτε ὢν κιθαρῳδός. Polit. v. p. 459. G. Epist. iii. p. 709. A. Epist. vii. p. 713. G. εἴ τι καταμαλθακισθεὶς καὶ ἀποδειλιῶν αἰσχύνης μετέσχον κακῆς.

[p] "Εμβραχυ] Theage p. 10. E. καὶ τὰ ἐμὰ ὡς οἷόν τε οἰκειότατα παρέχειν, ὅτου ἂν δέῃ ἔμβραχυ. Hipp. Min. p. 230. F. ἀλλ' ἐρώτα ἔμβραχυ ὅ, τι βούλει. Gorg. p. 285. B. ὥστε πιθανώτερος εἶναι ἐν τοῖς πλήθεσιν ἔμβραχυ περὶ ὅτου ἂν βούληται. ubi Olympiodorus Scholiis Mss. vocem eodem modo exponit. Dio Chrysost. Orat. xxxvi. p. 446. C. Aristid. Tom. ii. p. 287. Ex Longini præcepto Art. Rhetor. p. 714. scriptor, exquisitius loqui cupiens, dicet τὸ ἁπλῶς ἔμβραχυ. Sic vulgatum ἐν βραχεῖ corrigendum. Vide Hesychium in v. inprimis Scholiastem ad Gorg. l. c. Totidem verbis glossam descripsit Suidas.

[q] 'Εμπειρία] Phileb. p. 90. F. καὶ τὰς αἰσθήσεις καταμελετᾷν ἐμπειρίᾳ καί τινι τριβῇ. Gorg. p. 281. E. πολλαὶ τέχναι ἐν ἀνθρώποις εἰσὶν ἐκ τῶν ἐμπειριῶν ἐμπείρως εὑρημέναι. Phædr. p. 354. D. εἰ μέλλεις μὴ τριβῇ μόνον καὶ ἐμπειρίᾳ, ἀλλὰ τέχνῃ, τῷ μὲν φάρμακα καὶ τροφὴν προσφέρων, ὑγίειαν καὶ ῥώμην ἐμποιήσειν. Polit. iii. p. 451. E. ἐπιστήμῃ, οὐκ ἐμπειρίᾳ οἰκείᾳ κεχρημένον. iv. p. 446. C. v. p. 463. D. etc. Vide Valckenar. ad Euripid. Phœniss. 552.

[r] 'Εμπολέμια] Legg. vi. p. 615. C. τρίτον δ' ἐφεξῆς τούτοις πᾶν ὅσον ἐμπολέμιον. et paulo post: ψιλῶν δὲ, ἢ τοξοτῶν, ἤ τινος ἄλλου τῶν ἐμπολεμίων ἡγεμόνας. Legg. xii. p. 686. E. δικάζειν δὲ τοὺς στρατεύσαντας ἑκάστους, χωρὶς ὁπλίτας τε καὶ ἱππέας, καὶ τἄλλα ἐμπολέμια ἕκαστα ὡσαύτως. Sic ilie locus corrigendus. In vulgatis libris male legitur, ἐν πολεμίᾳ. Pollux iv. 85. Hesychius: 'Εμπολέμια. (sic recte emendatur) τὰ εἰς πόλεμον εὔθετα. Glossam etiam habet Suidas.

[s] "Εναγχος] Hipp. Maj. p. 96. B. ἀτὰρ τὰ τελευταῖα ἔναγχος ἀφικόμενος δημοσίᾳ ἐκ Κέω. Ibid. p. 97. F. G. Theæt. p. 116. E. οἷον καὶ αὐτοῖς ἡμῖν ἔναγχος εἰσῆλθε διαλεγομένοις. Charmid. p. 236. C. "Εναγχός τι ἔφη βαρύνεσθαί τι τὴν κεφαλήν. Lachet. p. 246. E. καὶ γὰρ αὖτῷ μοι ἔναγχος ἄνδρα προὐξένησε τῷ υἱεῖ διδάσκαλον μουσικῆς. Clitoph. p. 255. init. Gorg. p. 289. C. Sympos. p. 315. B. Phædr. p. 349. C. Vide Valckenarium ad Euripid. Phœniss. 204. Suidas habet paullo auctius, ex alio fortasse Glossario: "Εναγχος, πρὸ ὀλίγου, ἐν τῷ ἔγγιστα etc.

Ἔναυλος λόγος.[t] ἔνηχος.
Ἐναγίζειν.[u] θύειν.
Ἐνδίκως.[v] δικαίως, καὶ κατὰ δίκην.
Ἐνδοῦναι.[w] προδοῦναι, παραδοῦναι, ἢ καὶ εἴξαι.
Ἐνεός.[x] ὁ ἐστερημένος φωνῆς.

[t] Ἔναυλος λόγος] Ἔναυλος exquisite dicitur tam de *sermone, quo adhuc aures personant*, quam de *re qualibet, cujus adhuc recens est memoria*. Lexicon Rhetor. Ms. Ἔναυλον. ἔνηχον. αὐλὸς γὰρ πᾶν τὸ στενὸν καὶ ἐπίμηκες. ὁ δὲ πόρος τῶν ὤτων τοιοῦτος. ex quo πόρος pro τόπος redde Etymologo M. p. 337. 57. Plato Menex. p. 403. C. οὕτως ἔναυλος ὁ λόγος τε καὶ ὁ φθόγγος παρὰ τοῦ λέγοντος ἐνδύεται εἰς τὰ ὦτα, ὥστε μόγις τετάρτῃ ἢ πέμπτῃ ἡμέρᾳ ἀναμιμνήσκομαι ἐμαυτοῦ. quem locum sic expressit disertissimus Sophista, qui se totum ad Platonis imitationem comparaverat, Themistius Orat. vi. p. 81. A. καὶ ταῦτα ἔναυλον εἰς τὰ ὦτα ἐνδεδυκότα περιφέρων ἔτι τὸν λόγον. Rursus Plato Legg. iii. p. 585. G. Ἐκ γὰρ τῶν ὑψηλῶν εἰς τὰ πεδία καταβαίνειν, οἶμαι, πᾶσι φόβος ἔναυλος ἐγεγόνει. Æschines in Ctesiphont. p. 439. C. ἔναυλον γὰρ ἦν ἔτι τότε πᾶσιν, ὅτι τηνικαῦτα ὁ δῆμος κατελύθη. Dionys. Halicarn. A. R. ix. p. 564. ἔτι γὰρ αὐτοῖς ἔναυλα καὶ πρὸ ὀμμάτων ἦν. Philo T. i. p. 255. ἔτι τέρψεις ἔναυλοί τε ἦσαν, καὶ σφόδρα ἐκήλουν ὑπηχοῦσαι. Hermogenes de Inv. iii. p. 129. ἔτι τῆς μνήμης οὔσης ἐναύλου τῆς κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν. Maxim. Tyr. Diss. vii. p. 71. καὶ τὰ ὦτα ἔναυλος ὢν διαμέμνηται τοῦ μέλους, καὶ μινυρίζει πρὸς αὐτόν. Plutarch. Sympos. L. ii. 5. p. 639. B. Aristid. Tom. i. p. 338. 357. Themist. Orat. xi. p. 145. B. Eustath. ad Il. Φ. p. 1236. Od. Ψ. p. 1950. P. Victorius Var. Lect. i. 20. T. H. ad Lucian. Somn. p. 8. Ad hujus translatæ locutionis exemplum audacter quidem, sed venuste, contrarium dixit Synes. de Regn. p. 32. B. et de Insomn. p. 150. C. εἰ μὴ θυραυλήσουσιν οἱ λόγοι περὶ τὰ ὦτα.

[u] Ἐναγίζειν] Ex Herodoto, ut opinor, Lib. i. 167. καὶ γὰρ ἐναγίζουσί σφι μεγάλως. Lib. ii. 44. καὶ τῷ μὲν ὡς ἀθανάτῳ, Ὀλυμπίῳ δὲ ἐπωνυμίην, θύουσι· τῷ δ' ἑτέρῳ, ὡς ἥρωϊ, ἐναγίζουσι. Hoc verbum etsi aliquando cum θύειν permutatur, proprie tamen significat *mortuis heroicos honores deferre*, vel *parentare*: de qua notione Casaubon. ad Sueton. Cæs. 88. et Valckenar. ad Schol. Euripid. Phœniss. 281. Καθαγίζειν est apud Platonem Crit. p. 564. A.

[v] Ἐνδίκως] Phileb. p. 72. F. οὐκ ἀνόητος φαίνοιτο ἐνδίκως. Tim. p. 549. E. νόσημα δὲ ἱερᾶς ὂν φύσεως, ἐνδικώτατα ἱερὸν λέγεται. Epinom. p. 699. A. πολίτης τε καὶ ἄρχων καὶ ἀρχόμενος ἐνδίκως ἔσται πόλεως. Epist. iii. p. 709. E. Epist. vii. p. 716. D.

[w] Ἐνδοῦναι] Gorg. p. 302. F. ἐνθυμούμενος ὅτι κἂν παίζων τὶς σοὶ ἐνδῷ ὁτιοῦν, τούτου ἄσμενος ἔχῃ. Phædr. p. 342. E. ἀναγκαῖον εἴη ἐνδοῦναι ἑαυτὸν ἀπίστῳ, δυσκόλῳ, φθονερῷ. Polit. x. p. 515. C. οἶσθ' ὅτι χαίρομέν τε, καὶ ἐνδόντες ἡμᾶς αὐτοὺς, ἑπόμεθα. Legg. x. p. 665. E. καὶ οὐδαμῇ ὑποψίαν ἐνδιδόντων ὡς οὐκ εἰσὶ θεοί. Alii scriptores pro ἐνδοῦναι plenius dicunt οὐδὲν μαλακὸν ἐνδοῦναι, ut Aristophanes Pluto 488. ubi erudita Kusteri annotatio videnda. Hæc locutio restituenda est Dioni Chrys. Or. viii. p. 133. B. κἂν δέῃ μαστιγούμενον καρτερεῖν, καὶ τεμνόμενον, καὶ καιόμενον, καὶ μηδὲν μᾶλλον ἐνδιδόντα. Scribe: καὶ μηδὲν μαλακὸν ἐνδιδόντα. Dionys. Hal. A. R. V. p. 334. μηδὲν μαλακὸν ἐνδώσοντος τοῖς ἀπειθοῦσιν. Damascius apud Suid. v. Δομνῖνος· οἷα δὲ νέος ὢν, οὐδὲ ἐνδιδόναι τι μαλθακόν.

[x] Ἐνεός] Theæt. p. 141. E. ὁ μὴ ἐνεὸς ἢ κωφὸς ἀπ' ἀρχῆς. Cratyl. p. 273. C. εἰ φωνὴν μὴ εἴχομεν, μηδὲ γλῶτταν, ἐβουλόμεθα δὲ δηλοῦν ἀλλήλοις τὰ πράγματα, ἆρ' οὐκ ἂν, ὥσπερ νῦν οἱ ἐνεοὶ, ἐπεχειροῦμεν ἂν σημαίνειν ταῖς χερσί; Pro *stupido et insulso* est in Alcib. ii. p. 39. F. οἱ μὲν, μεγαλοψύχους, οἱ δὲ, εὐήθεις. ἕτεροι δὲ, ἀκάκους, καὶ ἀπείρους, καὶ ἐνεούς. ubi vide Scholia. Quod apud Hesychium legitur, Νενός. εὐήθης. non cum Sopingio ex Βλεννὸς, sed ex Ἐνεὸς depravatum existimo; nisi quid præsidii sit in voce Callimachia νενίηλος. Pollux v. 120. τάττοιτο δ' ἂν ὁ εὐήθης καὶ ἐπὶ τοῦ ἀνοήτου, ὃς ἂν λεχθείη καὶ μωρὸς, ἔμπληκτος, ἀπόπληκτος, ἐνεός. Joannes Siceliota Commentario Ms. in Hermogenem: Ἐνεὸς, ὁ ἠπορηκὼς κατά τι, καὶ γεγονὼς ἀχανὴς, ἢ ὁ εἰς ἑαυτὸν ἐστραμ-

Ἔγκοτον.[y] ἐχθρὸν, ἐνδιάθετον.

Ἔνη καὶ νέα.[z] ἡ τριακὰς καλουμένη· Ἔνον τὸ παλαιὸν, καὶ Νέον τὸ νέον.

Ἐντελεῖς.[a] οἱ ἄρχοντες, καὶ οἱ ἄρξαντες.

Ἐγχρίμπτει.[b] ἐγκυρεῖ, ἐνερείδει, πλήττει.

μένος, οἷον ὁ ἐν ἑαυτῷ ὢν, καὶ μὴ πρὸς ἄλλον λαλῶν. Vide Jo. Albertum ad Glossar. N. T. p. 70. Ab ἐνεὸς duplex verbum formatum est, ἐνεάζω et ἐνεόω. Lexicon Rhetor. Ms. Ἐνεός. ὁ διὰ μωρίαν λήθαργος καὶ ἀμνήμων· ἀφ' οὗ καὶ Ἐνεάζειν λέγομεν τοὺς διὰ μωρίαν περιβλέποντας. quam glossam, ut alias multas, ex hoc Lexico descripsit Etymol. M. p. 340. 48. Ἀπενεόω, Alexandrinis proprium, Suidas e Daniele iv. 16. laudat: Ἀπηνεώθη. ὠμὸς ἐγεγόνει. Toupius Emend. in Suid. i. p. 50. ridet inscitiam hominis, qui hoc verbum ab ἀπηνὴς derivarit. At ego Suidam scripsisse suspicor: Ἀπηνεώθη. νωδὸς ἐγεγόνει. Est enim νωδὸς idem, qui ἐνεὸς, *attonitus, obstupefactus.* Ipse Suidas et Scholiastes Platonis l. c. Ἐνεός. νωδὸς, νωχελὴς, etc. Hesychius: Νωδός. ἐνεὸς, κωφὸς, μὴ λαλῶν. In transitu moneo, in Suida l. c. post δέοι ποιεῖν excidisse Ἐνέπεσε, quod est caput glossæ, ad quod subjectum exemplum refertur. Verba autem, σημαίνει δὲ καὶ ὄνομα κύριον, post μετέωρος ponenda videntur.

[y] Ἔγκοτον] Non Platonica vox est, sed Herodotea. iii. 59. ταῦτα δὲ ἐποίησαν ἔγκοτον ἔχοντες Σαμίοισι Αἰγινῆται. ubi vide Wesselingium. Glossa quoque est apud Suidam.

[z] Ἔνη καὶ νέα] Codex Ms. ἡ τριὰς καλ. quod in ἡ τριακὰς καλ. mutavi, auctore Suida, in cujus vulgatis exemplaribus sic legitur: ἔνον γὰρ τὸ παλαιόν. ἐκ τοῦ ἔνον δὲ, καὶ νέον, ἡ ἔνη καὶ νέα. At optimus ille Codex Leidensis ne tantulum quidem discrepat a Timæo. Nescio vero, an Timæus νέον per νέον explicans, intelligi voluerit, νέον hic vulgari sensu *novum* significare. Sic solent Grammatici. Hesychius: Ἤρκεσεν. ἐβοήθησε, καὶ ἤρκεσεν. Idem: Ὑγίεια. ἄλφιτα οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ πεφυραμένα. ἢ ὑγίεια. Utroque loco vide Albertum. Sed melius est legere: καὶ Νέον τὸ νῦν. Scholiastes ad Leges loco mox laudando: Ἔνον τὸ παλαιόν φασι· Νέον δὲ, τὸ νῦν ἐπιλαβὸν τοῦ εἰσεληλυθότος. Cratyl. p. 267. F. Νέον δέ που καὶ ἔνον ἀεί ἐστι περὶ τὴν σελήνην τοῦτο τὸ φῶς, εἴπερ ἀληθῆ οἱ Ἀναξαγόρειοι λέγουσι. κύκλῳ γάρ που ἀεὶ αὐτὴν περιΐων, νέον ἀεὶ ἐπιβάλλει· ἔνον δὲ ὑπάρχει τὸ τοῦ προτέρου μηνός. Legg. viii. p. 651. A. νόμος δὲ ἔστω, μηνὸς τῇ νέᾳ, ὧν δεῖ πραθῆναι, τὸ μέρος τοῖς ξένοις ἐξάγειν τοὺς ἐπιτρόπους. Multos, qui de hac mensium computatione egerint, ad Hesych. Tom. i. p. 1236. enumeravit Cl. Editor.

[a] Ἐντελεῖς] Neque τοὺς ἐντελεῖς, neque τοὺς ἐν τέλει, reperi in Platone. Glossa, quam et Suidas transcripsit, pertinet ad Herodot. Lib. iii. 18. τοὺς ἐν τέλει ἑκάστους ἐόντας τῶν ἀστῶν. Lib. ix. 106. πρὸς ταῦτα Πελοποννησίων μὲν τοῖσι ἐν τέλει ἐδόκεε. ubi vide Interpretes. Polyæn. Strat. L. v. cap. 3. p. 466. Ἀγαθοκλῆς πυθόμενος τοὺς ἐν τέλει Συρακουσίων νεωτερίζειν. ubi quidam Mss. teste Maasvicio, τοὺς ἐντελεῖς. Quæ forma cum sola Grammaticorum, aut librariorum auctoritate nitatur, possit aliquis suspicari, ubique ἐν τέλει scribendum esse, ut apud Hesychium: Ἐν τέλει. ἄρχοντας. Alia tamen Hesychii glossa ἐντελεῖς confirmat: Ἐντελέστατοι. ἐντιμότατοι. Vide Dukerum ad Thucyd. i. 58.

[b] Ἐγχρίμπτει] Verba χράω, χραύω, χραίνω, χρίω, χρίπτω, χρίμπτω, χρόω, χρῴζω, χρωννύω, nec origine inter se differunt, nec primaria significandi potestate. Prima haud dubie vis est *cutem* vel *quamlibet superficiem radendi stringendique:* unde propagatæ sunt reliquæ notiones *pungendi, stimulandi, tangendi, leviter vulnerandi;* item *ungendi* et *illinendi.* Præter quas si occurrant aliæ, ad harum aliquam facile revocantur. Publica autem loquendi consuetudo his verbis, quamvis artissima cognatione inter se junctis, non æque eandem potestatem subjecit. Nam in χραίνω, χρόω, χρῴζω, χρωννύω sola *illinendi* vis resedit: in χράω, χραύω et χρίω non illa tantum, sed et reliquæ, quas diximus, *pungendi, stimulandi.* Sed, quoniam et nimis longum est, et ab instituto nostro alienum, singula verba persequi, de uno χρίω, missa tamen *ungendi* notione, quam fieri poterit diligentissime disseramus. Nativa illa

stimulandi, vel potius *radendi* virtus huic verbo tribuitur ab Æschylo Prometh. Vinct. v. 676. —— *κεράστις, ὡς ὁρᾷτ', ὀξυστόμῳ Μύωπι χρισθεῖσα.* quod pluribus ejusdem Tragici exemplis planum fecit H. Stephan. Thes. L. Gr. Tom. iv. p. 623. Plato Phædro p. 346. G. quo Timæus respexit: *ἡ δ' ἐντὸς μετὰ τοῦ ἰμέρου ἀποκεκλεισμένη, πηδῶσα οἷον τὰ σφύζοντα, τῇ διεξόδῳ ἐγχρίει ἑκάστῃ τῇ καθ' αὑτήν.* ubi Hermias Scholiis Mss. *ἐγχρίει, ἀντὶ τοῦ, κεντεῖ καὶ ἐμπίπτει, ὡς ἐπὶ τῶν φαλαγγίων, καὶ τῶν μυώπων, καὶ τῶν μελισσῶν.* Idem alii Grammatici magno consensu docent. Hesychius: *Ἐνέχρισεν. ἐνεκέντρισεν.* ubi vide Interpretes. Suidas: *Χρείειν. τύπτειν.* Scribendum: *Χρίειν.* Vide Foes. Œcon. Hippocr. v. *Ἐγχρίμπτειν.* Plerique hunc verbi usum *scorpii* vel *vespæ ictu* definiunt, ut Ælius Dionysius apud Eustath. ad Od. H. p. 1450. Ammonius v. *Ἐγχρίσαι*, et Hermias l. c. Quibus addatur Phrynichus *Προπαρασκ. Σοφιστ.* Ms. *Κεχρίσθαι σκορπίῳ, ἀντὶ τοῦ, πεπλῆχθαι ὑπὸ σκορπίου, καὶ σὺν τῇ προσθήκῃ Ἐγκεχρίσθαι, διαφέρει τῇ γραφῇ τοῦ Κεχρεῖσθαι ὑπὸ ἐλαίου. τὸ μὲν γὰρ ὑπὸ ἐλαίου, διὰ τῆς ει διφθόγγου· τὸ δὲ Κεχρίσθαι τὸ σημαῖνον τὸ πεπλῆχθαι, διὰ τοῦ ι παντοχοῦ.* Recte. Multis enim exemplis declaratur, hanc contractiorem verbi vim præ altera latiore esse frequentatam. Nicander Theriac. v. 336. *Οἷσιν ἐνιχρίμψῃ βλοσυρὸν δάκος.* Sic in nonnullis exemplaribus reperit Scholiastes. Nunc non minus recte legitur. *Οἷσιν ἐνισκήψῃ* etc. v. 445. *οὐ μὲν ὅγ' οὕτως Ἐγχρίψας ἤλγυνε, καὶ ἦν ἔκπαγλα χαλεφθῇ.* et v. 718. *Τοῦ δὲ καὶ ἐγχρίμψαντος, ἀνουτήτῳ ἴκελος χρώς.* Orpheus de Lapid. v. 79. p. 328. *Οὐδ' εἴ κεν στείχοντος ἐνιχρίμπτοιντο πόδεσσι.* Ælian. H. A. Lib. i. cap. 54. *Καὶ ἐπαοιδαὶ δὲ ἐπράϋνάν τινων ἐγχρισθέντα ἰόν.* quem locum non sollicitasset Gataker. Advers. Post. cap. ix. p. 490. si verbi indolem cognitam perspectamque habuisset. Idem Lib. iii. cap. 22. *τῆς τε ῥινὸς τὸ ἄκρον ἄπαλὸν ὂν, καὶ ἐγχρίσει τῇ τῆς ἀσπίδος τρόπον τινὰ ἐκκείμενον.* Lib. vi. cap. 20. *Ἐγχρίσας δὲ ἕκαστος αὐτῶν τὸ κέντρον.* Lib. xvi. cap. 27. *Τὰ γάρ τοι ζῶα τὰ δακετὰ, καὶ τὰ ἐγχρίπτοντα πάμπολλα ὄντα.* eod. lib. cap. 41. *τὸ κέντρον δὲ ἐγχρίπτειν τοῖς Εὐρωπαίοις παραπλησίως.* Lib. xvii. cap. 35. *ἐγχρίμπτουσαι δὲ ἄρα αὐτοῖς τὰ κέντρα.* Philostrat. V. A. Lib. viii. cap. 19. p. 363. *μειλίγματα ἑρπετῶν, ἃ τοῖς κατιοῦσιν ἐγχρίπτει.* Philostratus Junior Icon. xvii. p. 889. Themistius Or. xv. p. 192. A. *ὥσπερ τοὺς δράκοντάς φασιν ἐν ταῖς χειαῖς κακὰ φάρμακα βεβρωκότας, ζητεῖν ὅτῳ ἂν ἐγχρίψαιντο τὴν τοῦ ὀλέθρου παρασκευήν.* Nihil igitur verius emendatione Kusteri ad Hesych. T. i. p. 1215. qua in Philostrato Seniore Lib. ii. Icon. 12. p. 830. pro *τὰ κέντρα ἀνέλκουσαι δέει ἐγχειρήματος* ingeniose legit, *τ. κ. ἀ. δέει τοῦ ἐγχρίμματος.* Ibi Cod. Parisinus habet, *δέει τοῦ ἐγχειρῆσαι*, pro, *δέει τοῦ ἐγχρίσαι.* Pollux vi. 125. *σκορπίος ζητῶν, ὅτῳ ἐγχρίψει τὸ κέντρον.* Sic Kuhnius correxit vulgatam lectionem, *τῷ κέντρῳ.* Cui etsi Ms. suffragatur, hanc tamen, quoniam rarior ejus usus est, tenemus. Apollon. Rhod. iv. 1512.— *ὅτε μοῦνον ἐνιχρίμψῃσιν ὀδοῦσιν.* Pari construendi ratione Aristænet. Lib. i. Ep. 1. *ἐπιτοξεύειν ταῖς τῶν ὀμμάτων βολαῖς.* Pollux i. 210. *τῷ ἀθύμῳ ἵππῳ ἐμβαλεῖν τῷ μύωπι.* ubi nihil varietatis ex Codd. notatur. Hinc etiam T. H. defendi videtur posse lectio, quam Suidas v. *Ἀδάμαστος* Sophocli tribuit Aj. v. 452. *ἐμβαλοῦσα λυσσώδει νόσῳ.* Reliquum est, ut paucula de verbi *χρίω* forma addamus. Antiquissima scribendi ratio est *χρίω* et *χρίπτω*, cui posterior ætas euphoniæ gratia inseruit *μ*, ut esset *χρίμπτω*. Neque tamen hæc mutatio ullum significandi discrimen induxit, nisi quod in solo *χρίω ungendi* etiam notio remanserit. Ab hujus autem rei ignoratione caussa repetenda est, cur *χρίω pungendi* potestate tam raro in veterum monumentis, quæ supersunt, reperiatur. Scilicet nemo nescit, librarios, quicquid non assequerentur, pro captu suo mutasse. Librarios autem? Ipsi recentiores Editores hanc formam aliquando obliterarunt; v. c. is, qui plura Philostrato vulnera inflixit, quam sanavit, Gotfr. Olearius. Etenim ad Philostr. Junioris Icon. xiii. p. 884. pro *τὸ κέντρον ἀφυλάκτως ἐγχρίσασα*, quasi verius, in textum invexit, *τ. κ. ἀ. ἐγχρίμψασα.* In Platonis etiam loco, quem supra attulimus, Timæus *ἐγχρίμπτει* scriptum reperit pro vetustiore et rariore forma *ἐγχρίει*, quam jure servant Hermias et vulgata exemplaria. Pari fere modo in Apollon. Rhod. iv. 1679. ubi nunc legitur —— *πετραίῳ στόνυχι χρίμψε σφυρὸν*, olim extitisse credibile est —— *π. στ. χρίψε σφυρόν.* Quo facilius intelligitur lapsus Etymol. M. p. 728. 32. suppresso poetæ nomine, legentis: *πτερέῳ στόνυχι τρίψε σφυρόν.* Apollonii locus latuit Sylburgium.

'Ενωμοτία.[c] τάγμα ποσόν. εἴρηται δὲ ἀπὸ τοῦ ὀμνύναι αὐτοὺς μὴ λείψειν τὴν τάξιν.

'Εξαμβλοῦν.[d] διαφθείρειν τὸ κατὰ γαστρὸς διεφθορὸς, καὶ ἀποκτείνειν αὐτό.

'Επαμφοτερίσαι.[e] εἰς ἀμφιβολίαν ἀγαγεῖν τὸν λόγον.

'Εξάντη.[f] τὸ ν ἔγκειται δι' εὐστομίαν, ἀντὶ τοῦ, ὑγιῆ καὶ ἔξω ἄτης.

[c] 'Ενωμοτία] Refer glossam ad Herodot. Lib. i. 65. μετὰ δὲ, τὰ ἐς πόλεμον ἔχοντα, ἐνωμοτίας, καὶ τριηκάδας, καὶ συσσίτια. ubi Scholiastes: 'Ενωμοτία, vel, ut in aliis libris est, Συνωμοσία. τάξις παρὰ τοῖς 'Αττικοῖς. Ex eo Suidas v. Συνωμοσία· παρὰ δὲ 'Αττικοῖς Συνωμοσία, τάξις τις. Verum cum nullo modo adducar, ut Lacedæmonios et Athenienses a Grammaticis confusos credam, satius erit, in utroque corrigere: παρὰ τοῖς Τακτικοῖς. Præter eos, qui ad Hesych. in v. laudantur, vide Maxim. Tyr. Diss. xxxiii. p. 399. et ibi Davis.

[d] 'Εξαμβλοῦν] Theæt. p. 117. C. καὶ τίκτειν τε δὴ τὰς δυστοκούσας, καὶ ἐὰν νέον ὂν δόξῃ ἀμβλίσκειν, ἀμβλίσκουσιν. quæ laudat Pollux i. 7. iv. 208. Paulo post Philosophus: ἀπελθόντες δὲ, τά τε λοιπὰ ἐξήμβλωσαν, διὰ πονηρὰν συνουσίαν, καὶ τὰ ὑπ' ἐμοῦ μαιευθέντα κακῶς τρέφοντες ἀπώλεσαν. ex quibus profecerunt Maxim. Tyr. Diss. xvi. p. 179. et Synes. in Dione p. 56. 'Εξαμβλοῦν valde commendat Phrynich. p. 88. et 128. ubi vide Interpp. et Foës. Œcon. Hippocr. v. 'Αμβλῶσαι. Ceterum labem, quam Glossæ interpretatio suscepit, hoc modo eluebat Hemsterhusius meus: "Forte: 'Ε. δ. τὸ κ. γ. καὶ φθορίοις ἀποκτείνειν αὐτό. Παιδοκτονίαι πολλαὶ ἐθελουσίων ἀμβλώσεων Procop. Hist. Arc. p. 46. Nisi præstet, ἀποσείειν· hoc enim aliquando *abigere partum*, ut ἀπωθεῖν, ἐξωθεῖν. Φθόρια sunt *medicamenta abortiva*, quibus ἐκβόλια junxit Plutarch. T. ii. p. 134. F. Vide Clem. Al. p. 227. v. 36." Hæc ille. Mihi tamen simplicior videtur emendatio Lennepii ad Phalar. Ep. 19. p. 98. τὸ κατὰ γαστρὸς βρέφος. Suidas: 'Αμβλώσκειν. τὸ φθεῖραι βρέφος.

[e] 'Επαμφοτερίσαι] Suidas, hanc glossam repetens, addit, ὡς καθ' ἑκάτερον ἐλέγχεσθαι, ex Timæi locupletiore exemplari, incertum, an ex alio Glossographo. Plato Euthyd. p. 226. F. quo glossa pertinet: ὁ ἀδελφός σου ἐξημφοτέρικε τὸν λόγον, non ἐπημφοτέρικε, ut Timæus legit. Forte eodem respexit Hesych. v. 'Εξαμφοτερίσαι. Polit. v. p. 468. E. Τοῖς ἐν ταῖς ἑστιάσεσιν ἐπαμφοτερίζουσιν ἔοικε, καὶ τῷ τῶν παίδων αἰνίγματι τῷ περὶ τοῦ εὐνούχου — καὶ γὰρ ταῦτα ἐπαμφοτερίζειν, καὶ οὔτ' εἶναι, οὔτε μὴ εἶναι οὐδὲν αὐτῶν δυνατὸν παγίως νοῆσαι, οὔτ' ἀμφότερα, οὔτε οὐδέτερον. quæ optime interpretatus est Guil. Budæus Comm. L. Gr. p. 603. Schol. Aristoph. ad Plut. v. 635. παίζων γὰρ ἐπαμφοτεριζούσας λέξεις ἔθηκεν, i. e. *ambiguas, quæ in utramque partem accipi possint.* Lucian. Deor. Dial. xvi. p. 244. λοξὰ καὶ ἐπαμφοτερίζοντα πρὸς ἑκάτερον τῆς ἐρωτήσεως ἀποκρινόμενος. Jov. Confut. p. 636. λοξὰ καὶ ἐπαμφοτερίζοντα τοῖς πολλοῖς χρᾶν εἰώθατε. Is quoque dicitur ἐπαμφοτερίζειν, *qui modo huic, modo illi parti favet, atque adeo in neutram transit.* Phædr. p. 349. C. ἵνα καὶ ὁ ἐραστὴς ὅδε αὐτοῦ μηκέτι ἐπαμφοτερίζῃ, καθάπερ νῦν, ἀλλὰ ἁπλῶς πρὸς Ἔρωτα μετὰ φιλοσόφων λόγων τὸν βίον ποιῆται. quod Hermias Scholiis Mss. et vetus Scholiastes sic explicant: ἵνα μηκέτι τῷ Λυσίᾳ προσχωρῇ, καὶ ἔπηται καὶ ἡμῖν, ἀλλὰ μίαν γνώμην ἔχῃ. Thucydid. Lib. viii. 85. φθείροντα τῶν Πελοποννησίων τὰ πράγματα μετὰ 'Αλκιβιάδου, καὶ ἐπαμφοτερίζοντα. Pherecrates apud Schol. Comici ad Pac. v. 476. 'Επαμφοτερίζουσ' ἐμποδὼν καθήμενοι. Philo T. i. p. 100. Aristænet. Lib. ii. Epist. 11. Phrynichus Ms. 'Επαμφοτερίζειν. τὸ μὴ παγίως ἔν τι βουλεύεσθαι καὶ πράττειν, ἀλλὰ καὶ τόδε καὶ τόδε διανοεῖσθαι.

[f] 'Εξάντη] Phædr. p. 344. A. ὅθεν δὴ καθαρμῶν τε καὶ τελετῶν τυχοῦσα ἐξάντη ἐποίησε τὸν αὐτὴν ἔχοντα πρός τε τὸν παρόντα καὶ τὸν ἔπειτα χρόνον. ubi cum Timæo, ut Suidam taceam, congruit Hermias Scholiis Mss. 'Εξάντη δὲ λέγει, ἀντὶ τοῦ, καθαρὸν καὶ ἐξ ἐναντίας, ᾗ διέκειτο πάλαι ποινηλατούμενος, ἀντὶ τοῦ, ὑγιῆ καὶ ἔξω ἄτης. τὸ δὲ ν ἔγκειται δι' εὐστομίαν. Eundem Platonis locum laudant Zenobius iii. 96. et Suidas in v. atque imitatur Dio Chrysost. Orat. iv. p. 73.

Ἐξετασμός.[g] *ἀρίθμησις.*

Ἐξηγηταί.[h] *τρεῖς γίνονται Πυθόχρηστοι, οἷς μέλει κα-*

D. *ἢ ὡς εἰώθασιν ἔνιοι τῶν περὶ τὰς τελετὰς καὶ τὰ καθάρσια, μῆνιν Ἑκάτης ἱλασκόμενοί τε καὶ ἐξάντη φάσκοντες ποιήσειν.* Ælian. H. A. Lib. i. cap. 57. *ἀνερρώσθη τε ἐκεῖνος, καὶ κακοῦ παντὸς ἐξάντης τὸ ἐντεῦθέν ἐστι.* iii. 5. ix. 16. 33. xi. 35. xiii. 7. xvi. 28. Idem apud Suid. v. Ἀρχίλοχος· (Huic enim ille locus, e libro de Providentia decerptus, tribuendus videtur) *καὶ τῆς μήνιδος τῆς ἐκ τοῦ θεοῦ ἐξάντης ἐγένετο.* Julian. Or. vi. p. 192. B. *καταστῆσαι παντάπασιν ἐξάντη τῆς δειλίας.* Ep. ad Atheniens. p. 272. A. ex emendatione Petavii: *ἧς ἐμὲ μὲν οἱ θεοὶ διὰ τῆς φιλοσοφίας καθαρὸν ἀπέφηναν καὶ ἐξάντη.* Synes. Calv. Encom. p. 75. D. *ἅμα δὲ ἐξάντεις ἐσομένους τῆς νόσου.* de Provid. p. 97. B. *ἐξάντης ἔσομαι τοῦ δαιμονίου μηνίματος.* de Insomn. p. 136. D. *καὶ ὅσοις ὕπνος ἰατρὸς ἐξάντη τὴν νόσον ἐποίησε.* ubi vide Nicephorum, et Hesych. in v. Ab Etymol. M. p. 346. 42. et Cyrillo Lexico Ms. hæc vox etiam exponitur *ἐξεστηκὼς, μαινόμενος.* Cujus notionis exempla frustra quæsivi.

[g] Ἐξετασμός] Vereor, ne vox me fefellerit in Platonicis vocabulis excerpendis.

[h] 34. Ἐξηγηταί] Ἐξηγητὴς universe est *cujuslibet rei enarrator.* Tum is, *qui hospites ad ea, quæ visenda sunt, ducit, et unumquodque iis ostendit:* qui et *mystagogus* vocatur, et *monstrator* a Lucano ix. 979. ut jam monuit Ez. Spanhem. de U. et P. N. Tom. i. p. 6. Pausanias Lib. i. p. 98. *Ἐντεῦθεν ὁ τῶν ἐπιχωρίων ἡμῖν ἐξηγητὴς ἠγεῖτο εἰς χωρίον.* Sic idem commemorat Argivorum, Messeniorum, Sicyoniorum *ἐξηγητὰς,* qui illarum gentium originem, antiquitatem, aliaque scitu digna peregrinantibus enarrarent. Qui, pluribus saltem in locis, auctoritate publica constituti videntur. *Ἀρίσταρχος ὁ τῶν Ὀλυμπίασιν ἐξηγητὴς* apud Pausan. Lib. v. p. 428. male ab interprete, quem Kuhnius castigavit, intellectus, errandi ansam dedit J. Jonsio de Scriptor. Hist. Phil. p. 344. Contra cum interprete errat Kuhnius ad Lib. i. p. 84. Iophontem Gnosium, qui, quod ex re ipsa liquet, sacrorum et oraculorum interpres fuit, pro mystagogo vel monstratore accipiens. Vide Strabon. Lib. xvii. p. 1159. C. Aristid. Orat. Platon. ii. p. 209. Patriorum institutorum interpretes, non monstratores, sunt *οἱ τὰ πάτρια ἡμῖν ἐξηγούμενοι* apud Artemidor. Lib. ii. p. 161. Ab his prorsus diversi sunt Atheniensium *ἐξηγηταὶ,* quorum erat, monstra et prodigia procurare, ritus in sacris observari solitos docere, expiare homicidas, aliosque piaculo obnoxios, dirimere denique lites, quæ de rebus sacris inciderent. Pollux viii. 124. *Ἐξηγηταὶ δ' ἐκαλοῦντο, οἱ τὰ περὶ τῶν διοσημείων, καὶ τὰ τῶν ἄλλων ἱερῶν διδάσκοντες.* ubi vide Interpp. Hoc munus olim Athenis publicum fuit ex Thesei instituto; ad quod non nisi *εὐπατρίδαις* adspirare licebat. Plutarch. Thes. p. 11. C. *Εὐπατρίδαις μὲν γινώσκειν τὰ θεῖα, καὶ παρέχειν ἄρχοντας ἀποδοὺς, καὶ νόμων διδασκάλους εἶναι, καὶ ὁσίων καὶ ἱερῶν ἐξηγητάς.* Postea, ut ex Timæo discimus, tres tantum hac dignitate functi sunt, Pythico oraculo designati. Plures vero privata auctoritate prodigia et somnia interpretatos esse, multis exemplis, si tam necesse, quam facile esset, ostendi posset. Scholiastes Aristoph. ad Nub. v. 331. *ὃν καὶ Λάμπων ἦν ὁ μάντις, ὃν ἐξηγητὴν ἐκάλουν.* quocum consentit vetus Grammaticus Ms. in Bibl. Sangerm. Ἐξηγητής. *Εὔπολις χρυσῷ γένει· Λάμπων ὁὐξηγητής. Μάντις γὰρ ἦν καὶ χρησμοὺς ἐξηγεῖτο. Ἡρόδοτος. δ.* Sic etiam capiendus est *Ἄβρων ὁ Καλλίου ἐξηγητὴς* apud Stephan. Byzant. v. Βάτη. *Abro, Calliæ filius, sacrorum religionumque interpres:* cui muneri convenit liber ab eo scriptus *περὶ ἑορτῶν καὶ θυσιῶν.* Pessime J. G. Vossius de Histor. Græc. iii. p. 314. et Berkelius: paulo melius J. Meurs. Bibl. Attic. nisi quod *commentatorem* vertat. *Τεράτων καὶ ἐνυπνίων ἐξηγηταὶ,* Pausan. Lib. v. p. 438. *συμβόλων ἐξηγηταὶ,* Achill. Tat. Lib. v. p. 283. Vide Wesselingium ad Diod. Sic. v. 43. Illi autem interpretes cum sæpe Apollinis interpretationem expeterent, ex eo Plato Polit. iv. p. 448. C. ipsum Apollinem *ἐξηγητὴν* appellavit: *οὐδὲ χρησόμεθα ἐξηγητῇ, ἀλλ' ἢ τῷ πατρίῳ· οὗτος γὰρ δή που ὁ θεὸς περὶ τὰ τοιαῦτα πᾶσιν ἀνθρώποις πάτριος ἐξηγητὴς, ἐν μέσῳ τῆς γῆς ἐπὶ τοῦ ὀμφαλοῦ καθήμενος ἐξηγεῖται.* quo loco Œnomaus usus est, Apollinis *ἐξηγητοῦ* titulum irridens, apud Euseb. P. E. v. p. 230. Ad Exegetarum Atticorum exemplum Plato quoque eos in rempublicam suam recepit. Legg. vi. p. 616. G. *ἐκ Δελφῶν δὲ χρὴ νόμους*

περὶ τὰ θεῖα κομισαμένους, καὶ καταστήσαντας ἐπ' αὐτοῖς ἐξηγητὰς, τούτοις χρῆσθαι. Ibid. p. 623. A. viii. p. 642. C. 649. E. ix. p. 656. G. 659. C. 660. B. xi. p. 676. F. xii. p. 672. H. 695. C. *Interpretes religionum* Latine vertit Cicero de Legg. ii. 27. Quod munus cum obirent, proprio et rituali vocabulo diccbantur ἐξηγεῖσθαι. Plato Theag. p. 12. B. Euripid. Phœniss. 1018. Thucydid. Lib. vii. p. 478. Andocides de Myster. p. 230. Sed satis de sacris Atheniensium Exegetis. Restat, ut videamus, an iidem forensibus etiam usi sint Exegetis, i. e. JCtis, qui consulentibus de jure responderent. Quibus cum propter legum ambiguos sensus, tum propter vulgi imperitiam, vix poterat carere civitas bene constituta. Quanti illorum opera olim Romæ fuerit, inter omnes constat. Neque aliis gentibus ejusmodi Exegetæ defuerunt. De Syracusanis Diodor. Sicul. Lib. xiii. 35. οὐδέτερον αὐτῶν ὠνόμασαν νομοθέτην, ἀλλ' ἢ ἐξηγητὴν τοῦ νομοθέτου· διὰ τὸ τοὺς νόμους γεγραμμένους ἀρχαίᾳ διαλέκτῳ δοκεῖν εἶναι δυσκατανοήτους. Inauditus hucusque fuit τῶν Λυκουργείων ἐξηγητὴς, *Lycurgearum legum et institutorum interpres*, quem nuper ex Laconico marmore protulit egregius antiquitatis eruditæ vindex, Ed. Corsinus Dissert. v. post Not. Græc. p. xciii. De Atheniensium hujus generis JCtis satis diserte veteres Grammatici. Suidas et Etymol. M. p. 348. 19. Ἐξηγηταί. οἱ τοὺς νόμους τοῖς ἀγνοοῦσι ὑποδεικνύοντες, καὶ διδάσκοντες περὶ τοῦ ἀδικήματος, οὗ ἕκαστος γράφεται. Lexicon Rhetor. Ms. Ἐξηγητής. ὁ τοὺς νόμους ἐξηγούμενος, καὶ πᾶν ὁτιοῦν πρᾶγμα. Grammaticus Ms. qui Δικῶν ὀνόματα collegit, in Bibl. Sangerm. Ἐξηγηταί. οἱ τοὺς νόμους δεικνῦντες τοῖς ἀγνοοῦσιν περὶ τοῦ ἀδικήματος. Eoque sensu Scholiastes etiam accepit ἐξηγητὴν in Platonis Euthyph. p. 49. A. Ἐξηγητοῦ. τοῦ τοὺς νόμους ἐξηγουμένου. Nec aliter sensit Ti. Hemsterhusius, cum valde juvenis ad Polluc. viii. 124. commentarios scribens, forenses illos JCtos Atheniensibus vindicabat. Sed idem vir maximus, nuper a me consultus, ingenue fatebatur, se dudum sententiæ ante defensæ patrocinium repudiasse, et nunc alteram, quæ tales JCtos Athenis fuisse negat, haud paulo veriorem existimare. Hanc igitur, eodem et auctore et adjutore, quam potero brevissime confirmabo. Ac primum parum valere censenda est Grammaticorum auctoritas, ubi perpetuus Atticorum scriptorum usus refragatur. Atqui vere monuit H. Valesius in not. Maussac. in Harpocr. p. 277. ne semel quidem ἐξηγητὴν apud Athenienses significare *legum jurisque civilis interpretem*, qui consulentibus de jure responderit, semper *interpretem religionum*. Nam in Platonis Euthyphrone, quem modo laudavimus, et Demosthen. Orat. in Euerg. p. 1062. caussa cædis agitur: in Isæo de Cirou. hered. p. 522. sepeliendi ritus; quarum utraque ad religiones sacrorumque ritus pertinebat. Diserte Harpocration in v. ἔτι δὲ καὶ τὰ πρὸς τοὺς κατοικομένους νομιζόμενα ἐξηγοῦντο τοῖς δεομένοις. Sic legendum censet T. H. Deinde quid caussæ est, cur nusquam in tot, quæ supersunt, orationibus ἐξηγητοῦ, qui de quæstione civili et jure forensi responderit, mentio reperiatur? Phædrus quidem iv. 4. 13. Atticum JCtum commemorat: ‘ Athenas rumor implet. Mater sedula Juris peritos consulit.’ Sed quis fabularum scriptorem, cui quidlibet fingere licet, in tali re testem citat? præsertim cum rem Athenis gestam Romano more narret. Antiqua Dorum lingua Exegetæ dicti sunt καταλαθισταί. Hesychius: Καταλαθισταί. ἐξηγηταὶ, ἢ ἐνδεικνύοντες τὰ δημόσια. quam glossam pro ingenii et doctrinæ ubertate ita explicabat Hemsterhusius: ‘ Doribus vocem propriam forma demonstrat. ἐξηγητὰς hic intelligo prodigiorum, oraculorum, somniorum &c. interpretes veridicos: nosti vates, qui futura prænunciando non fallunt, dici ἀληθεῖς· scriptum a quibusdam in Homer. Od. Δ. 83. Αἰγυπτίους ἐπ' ἀληθεῖς, quia erant μαντικοί· Tiresiam μάντιν ἀλάθεα πάντα λέγοντα habet Theocrit. Eid. xxiv. 64. pari modo ἀληθεύειν et ἀληθίζεσθαι Xenoph. K. A. v. p. 212. v. 17. Philostr. de V. A. L. i. p. 4. v. 16. Alciph. iii. 59. p. 424. Neque aliter ἀλήθεια Hesych. in Ῥησίαρχος· *prædictorum eventus*: Damon apud Schol. Aristoph. ad Plut. v. 1003. ἡ ἀληθηΐη τοῦ ἐνυπνίου Herodot. iii. p. 134. v. 45. hinc πρὸς ἀλήθειαν ἐκβαίνειν apud Diodor. Hi ergo jure merito καταλαθισταί. Alterum expono, qui peregrinis adsunt publicorum operum rerumque antiquarum monstratores: est in ea adpellatione ironia; fabulas enim plerumque narrabant.’ Hactenus ille. Timæum more suo compilavit Suidas, celato, ut semper, ejus nomine. Facile tamen pro sagacitate sua Valesius l. c. odoratus est, glossam a præstantiore Grammatico profectam esse. Eandem totidem verbis descripsit Platonis Scholiastes ad Legg. xi. p. 676. F.

θαίρειν τοὺς ἄγει τινὶ ἐνισχηθέντας. καὶ οἱ ἐξηγούμενοι τὰ πάτρια.

Ἐξομοργνύμενος.[i] ἐκματτόμενος, καὶ ἀποτυπούμενος.

Ἐξοστρακισμός.[j] φυγὴ δεκαετής. Πῆγμα δὲ γίνεται ἐν τῇ ἀγορᾷ εἰσόδους ἔχον, δι' ὧν εἰσιὼν πολίτης ἕκαστος ὄστρακον τίθησιν ἐπιγεγραμμένον· τούτων δὲ ὑπὲρ ἑξακισχίλια γενομένων, φυγὴ δεκαετὴς καταψηφίζεται τοῦ κρινομένου.

Ἐξωμοσία.[k] ἔνορκος παραίτησις δι' εὔλογον αἰτίαν.

Ἐπαγωγαί.[l] ἀγωγαὶ δαίμονος φαύλου ἐπί τινα γενόμεναι.

[i] Ἐξομοργνύμενος] Gorg. p. 313. D. ἃ ἑκάστῳ ἡ πρᾶξις αὐτοῦ ἐξωμόρξατο εἰς τὴν ψυχήν. Legg. vi. p. 623. C. εἰς γὰρ τὰς τῶν γεννωμένων ψυχὰς καὶ σώματα ἀναγκαῖον ἐξομοργνύμενον ἐκτυποῦσθαι καὶ τίκτειν πάντη φαυλότερα. ubi vide Scholia. Platonem imitantur Themist. Or. xxi. p. 249. A. et Synes. de Insom. p. 156. A. Euripid. Bacch. 344. Μηδ' ἐξομόρξῃ μωρίαν τὴν σὴν ἐμοί. Plutarch. Crasso p. 543. E. βουλόμενος ὅτι πλείστοις καὶ ἀκρατήτοις προσομόρξασθαι τὸ ἄγος. Ἐξόμορξις est in Tim. p. 547. F. Vide Mœrid. p. 291. et ibi Pierson.

[j] Ἐξοστρακισμός] Post vocem ἐπιγεγραμμένον fortasse aliquid excidit, facile supplendum ex Schol. Aristoph. ad Equit. v. 851. quem ad verbum descripsit Philemon Lexico Technologico Ms. Plato Gorg. p. 309. H. οὐκ ἐξωστράκισαν αὐτὸν οὗτοι οὓς ἐθεράπευεν, ἵνα αὐτοῦ δέκα ἐτῶν μὴ ἀκούσειαν τῆς φωνῆς; Nihil hujus glossæ exscripsit Suidas; sed omnia cum pulvisculo abstulit Etymol. M. in v.

[k] Ἐξωμοσία] Vide sup. v. Ἀντωμοσία. Pro ἔνορκος Ms. male ἐνόρκου.

[l] Ἐπαγωγαί] Genus quoddam θεαγωγίας, vel ψυχαγωγίας est ἐπαγωγή, cum ψυχοπομποὶ γόητες, ut eleganter dicuntur a Synesio de Insomn. p. 150. C. precibus, incantamentis et fallacium illiciorum susurris dæmonas, in aliorum perniciem, ab inferis evocant. Quod luculente describit Plato Polit. ii. p. 424. C. ἀγύρται δὲ καὶ μάντεις ἐπὶ πλουσίων θύρας ἰόντες, πείθουσιν, ὡς ἔστι παρά σφισι δύναμις ἐκ θεῶν πoριζομένη, θυσίαις τε καὶ ἐπῳδαῖς, εἴτέ τι ἀδίκημά του γέγονεν αὐτοῦ ἢ προγόνων, ἀκεῖσθαι μεθ' ἡδονῶν τε καὶ ἑορτῶν· καὶ ἐάν τιν' ἐχθρὸν πημῆναι ἐθέλῃ, μετὰ σμικρῶν δαπανῶν ὁμοίως δίκαιον ἀδίκῳ βλάψει· ἐπαγωγαῖς τισὶ καὶ καταδέσμοις τοὺς θεοὺς, ὥς φασι, πείθοντές σφισιν ὑπηρετεῖν. ad quem locum referenda sunt hæc Phrynichi Προπαρασκ. Σοφιστ. Ms. Ἀκεῖσθαι καὶ Ἐξακεῖσθαι, καὶ ἐπὶ τοῦ θεραπεύειν, καὶ ἐπὶ τοῦ ἀπάγειν ἐπαγωγὰς ἐκ γοητείας καὶ μαγγανείας ἐπηγμένας. οὕτως Πλάτων ἐν Πολιτείᾳ. Legg. xi. p. 683. F. ἐὰν δὲ καταδέσεσιν ἢ ἐπαγωγαῖς, ἤ τισιν ἐπῳδαῖς, ἢ τῶν τοιούτων φαρμακειῶν ἀντινωνοῦν δόξῃ ὅμοιος εἶναι βλάπτοντι. ubi Cornario in Eclogis p. 1010. post ὠντινωνοῦν deesse videtur χρείαις. H. Stephanus intelligit τισὶν e præcedentibus. Neuter bene. Lege: ἢ ἐπῳδαῖς τὶς τῶν τοιούτων φαρμακέων ὠντινωνοῦν. Comparanda etiam illa Platonis Legg. x. p. 674. C. τοὺς δὲ τεθνεῶτας φάσκοντες ψυχαγωγεῖν, καὶ θεοὺς ὑπισχνούμενοι πείθειν ὡς θυσίαις τε καὶ εὐχαῖς καὶ ἐπῳδαῖς γοητεύοντες. Hac in re legitima verba sunt ἐπάγειν et ἐπαγωγή. Apollon. Rhod. Lib. iv. 1665. Ἔνθα δ' ἀοιδῆσιν μειλίσσετο· θέλγε δὲ κῆρας Θυμοβόρους, Ἀΐδαο θοὰς κύνας, αἳ περὶ πᾶσαν Ἥρα δινεύουσαι ἐπὶ ζωοῖσιν ἄγονται. Manetho iv. 364. Σκυλμοὺς ὑπνοφανεῖς, φαντάσματά τε, ἠδ' ἐπαγωγάς. Lucian. de Merc. Conduct. p. 700. ὑπέσχοντο καὶ χάριτας ἐπὶ τοῖς ἐρωτικοῖς, καὶ ἐπαγωγὰς τοῖς ἐχθροῖς. Origenes c. Cels. vii. p. 378. ἅπερ ποιοῦσιν οἱ δι' ἐπῳδῶν καὶ μαγγανειῶν μεμαθηκότες καλεῖν καὶ ἐπάγεσθαι δαίμονας. Liban. Opp. Tom. i. p. 900. D. καὶ περὶ τοὺς τάφους καλινδούμενος κἀκεῖθεν ὀλέθρους τοῖς οὐδὲν αὐτὸν ἀδικοῦσιν ἐπάγων ἀνθρώποις, νεκροὺς ἐνοχλῶν, καὶ ψυχὰς οὐκ ἐῶν ἐν τοῖς αὐτῶν μένειν ἤθεσιν. Scholiast. Euripid. ad Alcest. v. 1118. ψυχαγωγοὶ —οἵτινες καθαρμοῖς τισι καὶ γοητείαις τὰ

Ἐπετίμα.[m] ἠύξει τὴν τιμήν.

Ἐπιβολή.[n] ἡ εἰσφορά.

Ἐπήβολοι.[o] οἱ ἐπιτυχῶς βάλλοντες· Βάλλειν γὰρ τὸ τυχεῖν· ἢ οἱ ἐντυγχάνοντες.

Ἔπηλυς.[p] ὁ ἄλλοθεν ἐπεληλυθὼς, τουτέστιν, ὁ ἀλλοεθνής.

εἴδωλα ἐπάγουσί τε καὶ ἐξάγουσι. Alio loco Phrynichus MStus: Ἐπαγωγή ἐστιν καταδέσμοι, καὶ τοιαῦται γοητεῖαι φαρμακῶν καὶ ἐπαοιδῶν, καὶ δαιμόνων προτροπαί. Hesychius: Ἐπαγωγή. τὸ ὀπωσοῦν κακῶς ἐπαγόμενον. Idem: Ὠπωτῆρε. διὰ φαρμάκων εἰώθασι τινὲς ἐπάγειν τὴν Ἑκάτην ταῖς οἰκίαις. Eandem vim habent ἐπιπέμπειν et ἐπιπομπή. Euripid. Phœniss. 817. τὰν ὁ κατὰ χθονὸς Ἄιδας Καδμείοις ἐπιπέμπει. Vide Hemsterh. ad Lucian. Deor. Dial. iii. p. 208. Ἐπαγωγῇ contraria est ἀπαγωγή. Phrynichus Ms. Ἀπαγωγὴ λέγεται καὶ ἡ ἀποδιοπόμπησις. De magica animarum evocatione multa collegerunt Elmenhorst. ad Arnob. Lib. i. p. 25. Herald. ad Tertull. Apolog. p. 105. et Jac. Gothofred. ad Lib. ix. Cod. Theodos. Tit. xvi. p. 132.

[m] Ἐπετίμα] Diphilus apud Athen. L. vi. p. 228. B. Τὸν ξενικὸν οἶνον ἐπιτετίμηκας πολύ. Philostrat. de V. A. Lib. vi. p. 230. καὶ τὰ ὤνια αὐτοῖς ἐπιτιμήσωσι καπηλεύοντες. Appian. de B. C. v. 67. Ἐπετετίμητο δὴ πάντα. Dio Cass. li. p. 653. ὥστε τὰ κτήματα ἐπιτιμηθῆναι. Lexicon Rhetor. Ms. Ἐπιτετιμημένον. τὸ τίμησιν καὶ ἐπίτασιν ἐν τῇ τιμῇ λαβόν. Pollux i. 52. iii. 125. Toupius Emend. in Suid. i. 154. Locus Platonis, ex quo glossa sumta est, diligentiam nostram fugit. Pro ἐπιτιμᾷν etiam ἀνατιμᾷν dicitur. Herodot. ix. 33. μαθὼν τοῦτο, ἀνετίμα. ubi vide Valckenarium. item ἐκτιμᾷν. Suidas: Ἐκτιμᾶται. ἀντὶ τοῦ, ἐπιτέταται, ἠύξηται κατὰ τιμήν. Hesychius: Ἔκτιμα. τὰ ἐπιτεταγμένα τῇ τιμῇ. Scribendum, ἐπιτεταμένα ἐν τ. τ. Pro ἠύξει Suidas exhibet ἐπηύξει.

[n] Ἐπιβολή] Hoc nomen *multæ* significatione creberrimum esse apud Oratores Atticos, Harpocration in v. monet. Andocides de Myster. p. 208. ἢ ἐξούλας, ἢ γραφὰς, ἢ ἐπιβολὰς ὤφλον. Aristoph. Vesp. v. 766. Ταύτης ἐπιβολὴν ψηφιεῖ μίαν μόνην. ubi vide Schol. Lexicon Rhetor. Ms. Ἐπιβολὴ καὶ Ἐπιβάλλειν ζημίας ὄνομα, τὸ τὸν ἄρχοντα ἢ τὴν βουλὴν χρήματα ὁρίζειν τινὶ ζημίαν δοκοῦντι ἀδικεῖν τὰ δημόσια, ἢ ὀρφανοὺς, ἢ κατέχειν τὰ ἀλλότρια, καὶ μὴ εἰς ἐμφανὲς ἄγειν. τὸ δὲ Ἐπιβάλλειν ἐπὶ τοῦ ζημιοῦσθαι τέτακται. Sed quicquid de ἐπιβολῇ dici poterat, occupavit elegantissimæ vir doctrinæ, Jo. Taylor. ad Lys. Orat. contr. Andocid. p. 113. 114. Hic tamen ea vox potius de *tributo*, quam de *multa* accipienda videtur. De quo certius judicare possem, si Platonis locum, ex quo sumta est, in promtu haberem. Glossulam a Timæo habet Suidas.

[o] Ἐπήβολοι] Euthyden. p. 222. A. καὶ τοιαύτης τινὸς ἐπιστήμης ἐπηβόλους. Legg. ii. p. 581. D. ὄντως γὰρ οὐκ ἐπήβολοι γεγόνατε τῆς καλλίστης ᾠδῆς. Sic ἐπίβουλοι, quod veteres Editiones habent, bene correxit Jan. Cornarius in Eclog. p. 1006. qui emendationem suam confirmare potuisset ex Eustath. ad Od. B. p. 1448. et Etymol. M. p. 357. 23. a quibus locus sine labe affertur. Legg. iv. p. 604. fin. παιδείας γίγνεσθαι κατὰ δύναμιν ἐπηβόλους. Sext. Empiric. Lib. vii. adv. Log. p. 433. ὅτι συνετώτεροι πολλάκις τῶν πρεσβυτέρων εἰσὶ νέοι, τὸν αὐτὸν τρόπον κἂν φιλοσοφίᾳ, εὐεπηβολωτέρους γεγονέναι παρὰ τοὺς πρεσβύτας τοὺς νέους. Ælian. H. A. Lib. ii. cap. 52. ὅσα τριχῶν ἐστιν ἐπήβολα. Heliodor. Lib. x. p. 487. οὔπω τῶν ὄντων ἐπήβολος γιγνόμενος. Sed pleni sunt exemplorum scriptores veteres. Vide P. Wesseling. ad Diod. Sicul. i. 19. et J. Toupium ad Longin. sect. 8. In Codicis Timæi margine post οἱ ἐντυγχάνοντες addi οἱ λαχόντες, ἐπιτυχόντες, testatur Cl. Villoisonus ad Longum p. 179.

[p] Ἔπηλυς] Menex. p. 404. B. ἡ τῶν προγόνων γένεσις, οὐκ ἔπηλυς οὖσα, οὐδὲ τοὺς ἐκγόνους τούτους ἀποφηναμένη μετοικοῦντας ἐν τῇ χώρᾳ, ἄλλοθεν σφῶν ἡκόντων, ἀλλ' αὐτόχθονας, &c. Dio Chrysost. Or. xi. p. 163. C. ὅτι ξένος ὢν καὶ ἔπηλυς ἄρχει τῶν Ἀργείων. Orat. lxi. p. 584. A. Aristid. Tom. i. p. 109. 232. 384. et Taylor. Lect. Lys. cap. iii. p. 681.

Ἐπηλυγάζονται.[q] ἐπικρύπτονται, ἐπισκιάζονται. Λύγη[r] γὰρ λέγεται ἡ σκιά.

Ἐπάρας.[s] ἀναπείσας.

Ἐπιβάδαι.[t] αἱ μετὰ τὰς ἑορτὰς ἡμέραι, ἐν αἷς τοῖς ὑπολειφθεῖσι σιτίοις καὶ ποτοῖς χρῶνται Ἀθηναῖοι.

[q] Ἐπηλυγάζονται] Propria verbi potestas est *obumbrandi*, atque adeo *occultandi*. Lyside p. 107. F. τούτους ἐπηλυγασάμενος, προσέστη ᾗ μὴ ᾤετο κατόψεσθαι τὸν Λύσιν. ubi vide Scholia. Eundem locum laudant Eustath. ad Il. K. p. 809. Etymol. M. p. 357. 1. et Photius Lex. Ms. in Notis ad Hesych. Tom. i. p. 1366. Ælian. H. A. Lib. i. cap. 41. ἀφρὸν, καλύπτοντά τε αὐτοὺς καὶ ἐπηλυγάζοντα. Lib. iii. cap. 16. εἶτα ἐπηλυγάσαντες ἑαυτοὺς ἄνωθεν κάρφεσιν. Lib. iv. cap. 7. ἐπηλύγασεν ἱματίοις καὶ τὸν καὶ τήν. ut Appuleius dixit Metam. ix. p. 185. ' dorsumque plagosum scissili centunculo magis inumbrati, quam obtecti.' Vide etiam Ælian. Lib. v. cap. 47. ix. 57. Ἐπηλυγασάμενος τὴν κεφαλὴν est ejusdem Æliani apud Suid. v. Ἐξεκύκλησαν, pro quo apud eundem v. Φιλήμων posuit ἐπειλυσάμενος. Plutarch. de Solert. animal. p. 971. C. βῶλόν τινα ἢ συρφετὸν ἄνω προΐσχεσθαι τοῦ σώματος, οἷον ἐπηλυγαζομένους. Synes. Calv. encom. p. 85. C. ὁ μὲν γὰρ Φερεκύδης θοιμάτιον ἐπηλυγασάμενος. Epist. 153. p. 292. πυκνὸν καὶ βαθὺ σκότος ἐπηλυγάσεται. Damasc. apud Phot. p. 1030. Hoc verbum, unde vi dejectum est, restituamus in venusto, sed fœdissime contaminato, Heliodori Fragmento, quod nobis Stobæus p. 792. conservavit: Ὃς δὲ κενημερὴ νεφέλῃ λελυσμένος ὅσσε Ἀσχάλλῃ ὀδύναις. Conr. Gesnerus legere tentabat, κεκαλυμμένος· paulo felicius Jos. Scaliger apud Grot. Excerpt. p. 421. Ὃς δέ κε Κιμμερίῃ νεφέλῃ κεκλεισμένος. Sed versus ille sic redintegrandus videtur: Ὃς δέ κε Κιμμερίῃ νεφέλῃ λελυγασμένος ὅσσε Ἀσχάλλῃ ὀδύναις. Illustrata verbi ἐπηλυγάζω nativa potestate, superest, ut figuratas loquendi formulas, quæ hinc manarint, persequamur. Thucydid. Lib. vi. 36. οἱ γὰρ δεδιότες ἰδίᾳ, βούλονται τὴν πόλιν ἐς ἔκπληξιν καθιστάναι, ὅπως τῷ κοινῷ φόβῳ τὸ σφέτερον ἐπηλυγάζωνται. ubi vide Interpretes. Hoc verbum, e Thucydide ductum, maxime frequentavit Dio Cass. Lib. lviii. p. 884. ἄλλοι τὴν φιλίαν τὴν πρὸς αὐτὸν ἐπηλυγαζόμενοι. Lib. lix. p. 929. ὡς καὶ τὸ συνειδὸς σφῶν διὰ τοῦτο ἐπηλυγασόμενοι. et sic idem Lib. lxi. p. 992. et lxxviii. p. 1323. Synes. Epist. 105. p. 249. δόγματα δὲ οὐκ ἐπηλυγάσομαι, οὐδὲ στασιάσει μοι πρὸς τὴν γλῶτταν ἡ γνώμη. Photius Biblioth. p. 410. ἡ περιβολὴ κόρον ἐμποιοῦσα συχνὸν, τὸ εἰς σαφήνειαν ἐπηλυγάζει φαινόμενον. Verbum de vocis scriptura addamus, in qua tantopere variant libri veteres, ut ipsi interdum viri docti, quid eligendum sit, nescire videantur. Maxime trita forma est ἐπηλυγάσασθαι. Sed Cod. unus in Dion. Cass. Lib. lxi. p. 992. præbet ἐπηλυγίσασθαι. sicut Scholiastes in Platonis loco laudato. In Plutarch. de Is. et Osir. p. 122. ante nuperum Editorem, Sam. Squirium, erat ἐπιλυγίσασθαι. In Aristotel. Hist. Anim. Lib. vi. p. 639. ἐπιλυγάσασθαι. quod prorsus damnat Ph. Jac. Maussacus. Nobis vero formarum, quas recensuimus, nulla temere rejicienda videtur. Nam a λύγη est λυγάζω, ἐπιλυγάζω, ἐπιλύγαιος· ab antiquo λυξ, λυγὸς, λυγίζω, ἐπιλυγίζω, ἐπιλυγισμός. Vide Hesych. v. Ἐπιλύγαιον, et Ἠλύγη. Ab ἠλύγη autem est ἠλυγάζω, ἐπηλυγάζω, ἐπηλυγίζω, etc. Hesych. v. Ἐπηλυγίζονται, et Ἠλυγισμένος, Schol. Aristophan. ad Acharn. v. 684. Mœris p. 163. et ibi Piersonus.

[r] Λύγη] Sic etiam Suidas, ubi Kusterus præter necessitatem ex Mss. Parisinis recepit ἠλύγη. Vid. inf. v. Λύγη.

[s] Ἐπάρας] Suidas: Ἐπάρας. πείσας. Unde mutavi, quod Ms. præbebat, ἀνασείσας. Hipp. Minor. p. 233. F. σὺ γάρ με ἐπῆρας Ἱππίᾳ διαλέγεσθαι. Polit. iii. p. 444. E. ἤτις μήτε τοὺς φύλακας ὡς ἀρίστους εἶναι παύσῃ αὐτοὺς, κακουργεῖν τε μὴ ἐπάρῃ περὶ τοὺς ἄλλους πολίτας. Herodot. Lib. i. 87. αἴτιος δὲ τούτων ἐγένετο ὁ Ἑλλήνων θεὸς, ἐπάρας ἐμὲ στρατεύεσθαι. Carcinus apud Harpocrat. v. Καρκίνος.—τὰς γὰρ ἐμφύτους ὀρθῶς παγεῖσας μὲν φρένας Οὐδεὶς ἐπαίρει καιρὸς ἐξαμαρτάνειν. Pherecrates apud Stobæum p. 591. Εἰκῆ μ' ἐπῆρας ὄντα τηλικουτονὶ, Πολλοῖς ἐμαυτὸν ἐγκυκλῆσαι πράγμασιν. Æschines in Timarch. p. 81. πολλοὺς ἁμαρτάνειν ἐπαρεῖ. Eandem

Ἐρρέ.[u] φθείρου, ἀπαλλάττου.
Ἐρυμνά.[v] τὰ ἐχυρὰ καὶ τὰ δυσπρόσβατα χωρία.
Ἑρμαιον.[w] εὕρεμα· ἀπὸ τοῦ ἐν ἔθει λεγομένου, Κοινὸς Ἑρμῆς.

verbi vim pluribus illustravit Kuster. ad Aristoph. Nub. v. 42. Ἐξαίρειν eadem significatione dixit Euripides Hippol. 332. ubi vide Valckenarium.

[t] Ἐπιβάδαι] Sic Cod. Ms. Sed eximenda est litera α, ut sit ἐπίβδαι vel ἐπιβδαί. In accentu enim variatur. Grammatici ἐπίβδας interpretantur *dies illos, qui ferias proxime sequuntur, et a plebe, tanquam festi, per lusum celebrantur.* Ipsum vocabulum, quod Doribus tribuit Eustath. ad Od. A. p. 1686. satis indicat, prioribus hos dies accessisse. Schol. Pindari ad Pyth. Od. iv. v. 249. Ἐπίβδαι κυρίως καλοῦνται, αἱ ἑπόμεναι τῶν ἑορτῶν ἡμέραι, αἱ μεθέορτοι, ἐπιβάδες τινὲς οὖσαι, οἷον ἐπαγόμεναι τῇ ἑορτῇ. Suidas et Etymol. M. p. 357. 54. Ἐπίβδαι. αἱ μεθέορται ἡμέραι, διὰ τὸ πρὸς ἐπίδειξιν ταῖς προτέραις ἡμέραις γενέσθαι, ἄλλης ἐπιβαινούσης. in quibus extricandis Kustero aqua hæsit. At Hemsterhusius sic rem putabat expediri posse: 'Legendum, διὰ τὸ πρὸς ἐπίδ. τ. πρ. ἡμ. ἐπιγενέσθαι, *propterea quod ludendi causa demonstrandæque publice lætitiæ prioribus accedant:* ἐπιγίνεσθαι idem quod ἐπάγεσθαι in Schol. Pindari. Πρὸς ἐπίδειξιν fiunt, quæ non occulte, ut sacra et festorum solemnia, sed publice atque in omnium conspectu aguntur. Μεθέορτος Æolibus Πεδόρτα, ut in Hesych. egregie Salmas. Apud eundem puto legendum, Μετακοκκώ. ἡμέρα μεθέορτος, ἐν ᾗ ἑορτὴ οὐκ ἔστι. Hinc proverbium a Themistocle ortum, ἡ ὑστέρα ἐρίζει πρὸς τὴν ἑορτήν, cujus meminit Plutarch. T. ii. p. 320. E. nam ἡ ὑστέρα vel ἡ ὑστεραία hic idem quod μεθέορτος.' Præclare omnia: nisi quod durior est explicatio vocis ἐπίδειξις in Suida et Etymol. M. Ego simplicissimum arbitror corrigere, ἐπίδοσιν, *accessionem, additamentum.* Cratinus apud Hephæst. p. 48. Χαῖρ' ὦ μέγ' ἀχρειογέλως ὅμιλε ταῖς ἐπίβδαις. Quartum τῶν Ἀπατουρίων diem proprie ἔπιβδαν appellatum esse, tradit Hesych. v. Ἀπατούρια. Porro sic dicta *Repotia*, vel primus post nuptias dies: quod ex Glossis Vett. docuit Jos. Scaliger ad Fest. v. *Repotia.* Vide Is. Casaubon. ad Athen. iii. 15. p. 182. Denique pro *Kalendis Januariis* accepit Aristides Tom. i. p. 352. καὶ ἦσαν μὲν ἐπίβδαι, ἣν Ῥωμαῖοι πρώτην ἄγουσι τοῦ ἔτους. Hæc fere sunt, quæ de ἐπίβδαις in Veterum monumentis reperiuntur. Quas qui in Platone quærere velit, operam ludet.

[u] Ἐρρέ] Phileb. p. 77. G. ἔρρει ταῦτα ἐκ τῆς αὑτῶν χώρας ἐν ᾗ ἐνῆν. Legg. iii. p. 585. D. πάντα ἔρρειν ταῦτα ἐν τῷ τότε χρόνῳ φήσομεν. Ibid. F. ζώων δὲ τῶν ἄλλων ἐρρόντων. Epist. iii. p. 709. G. ὡς οὐκ εἴων ἐγώ σε πόλεις Ἑλληνίδας ἐρρούσας ὑπὸ βαρβάρων οἰκίζειν. Epist. vii. p. 722. E. ὅτι Δίωνι τὰ χρήματα ἔρρει παντελῶς. quod inde sumpsit Themist. Orat. xxxii. p. 358. D. Item Epist. viii. p. 725. A. ἔρρουσι δὲ τότε οὔτε λόγος οὔτ' ἐλπὶς ἐλείπετ' ἂν οὐδαμῆ οὐδαμῶς. Alciphron Lib. i. Ep. 38. p. 180. ἔρρει τὰ παρὰ τὰς πόσεις μινυρίσματα. ubi vide Berglerum. Rarius occurrunt composita ἀπερρεῖν, εἰσερρεῖν, etc. Lexicon Sangerm. Ms. Ἀπερρήσεις. ἀπελεύσῃ, ἀποφθαρήσῃ. οὕτως Κρατῖνος Νόμοις· Οὐκ ἀπερρήσεις σὺ θᾶττον ἀποτιλῶσαι τήμερον; Ὅλως δὲ πλέον τι τοῦ Ἀποφθαρῆναι δηλοῖ τὸ ῥῆμα. καὶ παρ' Ὁμήρῳ· Ἔρρ' ἐκ νήσου θᾶσσον. Vide Valckenar. ad Euripid. Hippol. 973.

[v] Ἐρυμνά] Legg. iii. p. 586. G. sunt τειχῶν ἐρύματα. Adjectivum ἐρυμνὸς in Platone legere non memini. Herm. Tollius, V. C. Excurs. x. in Apollon. p. 755. illud reponit in Phædone p. 400. C. ὃς (Ἀχέρων) δι' ἐρύμνων τόπων ῥεῖ ἄλλων. ubi Editiones, δι' ἐρήμων τόπων, eoque Timæi glossam refert. Vulgatam tamen lectionem servat Stobæus Ecl. Phys. i. p. 139.

[w] Ἑρμαιον] Theag. p. 10. D. ὡς ἐγὼ οὐκ ἔσθ' ὅτι τούτου μεῖζον ἂν ἕρμαιον ἡγησαίμην. Euthyd. p. 215. G. πόθεν τοῦτο τὸ ἕρμαιον εὑρέτην; Ibid. p. 224. D. Charmid. p. 237. C. Ἕρμαιον, ὦ Σώκρατες, γεγονὸς ἂν εἴη ἡ τῆς κεφαλῆς ἀσθένεια τῷ νεανίσκῳ. quem locum, ab interprete male intellectum, rectius vertit Is. Casaubon. ad Theophr. Char. cap. 12. p. 251. Gorg. p. 297. D. οἶμαι ἐγώ σοι ἐντετυχηκὼς, τοιούτῳ ἑρμαίῳ ἐντετυχηκέναι. Ibid. p. 298. D. ἐάν τις ῥήματι ἁμάρτῃ, ἕρμαιον τοῦτο ποιούμενος. Sympos. p. 316. F. Phædon. p. 397. H. ubi vide Scholia. Polit. ii. p. 426.

Ἐρυσίβη.[x] μιλτώδης δρόσος. Πάχνη δὲ, δρόσος χιονώδης.
Ἐπεσφάλακεν.[y] οἱ μὲν, ἐπεσπάσθη· οἱ δὲ, ἐσάπη, ἢ παρὰ καιρὸν ἀτροφῆσαν ἐμαράνθη.
Ἑταιρίστριαι.[z] αἱ καλούμεναι τριβάδες.

A. Legg. xi. p. 682. H. Ἕρμαιον et εὐτύχημα junxit Sympos. p. 333. F. ἡγούμενος δὲ αὐτὸν ἐσπουδακέναι ἐπὶ τῇ ἐμῇ ὥρᾳ, ἕρμαιον ἡγησάμην εἶναι καὶ εὐτύχημα ἐμὸν θαυμαστόν. Aristænet. Lib. i. Ep. 19. p. 132. ex hoc ipso Platonis fonte, ut solet, hauriens: ἡ μὲν οὖν μήτηρ ἕρμαιον αὐτῆς καὶ εὐτύχημα λογίζεται τοῦτο. Præter Parœmiographos vide Rittershus. ad Isidor. Pelus. Lib. iv. Ep. 22. Bergler. ad Alciphr. Lib. iii. Ep. 29. et Wesseling. ad Diod. Sic. v. 26.

[x] Ἐρυσίβη] Sympos. p. 321. E. καὶ γὰρ πάχναι καὶ χάλαζαι καὶ ἐρυσίβαι ἐκ πλεονεξίας καὶ ἀκοσμίας περὶ ἄλληλα τῶν τοιούτων γίγνεται ἐρωτικῶν. Polit. x. p. 516. E. σίτῳ τε ἐρυσίβην, σηπεδόνα τε ξύλοις. ubi vide Scholiasten. Axioch. p. 730. E. κλαῖον νυνὶ μὲν αὐχμὸν, νυνὶ δ' ἐπομβρίας, νυνὶ ἐπίκαυσιν, νυνὶ ἐρυσίβην. Eleganter *rubiginem* describit Orpheus de Lapid. 15. v. 91. p. 340. καὶ αἰθερίην ἐρυσίβην, Ἥτε κατουρανόθεν πταμένη ποτὶ καρπὸν ἐρυθρὴ, Ἀμφὶ περὶ σταχύεσσι περισμύχουσα κάθηται. Sic ille locus scribendus. Quam emendationem confirmat Codex Regius, cujus Variantes cum Gesnero communicavi, p. 416. Vulgo editur: Ἀμφὶ περὶ σταχύεσσι περισυνέχουσα κάθηται. Glossæ Philoxeni: *Robigo*, ὡς πάχνη γίνεται, ἣν τινὲς ἐρυσίβην καλοῦσιν. Hesych. in v. et Cl. Editor.

[y] Ἐπεσφάλακεν] Hæc cum pulvisculo abstulit Suidas, ac præterea, ut hominis judicium agnoscas, ex posterioribus Glossographi nostri verbis novam glossam confinxit: Ἀτροφῆσαν ἐμαράνθη. μὴ τραφέν. Timæi glossa gravi mendo laborat. Nam nihili verbum est ἐπεσφάλακεν, quod Kusterus, in ἐπεσφάδακεν mutans, multum aberravit. Ipse tamen, cum explicationem ab hoc verbo alienam videret, pæne rediit in viam, ἐσάπη referens ad ἀπεσφακέλισεν. Vellem, quod ingressus erat iter, persecutus esset. Nihil enim certius est, quam glossam hoc modo corrigendam esse: Ἀπεσφακέλισεν. οἱ μὲν, ἐπεσπάσθη, etc. Ea pertinet ad Tim. 544. H. τὴν δ' αὖ τῆς ὀστεΐνης φύσεως ἕξιν—διάπυρόν τ' αὖ γινομένην, καὶ πάλιν ψυχομένην, σφακελίσασαν. Ibid. p. 549. B. ὅταν ὀστοῦν, διὰ πυκνότητα σαρκὸς, ἀναπνοὴν μὴ λαμβάνον ἱκανὴν, ὑπ' εὐρῶτος θερμαινόμενον, σφακελίσαν, μήτε τὴν τροφὴν καταδέχηται. Hic Timæus ἐπισφακελίσασαν, quo composito Hippocrates apud Foesium Œcon. v. Σφάκελος non semel usus est, pro simplice σφακελίσασαν in exemplo suo scriptum invenit. Ex vulgata lectione, quam Scholiastes ad h. l. secutus est, fluxit glossa Hesychii: Σφακελίσαν. κακωθὲν, διαφθαρέν. Pro ἐπισφακελίζειν eodem sensu ἀποσφακελίζειν dicitur. Herodot. iv. 28. ἵπποι μὲν ἐν κρυμῷ ἑστεῶτες ἀποσφακελίζουσι. Hesychius: Ἀπεσφακέλισεν. ἐσάπη. Ἀριστοφάνης Ὀλκάσιν. οἱ δὲ ἰατροὶ, τὴν ἐκ τῆς σήψεως μελανίαν. ἢ ἀντὶ τοῦ προσεσπάσθη. ἢ αἰφνιδίως ἀπέθανεν. Suidas: Ἀπεσφακέλισεν. οἱ μὲν γραμματικοὶ, ἐσάπη, ἀπεσφενδόνησε. σημαίνει δὲ καὶ τὸ ἀπεκάκησεν· ἔτι τὸ ἐξαίφνης ἀπέθανεν. ὁ δὲ Ἀριστοφάνης ἀντὶ τοῦ ἀπεσπάσθη. Etymol. M. p. 120. 13. Ἀπεσφακέλισε. προεσπάσθη, ἢ αἰφνιδίως ἀπέθανεν. οἱ δὲ ἰατροὶ, ἀντὶ τοῦ ἐσάπη. Lexicon Sangerm. Ms. Ἀπεσφακέλισεν. οἱ μὲν ἰατροὶ, ἐπάπη. λέγεται δὲ καὶ ἀντὶ τοῦ ἀπεσφενδόνησεν. ἔτι τὸ ἐξαίφνης ἀπέθανεν. ὁ δὲ Ἀριστοφάνης καὶ ἀντὶ τοῦ ἀπεσπάσθη. Lexicon Regium Ms. Ἀπεσφακέλισεν. αἰφνίδιον ἀπέθανεν. οἱ μὲν γραμματικοὶ ἐσάπη φασίν. Ἀριστοφάνης ἀντὶ τοῦ ὤκλασεν. οἱ δὲ ἰατροὶ τὴν ἐκ σήψεως μελανίαν λέγουσιν. Ex his Grammaticis inter se collatis intelligitur, in Suida et Lexico Regio pro γραμματικοὶ scribendum esse ἰατροὶ, in eodem Suida et Lexico Sangerm. pro ἀπεσπάσθη ex Timæo ἐπεσπάσθη, in Etymologo denique pro προεσπάσθη ex Hesychio προσεσπάσθη. Aristophanis autem nomen ita jactatur, ut, quam vim huic verbo tribuerit, nescias. Lexicon Rhetor. Ms. Σφάκελος. οἱ μὲν, τὸν ἐπαρμόν· (lege, σπασμόν·) οἱ δὲ, τὸ ἀπόστημα· οἱ δὲ, τὴν σῆψιν. Præter Foesium l. c. vide Valckenarium Anim. ad Ammon. p. 221.

[z] Ἑταιρίστριαι] Sympos. p. 323. B. ὅσαι δὲ τῶν γυναικῶν γυναικὸς τιμῆμά εἰσιν, οὐ πάνυ αὗται τοῖς ἀνδράσι τὸν νοῦν προσέχουσιν, ἀλλὰ μᾶλλον πρὸς τὰς γυναῖκας τετραμμέναι εἰσί· καὶ ΑΙ ΕΤΑΙΡΙΣΤΡΙΑΙ ἐκ τούτου τοῦ γένους γίγνον-

Ἔτνος.[a] ὄψον ἐξ ὀσπρίου.
Εὐερκής.[b] εὖ τετειχισμένη.
Εὐηνίως.[c] ἀφιλονείκως.
Εὐθύναι.[d] δίκαι κατὰ τῶν ἀρξάντων κακῶς.

ται. quo loco Hesychius, lippiens, credo, vel somnians, ΔΙΕΤΑΙΡΙΣΤΡΙΑΙ legit. Ecce! ejus glossam: *Διεταιρίστριαι. γυναῖκες αἱ τετραμμέναι πρὸς τὰς ἑταίρας ἐπὶ συνουσίᾳ, ὡς οἱ ἄνδρες. οἷον τριβάδες.* ubi ipsa Platonis verba retenta sunt, ut tanto minus dubites, quin glossa ex fonte, quem indicavimus, manarit. Lucian. Dialog. Meretr. v. p. 289. *εἰ μή τις ἑταιρίστρια τυγχάνει οὖσα· τοιαύτας γὰρ ἐν Λέσβῳ λέγουσι γυναῖκας, ὑπὸ ἀνδρῶν μὲν οὐκ ἐθελούσας αὐτὸ πάσχειν, γυναιξὶ δὲ αὐτὰς πλησιαζούσας, ὥσπερ ἄνδρας.* Tales *crissantes mulieres*, quæ aliis nominibus *Lesbiades, tribades, fricatrices*, et *subagitatrices* vocantur, intelligit Clemens Alex. Pædag. ii. p. 264. *γυναῖκες ἀνδρίζονται παρὰ φύσιν.* Synes. de Provid. p. 105. C. p. 112. C. Mœris p. 151. Timæi glossam in Lexica sua receperunt Photius Ms. et Suidas.

[a] Ἔτνος] Hipp. Maj. p. 99. E. *ὅτάν τις τὴν χύτραν, ἣν ἄρτι ἐλέγομεν τὴν καλὴν, ἐψῇ ἔτνους καλοῦ μεστήν.* ubi vide Scholia. Basilius Scholiis *ἀνεκδότοις* in Gregor. Nazianz. Orat. xx. p. 342. A. *Ἔτνος, εἶδος ὀσπρίου. Οἱ μὲν, κύαμον· οἱ δὲ, τὸ καλούμενον πισσάριον· οἱ δὲ, ἔψημα ἀθηρῶδες. τοῦτο γὰρ δασυνόμενον σημαίνει· ἀφ' οὗ καὶ Ἀθήρα καὶ Ἀθάρα. Ἔνθεν καὶ Ἐτνήρυσις παρὰ τῷ Ἀριστοφάνει. Ἔτνος οὖν φησὶ τὸ ἐρειχθὲν καὶ συγκοπὲν καὶ ἐψηθὲν ὄσπριον, ἀπὸ τοῦ ἐρείκω, τὸ σχίζω. Οὕτω καὶ Διογενιανός.* Petavius ad Synes. p. 7.

[b] Εὐερκής] Crit. p. 561. D. *καὶ τὸν γήλοφον ἐκ ᾧ κατῴκισται, ποιῶν εὐερκῆ.* Legg. vi. p. 617. C. *ὅπως εὐερκὴς ἡ χώρα πρὸς τοὺς πολεμίους ὅτι μάλιστα ἔσται.* ix. p. 650. F. *τοῖς φρουροῖς ὑποδοχὴν ὅτι μάλιστα εὐερκῆ.* Hesiod. Ἔργ. v. 730. *εὐερκὴς αὐλή.* Pindar. Ol. xiii. 156. *εὐερκὲς ἄλσος.* Philo T. i. p. 407. ubi Mangeius male spernit Mss. lectionem, *εὐερκέσιν οἴκοις.* Substantivum *εὐερκία* bis reperitur Legg. vi. p. 624. D. G. Timæi glossam exscripsit Photius Lexico Ms.

[c] Εὐηνίως] Respicit Timæus Sophist. p. 149. B. *Τῷ μὲν ἀλύπως τε καὶ εὐηνίως προσδιαλεγομένῳ ῥᾷον οὕτω τὸ πρὸς ἄλλον.* ex quo corrigendus Marinus Vita Procli cap. 22. *Ἐκ δὴ τῆς τοιαύτης ἰδέας τῶν ἀρετῶν ἀλύπως καὶ εὐηνίως προκόπτων.* ubi male *ἀπολύτως* legitur. Proprie *εὐήνιος* de *equis* dicitur, *qui se habenis facile regi patiuntur.* Polit. v. p. 463. G. *καὶ διδαξαμένους ἱππεύειν ἐφ' ἵππων, ἀκτέον ἐπὶ τὴν θέαν μὴ θυμοειδῶν, μηδὲ μαχητικῶν, ἀλλ' ὅτι ποδωκεστάτων καὶ εὐηνιωτάτων.* Phædr. p. 345. A. *τὰ μὲν θεῶν ὀχήματα ἰσορρόπως εὐήνια ὄντα, ῥᾳδίως πορεύεται· τὰ δὲ ἄλλα πορεύονται μόγις.* quem locum, monente etiam Nicephoro, expressit Synes. de Insomn. p. 143. A. *τάχ' ἂν καὶ τὰ χείρω μὴ ἀντιτείναντα πρὸς τὴν ἐνέργειαν τῆς ψυχῆς, ἀλλ' εὐήνια καὶ καταπειθῆ. αὐτά τε ὁμαρτήσοντα* etc. Philo T. i. p. 311. Dio Chrysost. Orat. xxxvi. p. 450. B. Philostrat. Lib. ii. Icon. xvi. p. 834. Themist. Or. i. p. 13. C. xi. p. 146. A. Transfertur deinde ab equis ad *homines mansuetos, mites, et rationi obtemperantes.* Legg. ix. p. 663. A. *καὶ ἐὰν μέν τις τοιούτοις παραμυθίοις εὐπειθὴς γίγνηται, εὐήνιος ἂν εἴη.* qui locus laudatur ab Harpocrat. v. Εὐηνιώτατα, ubi vide H. Vales. Idem verbum ex Platone expulit librariorum inscitia. Legg. v. p. 605. F. *ὅσ' ἂν οὖν μὴ νόμος, ἀλλ' ἔπαινος παιδεύων καὶ ψόγος ἑκάστους, εὐνοϊκοὺς μᾶλλον καὶ εὐμενεῖς τοῖς τεθήσεσθαι μέλλουσι νόμοις ἀπεργάζεται.* Sic vulgata exemplaria, quæ quidem viderim, habent omnia. Sed revocanda est venustior lectio ex Stobæo p. 434. quam Codicis Parisini auctoritas confirmat: *εὐηνίους τοῖς τεθήσεσθαι μέλλουσι νόμοις ἀπεργάζεται.* Plutarch. T. ii. p. 453. C. *εὐήνιον καὶ ἁπλοῦν, καὶ τῷ λόγῳ πρᾷον καὶ ὑπήκοον.* Philostrat. Heroic. cap. xi. p. 718. *καὶ φρόνημα ἄῤῥων εὐήνιόν τε καὶ σῶφρον.* Themist. Or. xiii. p. 176. B. *τοὺς βαρβάρους σιδήρῳ εὐηνίους ποιεῖν.* Εὐηνίῳ opponitur *δυσήνιος, ἐξήνιος* et *ἀφηνιαστής.*

[d] Εὐθύναι] Protag. p. 200. A. *καὶ ὄνομα τῇ κολάσει ταύτῃ καὶ παρ' ὑμῖν καὶ ἄλλοθι πολλαχοῦ, ὡς εὐθυνούσης τῆς δίκης, εὐθύναι.* Legg. vi. p. 622. F. *καὶ ἐν ταῖς εὐθύναις τοῦ τοιούτου λόγον ὑπεχέτω πᾶς.* ix. p. 693. F. *ἐν εὐθύναις ἔστω τῶν κατηγορημάτων τῶν μεγίστων ἐν τούτῳ αὐτῷ.* Lexicon Rhet. Ms. *Εὐθύνας κυρίως, ἃς εἰσάγουσιν οἱ λογισταὶ πρὸς τοὺς δόξαντας μὴ ὀρθῶς ἄρξαι*

Εὐθὺ Λυκείου.[e] ἐπ' εὐθείας εἰς Λύκειον. Τόπος δέ ἐστιν Ἀθήνησιν.

Εὐρώς.[f] ὑγρότης σεσηπυῖα.

Ἐφέται.[g] πεντήκοντά εἰσιν οὗτοι οἱ ἀπὸ Δράκοντος περὶ φόνου δικάζοντες κριταί.

Ἔφοροι.[h] πέντε μείζους, καὶ πέντε ἐλάττους.

τῆς πόλεως, ἢ πρεσβεῦσαι κακῶς. καὶ τὰ δικαστήρια μὲν οἱ λογισταὶ κληροῦσιν. κατηγορεῖ δὲ ὁ βουλόμενος, καὶ τοῖς δικασταῖς ἐφεῖται τιμᾶσθαι τοῖς ἀθλοῦσιν. quod descripsit Etymol. M. p. 391. 57. in quo pro δικασταὶ e Lexico Ms. lege λογισταὶ, et contra in Lexico ἁλοῦσιν pro ἀθλοῦσιν ex Etymologo. Plato Legg. xii. p. 687. commemorat τοὺς εὐθύνους vel εὐθυντὰς, *exactores rationum reddendarum*, qui proprie εὐθύνειν, ἐξευθύνειν, et κατευθύνειν dicebantur, Latine, *ad disquisitionem populi vocare*. Quam formulam bene comparat Is. Casaubonus ad Sueton. Cæs. 15. Plato l. c. D. εἰ δὲ μὴ, κατευθύνειν αὐτοῦ τὸν εὔθυνον. quem locum laudat Pollux viii. 22. ubi vide Jungermannum. Ibid. F. τῶν δὴ τοιούτων εὐθυντὴς τίς ἱκανός; et mox: πειρατέον εὐθυντὰς τινὰς ἀνευρίσκειν θείους. Ibid. F. διὸ δὴ δεῖ πάντως τοὺς εὐθύνους θαυμαστοὺς πᾶσαν ἀρετὴν εἶναι. quo loco usi sunt Etymol. M. p. 391. 50. et Photius Lexico Ms. cujus glossa hæc est: Εὔθυνος. ἀρχὴ ἦν τις. ἐξ ἑκάστης δὲ φυλῆς ἕνα κληροῦσιν, τούτῳ δὲ δύο παρέδρους. Idem: Εὐθύναι. οἱ ἀπολογισμοὶ τῶν ἀρξάντων. καὶ Εὔθυνοι, οἱ τούτους ἀνακρίνοντες. Νόμων ιβ'. εἰ δὲ μὴ τούτους κατευθύνειν αὐτοὺς κατευθύνοντα. καὶ μετ' ὀλίγα· Διὸ δὲ δεῖ πάντας τοὺς Εὐθύνους θαυμαστοὺς πᾶσαν ἀρετὴν εἶναι. Ἡμεῖς τούτους Λογιστὰς λέγομεν. Pollux viii. 45. Scholiastes ad Platonis l. c. S. Petitus ad Legg. Attic. p. 308. J. Piersonus ad Moerid. p. 135. In transitu corrigamus Suidam: Διηύθυνεν. ἐκώλυσε. Levius mendum est, quam ut Kusterus ad h. l. et Albertus ad Hesych. T. i. p. 992. in eo hærere debuerint. Scribendum, ἐκόλασε. Hanc posteriorem annotationis meæ partem non legisse videtur Toupius Emend. in Suid. i. p. 100.

[e] Εὐθὺ Λυκείου] Lysid. p. 106. init. Ἐπορευόμην μὲν ἔξ Ἀκαδημίας εὐθὺ Λυκείου τὴν ἔξω τείχους. Mox: Ἐξ Ἀκαδημίας πορεύομαι εὐθὺ Λυκείου. Theag. p. 11. D. οἴχεται δὲ νῦν μετὰ Θρασύλλου στρατευσόμενος εὐθὺ Ἐφέσου καὶ Ἰωνίας. Gorg. p. 313. D. ἀτίμως ταύτην ἀπέπεμψεν εὐθὺ τῆς φρουρᾶς. Sed hunc Atticorum usum multi multis illustrarunt. Vide, ne plures commemorem, Hemsterh. ad Lucian. Dial. Mort. xxvii. p. 437. Valckenar. Animadv. in Ammon. p. 90. et Wesseling. ad Diod. Sic. ii. 12. Aliter capiendum est in Theage p. 11. B. ἡνίκα ἀποθανούμενος ἦει εὐθὺ τοῦ δαιμονίου. quod Cornarius et Serranus recte vertunt, *contra dæmonis mandatum*. Qui formulæ usus ob raritatem notandus. In Timæi textu εὐθὺ Λυκείου scripsi pro εὐθὺ Λύκειον, quod Ms. habebat, quamvis ita etiam legatur in Photio Lexico Ms. hunc ipsum Platonis locum respiciente. Mutila ejus glossa hæc est: Εὐθὺ Λυκεῖον. τὸ εἰς Λυκεῖον. ὅθεν Ἐρατυσθένης καὶ διὰ τοῦτο ὑποπτεύει τοὺς Μεταλλεῖς. καὶ Εὐριπίδης οὐκ ὀρθῶς· Τὴν εὐθὺς Ἄργους καὶ Ἐπιδαυρίην ὁδόν. Euripidis locus est Hippol. v. 1197. Eratosthenis mentio quo pertineat, ex Harpocrat. v. Μεταλλεῖς intelliges.

[f] Εὐρώς] Tim. p. 549. B. ὅταν ὀστοῦν, διὰ πυκνότητα σαρκὸς, ἀναπνοὴν μὴ λαμβάνον ἱκανὴν, ὑπ' εὐρῶτος θερμαινόμενον, σφακελίσαν, μήτε τὴν τροφὴν καταδέχηται. ubi vide Scholia. Glossa quoque est apud Suidam.

[g] Ἐφέται] Insititia glossa videtur. Nulla enim Ephetarum, si bene memini, apud Platonem est mentio. Grammaticus Ms. qui Δικῶν ὀνόματα collegit, in Bibl. Sangerm. Ἐφέται. ἄνδρες ἄριστα βεβιωκέναι ἐπιστάμενοι, ὑπὲρ τὰ ν' ἔτη γεγονότες, οἵ τινες καὶ τὰ φονικὰ ἐδίκαζον. Lexicon Rhetor. Ms. Ἐφέται καὶ ἐπὶ Παλλαδίῳ. δικαστήριόν ἐστιν οὕτως καλούμενον, καὶ οἱ ἐν αὐτῷ κρίνοντες κριταὶ, Ἐφέται καλοῦνται. Sed hæc notissima sunt ex editis etiam Grammaticis.

[h] Ἔφοροι] Alcibiad. i. p. 32. D. Legg. iii. p. 591. C. iv. 599. D. Epist. viii. p. 724. D. Novem Ephori fuisse dicuntur in Lexico Rhetorico Ms. quod descripsit Etymol. M. p. 403. 55. Ἔφοροι. ἄρχοντες ἦσαν ἄνδρες θ' ἐν Λακεδαίμονι, κληθέντες ἀπὸ τοῦ πάντας ἐφορᾶν. ἦσαν δὲ ἡ μεγίστη ἀρχή. Sed facilis er-

Ἐχέγγυον.[i] τὸ διὰ πίστεως ἄξιον οὕτως καλεῖ.
Ἐχθοδοπόν.[j] ἐχθροποιόν.

Ζ.

Ζειραί.[a] χιτῶνες ἀνακεκολλαμμένοι.
Ζώπυρα.[b] τοῦ ζῆν ποιητικά.

ror in numeris. Multo magis mirandum est, quod Timæus dicit de quinque Ephoris majoribus, et totidem minoribus. Cujus rei nullum, quod sciam, vestigium superest apud alios scriptores. Cl. Villoisonus ad Longum p. 179. ait, se in margine Codicis ad vocem Ἔφοροι adscriptum reperisse, *ταμίαι, θεωροὶ, φύλακες.*

[i] Ἐχέγγυον] In καλεῖ intellige Πλάτων. Quo magis suspicor, hanc glossam huc non aliunde migrasse, sed in Platone corruptam latere. Vocis exempla sunt apud Jos. Wassium ad Thucyd. iii. 46. et P. Wesselingium ad Herodot. v. 71. Ἀνέγγυος παῖς est Polit. v. p. 461. B.

[j] Ἐχθοδοπόν] Legg. vii. 636. E. *κεκεύεις γὰρ δή με, ὡς ἐμοὶ φαίνεται, τῆς αὐτῆς ὁδοῦ ἐχθοδοποῦ γεγονυίας πολλοῖς, ἴσως δ' οὐκ ἐλάττοσιν ἑτέροις προσφιλοῦς.* ubi vide Scholia. In eo Platonis loco verbum, quod cum genitivo, *τῆς αὐτῆς ὁδοῦ* &c. jungatur, deesse vidit H. Stephanus. Ἔχεσθαι supplet vir doctus Misc. Observ. Vol. vii. T. ii. p. 307. quod satis placet. Vox ἐχθοδοπὸς perantiqua est, nec facile alibi, quam in Poetis, maxime Tragicis, reperiunda. Sophoclem Ajac. v. 950. et Philoct. v. 1132. jam alii laudarunt. Usus est eodem verbo, sed in choro, Aristophanes Acharn. v. 226. Plato Comicus apud Polluc. vi. 25. fortasse Tragicorum aliquem ludens : *Ἀνακογχυλιαστὸν ἐχθοδοπόν τι σκευάσω.* Apollon. Rhod. Lib. iv. 1670. *ἐχθοδοπουῖσιν Ὄμμασι χαλκείοιο Τάλω ἐμέγηρεν ὀπωπάς.* Timæi glossam habet etiam Suidas.

[a] Ζειραί] Glossa referenda est ad Herodot. L. vii. 69. *Ἀράβιοι δὲ ζειρὰς ὑπεζωσμένοι ἔσαν.* Ibid. 75. *Θρήϊκες δὲ, ἐπὶ μὲν τῇσι κεφαλῇσι ἀλωπεκέας ἔχοντες ἐστρατεύοντο, περὶ δὲ τὸ σῶμα, κιθῶνας· ἐπὶ δὲ ζειρὰς περιβεβλημένοι ποικίλας.* ubi vide Glossas. Herodotum laudant Hesychius et Suidas in v. Ad priorem alia, si requiras, plena manu dedit amicissimus Albertus. Sed detergenda labes est, quam glossæ interpretatio suscepit. Scribe, ut apud Etymol. M. p. 410. 20. *ἀνακεκολπωμένοι* pro *ἀνακεκολλαμμέναι.* Qui magnam hujus Glossarii partem descripserunt, Photius Lexic. Ms. et Suidas, non minus vitiose exhibent *ἀνακεκολαμμένοι. Χιτὼν ἀνακεκολπωμένος* est *tunica in sinum replicata, ἀνάκωλος,* ut ab iisdem Grammaticis recte exponitur. Lexicon Rhetoricum Ms. Ζειρά. *ζώνης εἶδος, ἢ ἔνδυμά τι, ὃ ἐπενδύνοντο μετὰ τοὺς χιτῶνας, ὥσπερ ἐφεστρίδα, ὅπερ καὶ μᾶλλον.*

[b] Ζώπυρα] Legg. iii. p. 585. C. *Ὡς οἱ τότε περιφυγόντες τὴν φθορὰν, σχεδὸν ὄρειοι τινὲς ἂν εἶεν νομεῖς, ἐν κορυφαῖς που σμικρὰ ζώπυρα τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους διασεσωσμένα.* cujus loci elegantiam, dici vix potest, quot scriptores quoties vel expresserint, vel adumbrarint. Nonnullos indicavit vir summus, J. Fr. Gronovius Observ. Lib. iv. cap. 3. p. 42. Plutarchus Laconic. p. 240. A. *πάνυ βραχέα τινὰ ζώπυρα διασώζοντες τῆς Λυκούργου νομοθεσίας.* Lucian. Timon. p. 106. *ζώπυρόν τι τοῦ ἀνθρωπίνου σπέρματος διαφυλάττον εἰς ἐπιγονὴν κακίας μείζονος.* ubi vide Solan. et Hemsterh. Julianus Ep. ad Atheniens. p. 269. D. *σώζεται δὲ ἐξ ἐκείνου καὶ εἰς ὑμᾶς ἔτι τῆς τῶν προγόνων ἀρετῆς ὥσπερ ἐμπύρευμά τι σμικρόν.* et Ep. 34. p. 406. D. *τῷ γὰρ ὄντι τοῦ παλαιοῦ κόμματος, ἡμῖν οἱονεὶ σπινθήρ τις ἱερὸς ἀληθοῦς καὶ γονίμου παιδεύσεως, ὑπό σοι μόνῳ ζωπυρεῖται.* Liban. Opp. T. i. p. 769. C. *θεῶν δῶρον ἡγούμην τὴν παῖδα· καὶ τοῦ παντὸς γένους ἐκεῖθεν ὥσπέρ τι δεδόσθαι μοι ζώπυρον.* Themist. Orat. iii. p. 43. A. *ἡ τῆς πόλεως ἐκείνης ἀγαθὴ μοῖρα μόνη, τοῦ γένους τὰ ζώπυρα διεσώσατο.* Idem Orat. vi. p. 84. A. Orat. vii. p. 100. D. *καλόν τι διασώσασθαι τὰ ζώπυρα τῆς φιλοσο-*

Ζυγομαχεῖν.[c] *εἴργεσθαι ὑπό τινος.*

Η.

Ἦ γάρ;[a] *οὐχ οὕτως;*
Ἥκιστα.[b] *οὐ πάνυ.*
Ἡδύς.[c] *εὐήθης καὶ ἄφρων.*

φίας. Orat. ix. p. 126. A. ἧς (τέχνης βασιλικῆς) ὑπὸ τὴν σὴν μερίδα τὰ ζώπυρα διασώζεται. Orat. xiii. p. 175. C. Synes. Calv. encom. p. 85. D. παλαιᾶς φιλοσοφίας, ἐν ταῖς μεγίσταις ἀνθρώπων φθοραῖς ἀπολομένης, ἐγκαταλείμματα περισωθέντα. de Provid. p. 142. D. μηδὲν ἐμπύρευμα τῆς ἐναντίας αἱρέσεως ἐν τῇ πολιτείᾳ λανθάνειν ὑποτρεφόμενον. Quod Plato ζώπυρον, alii scriptores non solum ἐμπύρευμα, ἔναυσμα, σπινθῆρα, ἔλλειμμα, sed etiam σπέρμα dixerunt, secuti Homerum, a quo tota hæc loquendi ratio fluxit, Od. E. 490. Σπέρμα πυρὸς σώζων, ἵνα μή ποθεν ἄλλοθεν αὖοι. Polybius vi. 3. ὅταν ἐκ τῶν περιλειφθέντων οἱονεὶ σπερμάτων αὖθις αὐξηθῇ σὺν χρόνῳ πλῆθος ἀνθρώπων. Philo T. ii. p. 566. μηδὲν σπέρμα πολέμου—ὑποτυφόμενον ἐάσαντα. ubi Mangeius σπέρμα imperite mutat in ζώπυρον vel ἐμπύρευμα. Utrumque, ζώπυρον et σπέρμα, eodem loco expressit Cicero de Fin. v. 7. 'quorum similia sunt prima in animis, quasi virtutum igniculi et semina.' Cui loco simillimus est hic Maximi Tyrii Diss. ii. p. 17. ἐνέφυσε δέ τι αὐτῷ ζώπυρον ἀφανὲς πρὸς σωτηρίαν βίου, ὃ καλοῦσιν οἱ ἄνθρωποι νοῦν. Timæi glossam Photius Ms. et Suidas in Lexica sua retulerunt.

[c] Ζυγομαχεῖν] Hesychius et Cyrillus Lexic. Ms. explicant τοῖς οἰκείοις διαφέρεσθαι, *rixari cum familiaribus:* quo sensu damnatur a Luciano Solœcist. p. 568. ubi videndus J. G. Grævius. Certe apud elegantiores scriptores est *cum inimicis contendere.* Menander Fragm. p. 252. Πρὸς τὴν τύχην γὰρ ζυγομαχεῖν οὐ ῥᾴδιον. Liban. Opp. Tom. i. p. 353. C. τὸ δὲ ζυγομαχεῖν σοι νῦν, ὦ κακόδαιμον, καὶ διαλέγεσθαι. Ibid. p. 756. D. οὐδ' εἰς ἔριν ἦλθον αὐτῷ περὶ τούτων, οὐδ' ἐζυγομάχουν. Synes. de Insomn. p. 157. C. ὑπὲρ ὧν ἐγὼ καὶ πρεσβύτας ἀνθρώπους εἶδον ἐν θεάτρῳ ζυγομαχοῦντας. Aristænet. Lib. ii. Ep. 2. ἀπόθεσθε τὴν ἔριν, παύσασθε ζυγομαχίας. Hæc glossa aut aliunde huc venit, aut in Platone obliterata est.

[a] Ἦ γάρ] Theag. p. 8. H. Ἰατρικὴ γὰρ αὕτη ἐστιν. ἦ γάρ; ΘΕ. Ναί. Menon. p. 23. C. Alcibiad. i. p. 27. G. 28. G. 29. E. et singulis fere paginis. Sumpsit glossulam a Timæo Suidas.

[b] Ἥκιστα] Negationem, quæ exciderat, restitui. Contrario vitio infra scribitur: Οὐχ ἥκιστα. οὐ πάνυ, et apud Hesychium: Οὐχ ἥκιστα. οὐ μάλιστα. Utroque loco οὐ delendum. Idem mendum e Xenophont. Cyrop. Lib. i. p. 4. E. sustulit M. A. Muret. Var. Lect. xii. 3. Alcibiad. i. p. 25. C. δοκεῖς δέ μοι ἐπὶ τούτῳ ἥκιστα μεγαλοφρονεῖν. Parmenid. p. 58. H. ἥκιστα γὰρ ἂν πολυπραγμονῇ. Theæt. p. 115. H. Ἥκιστα τὸ τοιοῦτον ἂν εἴη ἄγροικον. Ibid. p. 128. G. ἀγνοοῦσι γὰρ ζημίαν ἀδικίας, ὃ δεῖ ἥκιστα ἀγνοεῖν. Sophist. p. 149. F. 159. F. 161. F. Euthyd. p. 215. B. 223. G. 228. F. et centies alibi. Codex Timæi in margine adscriptum habet: μάλιστα, ἀλλά γε ἄλλα. Vide Villoisonum ad Longum p. 179.

[c] Ἡδύς] Quicunque Atticorum urbaniores dici haberique volebant, quem *stolidum et fatuum* dicere verebantur, leni blandoque nomine ἡδὺν, γλυκὺν, εὐήθη, χρηστὸν appellabant. Plato Euthyd. p. 226. D. Σὺ δὲ ἴσως οὐκ οἴει ὁρᾷν αὐτά· οὕτως ἡδὺς εἶ. Gorg. p. 299. E. Ὡς ἡδὺς εἶ. τοὺς ἠλιθίους λέγεις τοὺς σώφρονας. ubi vide Scholia. Polit. i. p. 414. A. Ἡδὺς γὰρ εἶ, ἔφη· ἀλλὰ πρὸς τῷ μαθεῖν, καὶ ἀπότισον ἀργύριον. Ibid. p. 418. E. Εἰκός γ', ὦ ἥδιστε. vii. p. 485. F. Hipp. Maj. p. 103. F. ΙΠ. Πολλὴ γὰρ ἄν μ' ἔχει ἀπειρία καὶ τῆς τούτων φύσεως, καὶ τῆς τῶν παρόντων λέξεως λόγων. ΣΩΚ. Ἡδέως γε, ὦ Ἱππία. Strabo i. p. 94. Lucian. Demosth. encom. p. 508. Suidas: Ἡδύς. εὐήθης. ἐκάλουν δὲ οὕτω καὶ τοὺς ὑπομώρους.

'Ηΐθεος.[d] ἄφθαρτος πρὸς γυναῖκας.
'Ημεδαπός.[e] ἡμέτερος πολίτης.

Platonis auctoritate hanc vocis notionem confirmat Etymol. M. p. 420. 42. *Suavem hominem* Græcorum imitatione dixit Terent. Phorm. ii. 3. 64. Non minus commendationis habet γλυκὺς hac potestate. Hipp. Maj. p. 98. E. Ὡς γλυκὺς εἶ, φήσει, ὦ Σώκρατες. Hesychius: Γλύκων. ὁ εὐήθης. ex Aristophanis Eccles. 977. ubi male pro nomine proprio habetur. Inprimis autem Plato vocem εὐήθης hac potestate frequentavit. Sophist. p. 169. C. ὁ μὲν γὰρ εὐήθης αὐτῶν ἐστὶν, οἰόμενος εἰδέναι ταῦτα ἃ δοξάσει. Euthyd. p. 218. B. οὕτως ἔτι νέος τε καὶ εὐήθης ἐστι. Charmid. p. 239. B. οὐ γάρ πω οὕτω γε ἦν εὐήθης. Polit. i. p. 416. E. ὦ εὐηθέστατε Σώκρατες. Omitto plura. Vide Wass. et Duker. ad Thucyd. Lib. iii. 83. Denique et χρηστὸς de *simplice* et *fatuo* usurpari solet. Plato Theæt. p. 124. C. Οὗτος δὴ ὁ Σωκράτης ὁ χρηστός. Phædr. p. 352. B. Χρηστὸς εἶ, ὅτι με ἡγῇ ἱκανὸν εἶναι τὰ ἐκείνου οὕτως ἀκριβῶς διϊδεῖν. Atticus apud Euseb. P. E. xv. p. 799. ἐκεῖνος μὲν γὰρ καὶ πάνυ χρηστός ἐστι. Plura Des. Herald. ad Tertullian. Apolog. p. 34. Hæc omnia primum per ironiam dicta, mox etiam extra ironiam, eam, quam diximus, significandi vim retinuerunt. Sed hæc via nos nimis longe duceret.

[d] 'Ηΐθεος] Legg. viii. p. 647. E. οἳ κατὰ μεγάλας ἀγέλας γενηθέντες, μέχρι μὲν παιδογονίας ἠΐθεοι καὶ ἀκήρατοι, γάμων τε ἄγνοὶ ζῶσιν. xii. p. 688. D. πρώτους δὲ προιέναι τοὺς ἠϊθέους, τὴν πολεμικὴν σκευὴν ἐνδεδυκότας ἑκάστους. ubi vide Scholiasten. Simonides Anthol. L. iii. p. 376. Ἡ καὶ Τίμαρχον γλυκερῆς αἰῶνος ἀμέρσας 'Ηΐθεον, πρὶν ἰδεῖν κουριδίαν ἄλοχον. Eustath. ad Il. Σ. p. 1166. et Valckenar. ad Euripid. Phœniss. 952. Cyrillus Lexico Ms. 'Ηΐθεος. ὁ ἄπειρος γάμου, ἢ νεώτερος ιδ' ἐτῶν. in quo ipsi parum convenit cum Etymol. M. p. 422. 40. 'Ηΐθεος. ὁ ἄπειρος γάμου νέος, ἀπὸ ἐτῶν δεκατεσσάρων ἕως δεκαοκτώ. Sed et hi termini angustiores sunt, quam ut iis τοῦ ἠϊθέου ætas definiri debeat; præsertim cum *cælibes* etiam sic appellentur. Legg. ix. p. 662. A. ἠΐθεον δὲ, ἢ καὶ γεγαμηκότα ἄπαιδα τελευτῆσαι. Dionys. Halic. A. R. Lib. ii. p. 96. et Quinctilian. Inst. Orat. i. 6. p. 46. Ceterum ex laudato Platonis loco, ubi ἠΐθεοι et γάμων ἄγνοὶ junguntur, facile fuerit, medelam afferre laboranti Hesychio: 'Αγνοδοχεῖς. οἱ ἠΐθεοι. vel, ut corruptius legitur in Lexico Sangerm. Ms. 'Αγνοδικεῖς. οἱ θεοί. Scribendum: 'Αγνολεχεῖς, οἱ ἠΐθεοι. Iidem simili ratione ἄφθορσι dicuntur: qua ipsa voce ad ἠΐθεος explicandum usus est Hesychius. Chrysippus apud Gellium xiv. 5. Παρθένος δὲ εἶναι λέγεται κατὰ σύμβολον τοῦ ἀδιάφθορος εἶναι. Artemidor. v. p. 269. μέχρι ἄφθορος ἦν, λαμπρῶς καὶ ἐπιφανῶς τῇ ἀθλήσει ἐχρήσατο, χρησάμενος δὲ ἀφροδισίοις, ἀδόξως κατέλυσεν. Porphyrius de Abst. Anim. iv. p. 174. θήλεια μὴ δεξαμένη εἰς ἑαυτὴν ἀναθυμίασιν σπέρματος, ἄφθορος λέγεται. Vetus lapis, editus a Reinesio Inscript. Class. xi. 13. p. 613. et nuper repetitus a Donio Inscr. Class. iv. n. 58. Muratorio p. cmliii. 8. et Maffeio Mus. Veronens. p. cccxvi. 2. Φλάουιος Τερπνὸς κιθαρῳδὸς 'Αλεξανδρεὺς ἐτῶν κγ' ἄφθορος. *Flavius Terpnus, citharœdus, Alexandrinus, annorum* xxiii. *investis.* Sic marmor vertendum est. Inepte Muratorius reddit, Flavius Jucundus, etc. *incorruptus:* quanquam *incorruptus,* quod ille e diobolari Lexico arripuit, sic etiam dicitur a Cicerone Orat. 19. Glossæ Philoxeni: *Investis,* ἄφθορος. Vide Is. Casaubonum ad Appulei. Apolog. p. 179. Sed hæc præter institutum. Vix operæ est monere, Timæi glossam a Suida esse descriptam.

[e] 'Ημεδαπός] Theag. p. 9. C. καὶ ὁ ἡμεδαπὸς 'Αμφίλυτος. *Amphilytus nostras.* Aristophan. Pace v. 219. Ὁ γοῦν χαρακτὴρ ἡμεδαπὸς τῶν ῥημάτων. quod ab eo mutuatus est Philostrat. Icon. ii. 32. p. 857. καὶ ἡ φωνὴ οὐκ ἀπὸ τοῦ ἡμεδαποῦ τρόπου. Callimach. Fragm. 152. Ἡ ἀπὸ 'Ασσυρίων ἡμεδαπὴ στρατιή. Lucian. Phalar. prior. p. 198. ἀλλὰ Περίλαος ἦν τις ἡμεδαπός. Synes. Dion. p. 48. C. Epist. 147. p. 286. Ἡμεδαπὸς et ἐγχώριος junxit Heliodor. Lib. x. p. 472. Lexicon. Rhetor. Ms. Ἡμεδαπή. ἡ οἰκεία χώρα, καὶ πατρὶς, ὥσπερ 'Αλλοδαπὴ, ξένη καὶ ἀλλοτρία. Hanc vocem Mœris p. 178. Atticis tribuit, et princeps Atticistarum, Phrynichus p. 162. exemplo suo confirmat. Multo rarius ὑμεδαπὸς occurrit. Clemens Alex. Protr. p. 35. τῆς δὲ ὑμεδαπῆς ἀπωλείας ἐχόμενοι. Athenæus ix. p. 366. A. οὐχ ὡς ὑμεδαποὶ 'Αθηναῖοι. Ceterum mirari subit, ἡμεδαπὸς inter eas voces, ex quibus obscuritas nascatur, referri a Theone Progymn. cap. 13. p. 141. ὅταν καινὸν, ἢ

Ἡπίαλος.[f] ὁ ῥιγοπύρετος.
Ἧπου. ἄραγε, μονονουχὶ, αὐτίκα μάλα.
Ἥσχαλλον.[g] ἐδυσχέραινον.
Ἤτριον.[h] τὸ τοῦ ὑφάσματος πλέγμα.
Ἦτρον.[i] ὁ μεταξὺ ὀμφαλοῦ τε καὶ αἰδοίου τόπος,

——— ——— ——— ἔνθα μάλιστα
Γίνετ' Ἄρης ἀλεγεινὸς ὀϊζυροῖσι βροτοῖσιν.

σφόδρα παλαιὸν, ἢ ξένον ἢ τὸ γεγραμμένον· οἷον, ἡ ποδοκάκκη, καὶ ἡ ἡμεδαπή. Sed locus magnum mendum continet. Legendum: οἷον, ἡ ποδοκάκκη, καὶ ἡ ἡμιδανάκη. Ut ποδοκάκκη vetustum, sic δανάκη peregrinum vocabulum est. Hesychius: Δανάκη. νομισμάτιόν τι βαρβαρικὸν, etc. Idem: Ἡμιδανάκιον. νόμισμα ποιόν. Notissimum est Callimachi Fragm. 110. non ex Hecale, ut viri docti credunt, sed ex Αἰτίοις ductum: ὄγε τέθμιον οἴσεμεν ἄλλους Ἐν στομάτεσσι νεὼς Ἀχεροντείας ἐπίβαθρον, Δανάκην. ubi vide Bentleium.

[f] Ἡπίαλος] Phrynichus Ms. Ἡπιάλης. ὁ ἐπιπίπτων καὶ ἐφέρπων τοῖς κοιμωμένοις δαίμων· τὸ δὲ Ἡπίαλος διὰ τοῦ ο μικροῦ, ἕτερόν τι σημαίνει, τὸ καλούμενον ῥιγοπύρετον. Theognis v. 174. Alciphron Lib. iii. Epist. ult. Brodæus ad Anthol. L. i. p. 87. et qui indicantur ad Hesych. in v. In Platone hanc vocem quærant alii. Glossulam transcripserunt Photius Lex. Ms. et Suidas.

[g] Ἥσχαλλον] Ex Herodot. Lib. iii. 152. ὁ Δαρεῖός τε ἤσχαλε, καὶ ἡ στρατιὴ πᾶσα. Lib. ix. 117. καὶ ἤσχαλον οἱ Ἀθηναῖοι ἀπὸ τῆς ἑωυτῶν ἀποδημέοντες. Euripid. Iphig. Aul. v. 920. Ἐπίσταται δὲ τοῖς κακοῖσί τ' ἀσχαλᾶν, Μετρίως τε χαίρειν τοῖσιν ἐξωγκωμένοις. Aristid. Tom. i. p. 286. ὅτι οὖν μειζόνως ἀπορεῖν καὶ ἀσχάλλειν. Alciphron Lib. iii. Ep. 19. Aristænet. Lib. i. Ep. 15. p. 108. Multa prætermittimus, ne ipsa copia lectoribus molesti simus.

[h] Ἤτριον] Phædr. p. 353. F. ἀλλ' ὦ δαιμόνιε ἴδε καὶ σὺ, εἰ ἄρα καὶ σοὶ φαίνεται διεστηκὸς αὐτῶν τὸ ἤτριον, ὥσπερ ἐμοί. ubi Hermias Scholiis MStis: Ἤτριον λέγεται τὸ εὐφυὲς (l. εὐϋφὲς) ἱμάτιον καὶ ἀραιὸν, ὅπερ φαίνεται μὲν εὐφυὲς, (εὐϋφὲς) τῷ δὲ κατανοοῦντι διεστηκός ἐστι καὶ ἀραιὸν καὶ οὐκ εὐπαγὲς, ἀλλὰ ταχέως διαῤῥηγνύμενον. Mendosissime apud Hesychium scribitur: Ἤτριον. ὑψηλὸς ἔλαφος. ubi scribendum: Ἤτριον. ὕφος λεπτόν. ut est v. Ἄτριον. Inde apud Hippocrat. ἐξητριάζειν, *vinum per saccum, e tenui linteo confectum, colare:* de quo Adr. Heringa Observ. cap. 20. p. 168. Εὐήτριον ὕφασμα est Politic. p. 192. D. ubi vide Scholia. Quod inde excerpsit Pollux vii. 35. Herodianus de vocibus Atticis necdum editus: Ἔντριος χιτών. ὁ λεπτὸς καὶ εὐϋφής. Lege: Εὐήτριος. Strabo xv. p. 1016. Ἐκ τούτου δὲ Νέαρχος φησὶ τὰς εὐητρίους ὑφαίνεσθαι σινδόνας. quem descripsit Eustath. ad Dionysii Perieg. 1107. Themistius Or. xx. p. 237. C. Χιτῶνα ἠμφίεστο λεπτὸν καὶ εὐήτριον. Pollux x. 42. στρωμνὴ εὐήτριος. Vide Eustath. ad Il. T. p 1182. Casaubon. ad Athen. iii. 18. p. 188. Salmas. ad Simm. Rhod. Ov. p. 165. et Valckenar. ad Euripid. Phœniss. 1727. ut alios taceam.

[i] Ἦτρον] Hanc descriptionem Timæus mutuatus est ab Homero Il. N. 567—569. Μηριόνης δ' ἀπιόντα μετασπόμενος βάλε δουρὶ Αἰδοίων τε μεσηγὺ καὶ ὀμφαλοῦ, ἔνθα μάλιστα etc. Glossa pertinet ad Phædon. p. 402. fin. ἤδη οὖν σχεδόν τε αὐτοῦ ἦν τὰ περὶ τὸ ἦτρον ψυχόμενα. Lexicon Rhetor. Ms. Ἦτρον. τὸ ὑπογάστριον οὕτως καλεῖται. μέμνηται Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Κόνωνος. Locus est p. 690. Vide Pollucem ii. 170. Moeridem p. 178. et reliquos Grammaticos. Pro ἦτρον sæpe male scribitur ἔτρον, ut apud Philonem Tom. i. p. 45. 57.

Θ.

Θαλλός.[a] πᾶν τὸ θάλλον. κυρίως δὲ ὁ τῆς ἐλαίας κλάδος.

[a] Θαλλός] Legg. xii. p. 686. F. στέφανον δὲ τὸ νικητήριον ἑκάστοις εἶναι θαλλοῦ. Ibid. p. 688. A. στεφανῶσαι θαλλῷ. Phædr. p. 338. C. σὺ μέντοι δοκεῖς μοι τῆς ἐμῆς ἐξόδου τὸ φάρμακον εὑρηκέναι. ὥσπερ γὰρ οἱ τὰ πεινῶντα θρεμματα θαλλὸν ἤ τινα καρπὸν προσείοντες ἄγουσι, σὺ ἐμοὶ λόγους οὕτω προτείνων ἐν βιβλίοις, τήν τε Ἀττικὴν φαίνῃ περιάξειν ἅπασαν καὶ ὅποι ἂν ἄλλοσε βούλῃ. Sic pro καρπὸν προσιόντες ἄγουσι legendum docuit Criticorum princeps, Is. Casaubonus ad Athen. Lib. i. cap. 19. p. 59. Hac loquendi formula cum nihil fingi possit venustius, juvat, quicquid Casaubonus in ea explicanda reliquum fecit, in medium proferre. Θαλλὸν προσείειν proprie est *viridem fruticem pecori ostentare, et subinde quatere, ut gregem ad sequendum prolicias, et, quocunque velis, ducas.* Idem aliis etiam modis effertur, θαλλὸν προσφέρειν, προδεικνῦναι, προτείνειν, θαλλῷ ἕλκειν, ἄγειν, ἀπὸ θαλλοῦ περιάγειν. Dio Chrysost. Orat. lxv. p. 604. D. ἀλλ' ἐνίοις ἀπὸ θαλλοῦ περιάγοντες, ὥσπερ τὰ πρόβατα. Philostrat. Vit. Sophist. L. ii. cap. 10. p. 587. Τούτῳ ἀμφορέα μέν τις οἴνου προσάγων, ἢ ὗψα, ἢ ἐσθῆτα, ἢ ἀργύριον, εὐμεταχειρίστῳ ἐχρήσατο, καθάπερ οἱ τὰ πεινῶντα τῶν θρεμμάτων τῷ θαλλῷ ἄγοντες, ubi quis non miretur Olearii inscitiam cum pari negligentia conjunctam? Nam primum θαλλῷ vertit *pedo:* quem ipsum errorem in Athenæi interprete castigarat Casaubonus l. c. Tum Platonis fontem, ex quo Philostratum hausisse perspicuum est, prorsus ignoravit. Platonem etiam imitatus est Themist. Orat. vii. p. 92. C. ὑπὸ τοῦ Κωνσταντίνου προσιόντος, καὶ τοὔνομα τοῦτο ἀναισχύντως προϊσχομένου ὥσπερ θαλλὸν, ἀφαιρέθη τὴν συνήθη τρυφὴν, etc. Dicerisne, librarios ad hanc locutionem ex omnibus libris expellendam conjurasse? Themistius haud dubie scripserat προσείοντος· quanquam fateor, ne sic quidem locum perpurgatum esse. Orat. xvi. p. 210. A. προσείων ὥσπερ θαλλὸν τὴν βασιλέως φιλανθρωπίαν, ἦγε τιθασσοὺς καὶ χειροήθεις, μονονοὺ τὼ χεῖρε περιαγαγὼν εἰς τοὐπίσω. ubi Dionys. Petavius satis vertendo prodidit hujus formulæ ignorationem. Eadem, quæ Themistio, medicina adhibenda est Libanio Opp. Tom. ii. p. 549. καί τοι καὶ διὰ γραμμάτων ἐκάλουν προσιών· ὥσπέρ τινα θαλλὸν τὸ διὰ τῶν δικῶν χρυσίον. Lege, et interpunge: καί τοι καὶ διὰ γραμμάτων ἐκάλουν, προσείων ὥσπερ τινα θαλλὸν, τὸ διὰ τ. δ. χρυσίον. Idem Opp. Tom. i. p. 642. A. οὗς ὁ μισθὸς ἐπὶ πᾶν χωρίον εἵλκεν, ὥσπερ ὁ θαλλὸς τὰ πεινῶντα πρόβατα. Epist. 212. Δοκεῖ δέ μοι, μήδ' ἂν δέξασθαι τὴν διοίκησιν, εἰ μὴ τούτῳ εἵλκετο τῷ θαλλῷ. in quibus exponendis, non miramur, hominem Græcæ linguæ mediocriter peritum, J. C. Wolfium, aberrasse. Aliquando Græci simpliciter dicunt προσείειν τι, omissa voce θαλλόν. quod nec ipsum doctissimi viri satis intellexisse videntur. Ælian. H. A. Lib. i. cap. 29. Ἤδη δὲ καὶ ἐν ἡμέρᾳ θήρατρα ἕτερα τοῖς ὄρνισι προσείει μωκωμένη. Ita hic locus legendus est ex Cod. Mediceo. Quod Abr. Gronovius nuper ex conjectura, ut videtur, recepit προσσείει, agnoscit Codex Augustanus, cujus excerpta inspeximus apud virum egregium, et in amicos summe officiosum, Francisc. Oudendorpium. Sed tamen, ut diximus, emendandum est προσείει. Singularis et animadversione dignus est locus Thucydidis Lib. vi. 86. τὸ γὰρ πρότερον ἡμᾶς ἐπηγάγεσθε, οὐκ ἄλλον τινὰ προσείοντες φόβον, ἢ, εἰ περιοψόμεθα ὑμᾶς ὑπὸ Συρακουσίοις γενέσθαι, ὅτι καὶ αὐτοὶ κινδυνεύσομεν. ubi dubitat Dukerus, V. C. utrum φόβον προσείειν ab hac ratione, quam explicuimus, ductum sit, an ab iis, qui gladios hastasque vibrant. Prius verissimum esse, satis ostendit ἐπηγάγεσθε. Ex quo clarum est, hanc locutionis vim esse: *objecto et ostentato metu, qui aliunde immineat, ad suas partes traducere.* Cum hæc ita in chartam conjecta legisset admirabilis ille humaniorum literarum magister, Ti. Hemsterhusius, sic ea, pro suo erga me, meaque omnia studio, supplenda et exornanda duxit: ‘Commodum illud Augustini Tract. xxvi. in Joh. Evang. *Ramum viridem ostendis ovi, et trahis illam.* Egregie Casaub. quanquam Athenæi locus cum iisdem vitiis descriptus est ab Eustath. ad Od. Λ. p. 1703. v. 10. Themistius

Θέρμη.[b] ὁ πυρετός.
Θαύματα.[c] νευροσπάσματα.

minima mutatione sic refingendus: ὑπὸ τοῦ Κωνσταντῖνον προσείοντος, καὶ τοὔνομα τοῦτο ἀναισχ. etc. Procopium intelligit, qui, arrepto imperio, Constantinum se genere contingere præ se ferebat, ejusque nominis illecebra Constantinopolis cives adlectatos ductabat. Audacior quidem orationis figura, sed quæ tamen Æliano itidem corrupto non displicuit, Ep. xvi. σὺ δέ μοι καὶ αὐλητρίδας προσείεις (editur προσίῃς· uterque interpres, quasi ad προσίημι pertineret, hic, *adhibebis*, ille, *admoves*, Latine verterunt) καὶ ᾠδὰς, ὦ καταγέλαστε. Ab eadem ratione factum, ut hæc macula novissimum etiam Clementis Alex. editorem fefellerit Strom. ii. p. 487. v. 35. καθάπερ οἱ ἀπελαύνοντες τὰ θρέμματα θαλλοὺς προσιέντες. Vere Med. C. in altero Æliani loco προσείει· verborum, quæ sequuntur, integra sunt a doctis viris vexata; verum ulcus prætervisum, quod equidem ita legendo sanari posse arbitror: προσείει μωκωμένη, καὶ ἄλλοτε ἄλλην ἰδέαν προσώπου στρέφουσα, ὑφ' ὧν αἱροῦνται, καὶ παραμένουσιν ἐννεοὶ πάντες ὄρνιθες, ᾔρημένοι δέει καὶ μάλα γε ἰσχυρῷ, ἐξ ὧν ἐκείνη μορφάζει. δέος intellige *stuporem*, ut sæpe alibi. Ceterum in tertio ejusdem Scriptoris loco de Anim. vii. 13. pro, τὰ δὲ τελευταῖα ὑποσείων ἄρτους τε καὶ μάζας, multo malim προσείων, vel, quod aptius structuræ congruit, προέσειεν, προὔσειεν. Eadem labe liberatus est ab Æm. Porto, ceteroqui Critico sane non acutissimo, Ælianus apud Suid. in Γοργώ. Hac medicina, fuit, quum opinarer indigere Lucianum Hermot. T. i. p. 810. 82. θαλλῷ προδειχθέντι ἀκολουθεῖν ὥσπερ τὰ πρόβατα· magis proprium et nitidius videbatur προσεισθέντι· verum etsi rarior, usus tamen idem obtinet in προδεῖξαι. Basil. Ep. i. p. 70. B. ὥσπερ τι θρέμμα θαλλῷ προδεικνυμένῳ ἑπόμενος. Hinc δελεάσματα προδεικνῦναι apud Themist. p. 271. C. et tyranni, ut plebem lactent, initio consueverunt προδεικνῦναι χρεῶν ἀποκοπὰς etc. p. 95. C. quæ sunt a Platone ducta prope finem Lib. viii. Πολιτ.' Hactenus ille. Toupius Emend. in Suid. T. iii. p. 123. hac mea et Hemsterhusii disputatione adjutus, bene vidit, in Æliano H. A. xvii. 22. legendum esse: θέλγων τὴν ἀκοὴν ὕμνῳ τινὶ γαμικῷ, προσείοντι Σειρῆνας. ut iv. 16. Σειρῆνας εἰς τὸ ἐφολκὸν προτείνει τῶν ἄλλων. At idem ad Theocrit. Eid. x. 71. p. 396. perperam huc trahit Asclepiadis Epigramma Anthol. vii. p. 587. Τῷ θαλλῷ Διδύμη με συνήρπασεν· ὤμοι· ἐγὼ δὲ Τήκομαι, ὡς καρὸς πὰρ πυρὶ, κάλλος ὁρῶν. Lege: Τὼ 'φθαλμὼ Διδύμης με συνήρπασαν. *Cynthia prima suis miserum me cepit ocellis.* Cum Timæo congruunt Suidas et Cyrillus Lexic. Ms.

[b] Θέρμη] Timæus, ut opinor, θέρμα scripsit: ut est in Theætet. p. 129. E. Οἷον θέρμα· ἆρ' ὅταν τις οἰηθῇ ἰδιώτης αὐτὸν πυρετὸν λήψεσθαι, καὶ ἔσεσθαι ταύτην τὴν θερμότητα. Neutrum τὸ θέρμα ex Aristophane laudat Pollux iv. 186. ex Menandro Lexicon Regium Ms. quod Phavorinus in v. descripsit: Θέρμη καὶ Θέρμα. Φερεκράτης· Σκέψαι δέ μου Τὸ μέτωπον, εἰ θέρμην ἔχουσα τυγχάνω. καὶ Μένανδρος· Βουβὼν ἐπήρθη τῷ γέροντι, θέρμα τ' Ἐπέλαβεν αὐτόν. Οὐκ εὖ τοίνυν οἱ λέγοντες, ὅτι Θέρμα μὲν ἡ πυρεκτικὴ, Θέρμη δ' ἡ πόλις. Menandri locum in usus suos convertit Ælianus Epist. 2. sed θέρμα notiore θέρμη commutans. Ex iis, quæ diximus, satis intelligitur, falli Phrynichum, perdoctum cetera Grammaticum, de Dict. Att. p. 146. sic scribentem: Θέρμα. οὕτως ὁ Μένανδρος διὰ τοῦ α, ἀλλ' οὔτε Θουκυδίδης, οὔθ' ἡ ἀρχαία κωμῳδία, οὔτε Πλάτων· θέρμη δέ. Recte ait, Thucydidem θέρμη dixisse ii. 49. πρῶτον μὲν τῆς κεφαλῆς θέρμαι ἰσχυραὶ ἐλάμβανον. quem imitatur scriptor incertus apud Suid. v. Ἰσχυράν. At male negat, θέρμα apud veteres Comicos et Platonem reperiri. Latini etiam *calorem* pro febre dicunt, ut Tibullus iv. 11. 2. ubi vide Heynium nostrum.

[c] Θαύματα] Sic ex conjectura emendavimus. Nam Codex Ms. vitiose præbebat: Θραύματα. νεβροσπάσματα. Una litera emendatius Photius Lexic. Ms. Timæum nostrum pro more compilans, et Etymol. M. p. 454. 16. Θραύματα. νευροσπάσματα. Θαύματα, quæ Latini *miracula* vocant, sunt *præstigiæ circulatorum, imagunculas nervis moventium, ut imperitum populum stupore defigerent.* Vide Is. Casaubonum ad Theophrast. Char. cap. 6. p. 181. Th. Gatakerum ad M. Antonin. vii. §. 3. p. 207. et Interpretes ad Diodor. Sic. Excerpt. p. 607. Plato Polit. vii. p. 480. init. παρ' ἣν ἴδε τειχίον παρῳκοδομημένον, ὥσπερ τοῖς θαυματοποιοῖς πρὸ τῶν ἀνθρώπων πρόκει-

Θεηπολεῖν.[d] θεῶν εἰκόνας ἔχοντα περιπολεῖν, ἀργύριον εἰσπρασσόμενον.

Θεσμοθέται.[e] νομοθέται ἢ νομοφύλακες.

Θόλος.[f] οἶκος περιφερὴς, ἐν ᾧ οἱ Πρυτάνεις συνειστιῶντο. Πρυτανεῖον δὲ ὠνόμασται, ἐπεὶ πυρῶν ἦν ταμιεῖον.

ται τὰ παραφράγματα, ὑπὲρ ὧν τὰ θαύματα δεικνῦσιν. Legg. i. p. 573. C. θαῦμα μὲν ἕκαστον ἡμῶν ἡγησώμεθα τῶν ζώων θεῖον, εἴτε ὡς παίγνιον ἐκείνων, εἴτε ὡς σπουδῇ τινὶ ξυνεστηκός. οὐ γὰρ δὴ τοῦτό γε γινώσκομεν· τόδε δὲ ἴσμεν, ὅτι ταῦτα τὰ πάθη ἐν ἡμῖν οἷον νεῦρα ἢ μήρινθοί τινες ἐνοῦσαι, σπῶσί τε ἡμᾶς, καὶ ἀλλήλαις ἀνθέλκουσιν, ἐναντίαι οὖσαι, ἐπ' ἐναντίας πράξεις. quem locum ob oculos habuit Philo T. ii. p. 12. laudavit Eustath. ad Il. Ψ. p. 1333. et explanarunt Casaubon. ad Pers. Sat. v. p. 434. et Muretus Operum Tom. iii. p. 534. Legg. ii. p. 578. A. οὐ θαυμαστὸν δὲ, εἴτις καὶ θαύματα ἐπιδεικνὺς, μάλιστ' ἂν νικᾷν ἡγοῖτο. Juncus apud Stob. p. 873. καθάπερ ἐπὶ σκηνῆς, ἤ τινος ἀγορᾶς, ἐν ᾗ δεικνύουσιν οἱ θαυματοποιοὶ τὰ θαύματα. Philo T. i. p. 28. ἃ δὴ πάντα, καθάπερ ἐν τοῖς θαύμασιν ὑπὸ τοῦ ἡγεμονικοῦ νευροσπαστούμενα, τότε μὲν ἠρεμεῖ, τότε δὲ κινεῖται. Dio Chrys. Orat. viii. p. 132. A. πολλῶν δὲ θαυματοποιῶν, θαύματα ἐπιδεικνύντων. Orat. xx. p. p. 264. B. τὸν δὲ ὀρχούμενον, τὸν δὲ θαῦμα ἀποδιδόμενον. Maxim. Tyr. Diss. xxi. p. 247. Ἤδη δέ τις καὶ ἐπὶ γελοίου χρείᾳ παρελεύσεται, καὶ ἄλλος ἐπὶ θαυμάτων. Diss. xxxv. p. 413. Sæpe θαῦμα ad alias præstigias transfertur. Plato Sophist. p. 154. B. Τί ποτ' οὖν εἴη τὸ τῆς σοφιστικῆς δυνάμεως θαῦμα; Legg. vii. p. 634. A. θαύματα ὄντες τοπολὺ, σμικρὰ δὲ ἀληθείας ἄττα μετέχοντες. Euripid. Bacch. v. 1061. et Ælian. H. A. Lib. v. cap. 2. Qui has ludicras artes exercebant, θαυματοποιοὶ dicebantur. Plato Sophist. p. 156. A. Ipsa ars, θαυματοποιΐα. Sophist. p. 151. F. 169. E. Polit. x. p. 514. A. θαυματουργία, Legg. ii. p. 582. G. θαυματουργεῖν, Tim. p. 547. E. Sed ab his neurospastis omnino distinguendi sunt ii, qui *αὐτόματα, aliaque opera mechanica conficiebant*, θαυματοποιοὶ et ipsi appellati. De quibus Manetho iv. 438. Μηχανικοὺς τεύχει τε καὶ ὀργανοπήκτορας ἄνδρας, Τεκτοσύνης τ' ἄρχοντας, ἴδ' αὐτοδίδακτα τέχνῃσιν Θαύματα δαιδάλλοντας. Vide Hemsterh. ad Polluc. vii. 189. Hanc mirabilium machinarum construendarum rationem, quæ olim Mechanices pars erat, elegantissime tradidit Hero Alexandrinus, cujus Θαυματοποιητικὰ vel Αὐτοματοποιητικὰ extant inter Veteres Mathematicos Paris. 1693. fol. editos.

[d] Θεηπολεῖν] Verbum θεηπολεῖν, vel, ut in Editionibus vulgatis legitur, θεοπολεῖν, Platoni proprium est, nec ullum ejus exemplum apud alios scriptores reperitur. Legg. x. p. 674. D. ὃς ἐλάττω τε εἰς θεοὺς αὐτῶν τοὺς πολλοὺς ἔργῳ καὶ λόγῳ πλημμελεῖν ἂν ποιοῖ, καὶ δὴ καὶ ἀνοήτους γίγνεσθαι ἧττον, διὰ τὸ μὴ ἐξεῖναι θεοπολεῖν παρὰ νόμον. Ex Timæi explicatione intelligitur, θεηπολεῖν fere idem esse, quod ἀγείρειν τῷ θεῷ, de quo ad v. Ἀγείρουσαν, p. 9. Ceterum in Timæo verbum ἔχοντα, quod librariorum culpa exciderat, revocavimus, secuti Photium Lexico Ms. Suidam, et Etymol. M. p. 444. 27. qui sic in suis Timæi exemplis scriptum repererunt. Photii etiam hæc glossa est: Θεοπολεῖν. τὸ περὶ θεοὺς ἀναστρέφεσθαι.

[e] Θεσμοθέται] Tim. p. 531. D. διαθεσμοθετήσας δὲ πάντα αὐτοῖς ταῦτα. Ipsum nomen θεσμοθέται, culpa fortasse mea, non annotavi ex Platone. Glossam a Timæo mutuatus est Suidas.

[f] Θόλος] Apolog. p. 365. C. οἱ τριάκοντα αὖ μεταπεμψάμενοί με πέμπτον αὐτὸν εἰς τὴν Θόλον. et mox: ἀλλ' ἐπειδὴ ἐκ τῆς Θόλου ἐξήλθομεν. Frequens τῆς Θόλου mentio est apud veteres, tanquam Andocid. de Myster. p. 194. Socrat. Epist. p. 194. et alios, quos Meursius de Ceramico gem. cap. 7. indicavit. Lexicon Rhetor. Ms. Θόλος. τόπος τὶς ἐν τοῖς ἀρχείοις κληθεὶς, διὰ τὸν τρόπον τῆς κατασκευῆς. ἦν γὰρ θολοειδὴς, καὶ ὀροφὴν εἶχε περιφερῆ οἰκοδομητὴν, οὐχὶ ξυλίνην, ὡς τὰ ἄλλα οἰκοδομήματα, λέγεται δὲ θηλυκῶς ἡ θόλος. ex quo Etymologo M. p. 453. 30. qui illud descripsit, pro λιθοειδὲς redde θολοειδὲς, ut Hemsterh. ad Polluc. vii. 174. correxit ex Ulpiano ad Demosth. de F. L. p. 254. Sext. Empiric. adv. Gramm. i. 7. p. 248. ait, θόλος ab aliis masculino genere, ab aliis feminino efferri. Usitatius tamen est ἡ

Θολῶσαι.[g] *θολερὸν ποιῆσαι.*

Θράττει.[h] *ταράττει, κινεῖ.*

Θυηπολοῦσι.[i] *περιπολοῦσι, διὰ θυσιῶν ὑπισχνούμενοι θεοὺς ἐξιλάσκεσθαι.*

Θυήματα.[j] *θυμιάματα. ἄλφιτα δέ ἐστι ταῦτα οἴνῳ καὶ μέλιτι δεδευμένα.*

θόλος, inprimis cum locus, ubi Prytanes epulabantur, significatur. Suidas in paucis a nostro Timæi exemplari differt, hanc exhibens scripturam: *ἐν ᾧ Πρυτάνεις εἱστιῶντο. Πρυτανεῖον δέ τι ἰδίως ὠνόμασται* etc. Sed convenit Photius Lexic. Ms. nisi quod ibi *πῦρ* pro *πυρῶν* male scribatur.

[g] *Θολῶσαι*] Nescio, quo glossa pertineat. Legg. vii. p. 642. A. nomen *ἀναθόλωσις* occurrit: *ἐν τοῖς ἄλλοις δὲ, ἐξέστω θηρεύειν, μὴ χρωμένον ὀπῶν ἀναθολώσει μόνον.* quæ laudat Suidas v. *Ἀναθολώσει. Θολερὸς* etiam non semel in Platone reperias. Phædon. p. 400. D. *ἐντεῦθεν δὲ (ποταμὸς) χωρεῖ κύκλῳ θολερὸς καὶ πηλώδης.* Tim. p. 538. C. *ἀέρος τὸ μὲν εὐαγέστατον, ἐπίκλην αἰθὴρ καλούμενος· ὁ δὲ θολερώτατος, ὁμίχλη τε καὶ σκότος.* Ibid. p. 552. F. *εἰς ὕδατος θυλερὰν καὶ βαθεῖαν ἔωσαν ἀνάπνευσιν.* Hesychius: *Θολερόφρον. μέγα.* Corrige: *Θολερόχρουν. μέλαν.* Pro *θολὸς* et *θολερὸς* veteres etiam *ὀλὸς* et *ὀλερὸς* dixerunt. Phrynichus Ms. *Ἀναθολοῦσθαι. ἀναταράττεσθαι· παρὰ τὸν θολὸν τῆς σηπίας, ὃν οἱ Ἀττικοὶ καὶ χωρὶς τοῦ θ ὄλον λέγουσιν.* Vide Foesium Œcon. Hippocr. v. *Ὅλον.*

[h] *Θράττει*] Vide ad v. *Ἐνθράττειν*, p. 93.

[i] *Θυηπολοῦσι*] Præpositionem *διὰ*, quæ ex Cod. nostro elapsa erat, ex Photio Ms. et Suida restituimus. Polit. ii. p. 424. D. *Βίβλων δὲ ὅμαδον παρέχονται Μουσαίου καὶ Ὀρφέως,—καθ' ἃς θυηπολοῦσι, πείθοντες οὐ μόνον ἰδιώτας, ἀλλὰ καὶ πόλεις, ὡς ἄρα λύσεις τε καὶ καθαρμοὶ ἀδικημάτων, διὰ θυσιῶν καὶ παιδιᾶς ἡδονῶν, εἰσὶ μὲν ἔτι ζῶσιν*, etc. Euripid. Troad. v. 330. *Κατὰ σὸν ἐν δάφναις Ἀνάκτορον θυηπολῶ.* Dionys. Halic. A. R. ii. p. 127. *θυηπολούσας τὲ καὶ τὰ ἄλλα θρησκευούσας κατὰ νόμον. Θυηπολία* est *sacrificium*. Apollon. Rhod. Lib. i. v. 1124. *ἀμφὶ δὲ φύλλοις Στεψάμενοι δρυΐνοισιν θυηπολίης ἐμέλοντο.* Getuli Epigr. editum a Dan. Heinsio Poem. p. 149. *σοὶ τάδε πέμπω Ψαιστία, καὶ λιτῆς δῶρα θυηπολίης.* Myrini Epigr. apud Kuster. ad Suid. v. *Κράντορες· Δεξαμέναι λαμπρῆς δῶρα θυηπολίης.* Philippi Epigr. apud eundem ad Suid. T. ii. p. 289. *ἐπ' εὐιέρους βῆθι θυηπολίας.* Metrodori Epigr. apud Salmas. Exerc. Plin. p. 745. Plutarch. Tom. ii. p. 1102. A.

[j] *Θυήματα*] *Θύημα, θῦμα, θύωμα* non, nisi forma, differunt. Ut *θῦμα* est a *θύω*, sic *θύημα* a *θυέω*, et *θύωμα* a *θυόω*. A *θύω* etiam est *θύλη, θυλάω*· unde ejusdem vox potestatis *θύλημα*. In his omnibus mansit nativa vis verbi *θύω*, quæ est *adolendi*, vel *fiendi*. *Fio* enim (unde *suffio, suffimentum*,) antiquissimi Latini dixere pro Æolum *φύω*, quod ipsum est *θύω*, ut *θίγειν, φίγειν, σκύθος, σκύφος*, etc. Sed insolentiorem illam formam *θύημα*, credibile est, sæpe a librariis in vulgatiorem *θῦμα* esse mutatam. In Platone certe *θυμα* decies legas, *θύημα* ne semel quidem. Politic. p. 183. G. Polit. ii. p. 429. H. Crit. p. 564. A. Legg. v. p. 610. D. vi. p. 626. A. vii. p. 631. G. viii. p. 645. D. x. p. 665. G. 674. E. xii. p. 688. H. Si quis vero, antiquos Grammaticos secutus, *θῦμα* et *θύημα* ita distinguere malit, ut prius sit ampliore significatione, *quicquid immolatur*, posterius contractiore *suffimentum*, vel *farra melle vinoque imbuta; θύημα*, suspicari possit, restituendum esse Legg. xii. p. 691. A. *μὴ βρώμασι καὶ θύμασι τὰς ξενηλασίας ποιουμένους, καθάπερ ποιοῦσι νῦν θρέμματα Νείλου.* Hesychius: *Θυήματα. τὰ ἐπιφερόμενα ἄλφιτα εἰς θυσίαν.* Idem: *Θυάματα. θυμιάματα.* Vide Erotian. h. v. De voce *θύλημα* exquisite disputarunt Is. Casaub. ad Theophr. cap. ii. p. 236. et L. Kuster. ad Aristoph. Plut. v. 600. Ea reddenda videtur Pherecrati apud Clement. Alex. Strom. vii. p. 847. Excerpt. Grotii p. 513. *Εἶτ' ἀλλήλους αἰσχυνόμενοι, Οὐλήμασι κρύπτετε πολλοῖς.* Lege: *Θυλήμασι κρ. π.* id est, *ossa multis libis contegitis*. Idem Pherecrates *θυλήματα* alio loco *θυμέλας* vocavit. Phrynichus Ms. *Θυμέλη. νῦν μὲν θυμέλην καλοῦμεν τὴν τοῦ θεάτρου σκηνήν· καὶ ἔοικε παρὰ τὸ θύειν κεκλῆσθαι ὁ*

Θυραυλεῖν.[k] ἔξω τῶν θυρῶν αὐλίζεσθαι καὶ ἀναστρέφεσθαι. Θῶπες.[l] οἱ μετὰ ψεύδους καὶ θαυμασμοῦ τινὶ προσιόντες ἐπὶ κολακείᾳ.

I.

Ἴδιον.[a] ἰδιωτικόν.

τόπος οὗτος. Φερεκράτης δὲ τὰ θηλύματα, (θυλήματα leg. cum Sallierio) ἅπερ ἐστὶ ἅλφιτα οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ μεμαγμένα, ἃ οὗτος (l. ὡσαύτως) καλεῖ Θυμέλας. Quo referenda est glossa Hesychii: Θυμέλαι. τὰ ἅλφιτα τὰ ἐπιθυόμενα.

[k] Θυραυλεῖν] Hoc verbum proprie dicitur de perdite amantibus, qui, a puellis exclusi, ante fores sub divo pernoctant, παρακλαυσίθυρον cantantes: qua de re Is. Casaub. ad Pers. Sat. v. p. 452. Philo T. i. p. 306. πρὸς δὲ τὰς ἐρωτικὰς μίξεις ἐπειγόμενοι, κωμάζουσι καὶ θυραυλοῦσι. Plutarch. Amator. p. 759. A. ἀλλὰ καὶ παρόντες ἐρῶσι, καὶ ἀπόντες ποθοῦσι· καὶ μεθ' ἡμέραν διώκουσι, καὶ νύκτωρ θυραυλοῦσι. Philostrat. Epist. 53. p. 940. εἰς δὲ θητείαν (Amoris) ὑπήχθη πικρὰν, ἧς ἔργα θυραυλίαι, (sic leg. non θυραυλικὰ) καὶ χαμαικοιτίαι, καὶ ἡ πρὸς θάλπος καὶ χειμῶνα ἀντίταξις. Aristænet. Lib. ii. Ep. 20. Νέος ἐρωτικὸς ἀνήνυτα προσκαρτερῶν καὶ θυραυλῶν, γυναικὶ μέμφεται δεινῶς ἀπειθούσῃ. Has τῶν δυσερώτων θυραυλίας Plato Sympos. p. 319. D. et ex eo Aristænet. l. c. κοιμήσεις ἐπὶ θύραις vocant. Longe pulcherrimus est locus Sympos. p. 328. B. (Ἔρως) χαμαιπετὴς ἀεὶ ὢν, καὶ ἄστρωτος, ἐπὶ θύραις καὶ ἐν ὁδοῖς ὑπαιθρίοις κοιμώμενος. quem rursus Aristænet. l. c. et præter hunc Themist. Orat. xiii. p. 162. D. suos in usus converterunt: σκληρὸς καὶ αὐχμηρὸς, καὶ θυραυλῶν ἐπὶ θύραις, καὶ ἐν ὑπαίθρῳ τὰ πολλά. Sed ejusdem verbi vis tam late patet, ut de omnibus, qui quacunque de caussa foris degunt, dicatur. Plato Politic. p. 176. A. γυμνοὶ δὲ καὶ ἄστρωτοι θυραυλοῦντες ταπολλὰ ἐνέμοντο. Legg. iii. p. 592. E. ποιμένας ἀπεργάζεσθαι μάλα ἰσχυροὺς, καὶ δυναμένους θυραυλεῖν, καὶ ἀγρυπνεῖν. Dio Chrys. Orat. vi. p. 88. B. ἐκεῖνοι μὲν ὀρῶντες ῥιγοῦντα καὶ θυραυλοῦντα, καὶ διψῶντα πολλάκις. viii. p. 131. A. ἐν τῷ Κρανίῳ θυραυλῶν. xxv. p. 281. ἔτι νῦν μαστιγοῦνται Λακεδαιμόνιοι, καὶ θυραυλοῦσι, καὶ γυμνητεύουσι. lx. p. 580. A. Themist. Orat. ii. p. 39. C. vi. p. 81. B. viii. p. 119. D. et alibi. Synes. de Regn. p. 12. C. 15. C. de Insom. p. 150. C. Corrupte Hesychius: Θήραυλος. ἀγρὸς τις. Legendum: Θύραυλος. ἀγρώστης. Vide Stephan. Byzant. v. Αὐλὴ, et Casaubonum Exerc. ii. in Baron. p. 173.

[l] Θῶπες] Theætet. p. 128. E. ὅταν ἐς δουλικὰ ἐμπέζῃ διακονήματα. οἷον, στρωματόδεσμον μὴ ἐπιστάμενος συσκευάσασθαι, μηδὲ ὄψον ἡδῦναι, ἢ θῶπας λόγους. ubi vide Scholia. Quam loquendi rationem, arbitror, Platonem ab Euripide, deliciis suis, sumpsisse. Sic enim ille Syleo, in Excerpt. H. Grotii p. 429. πρόσθε γὰρ κάτω Γῆς εἶσιν ἄστρα, γῆ τ' ἄνεισ' εἰς αἰθέρα, Πρὶν ἐξ ἐμοῦ σοι θῶπ' ἀπαντῆσαι λόγον. Sed eandem etiam ducere potuit ex Epicharmo, cujus hoc fragmentum est apud Polluc. ix. 82. tentatum a Toupio Emend. in Suid. T. iii. p. 259. Καὶ πάντα γιγνώσκοντι τῷ τι λόγῳ. Lege: Καὶ πάντα γιγνώσκοντι θωπὶ λόγῳ. Euripidea laudavit Philo T. i. p. 127. T. ii. p. 53. et imitando expressit T. ii. p. 52. τοὺς θῶπας λόγους ἑτέροις καταλιπών. p. 532. τοὺς θῶπας αὐτοῦ λόγους καὶ κεκομψευμένους ἐπὶ φενακισκῷ. p. 533. λόγους θῶπας καὶ μακρὰς ῥήσεις πεπλασμένων ἐγκωμίων συνείρων. p. 569. παρεσκευασμένοι μὲν θῶπας λόγους. p. 633. Μελετήσασα γὰρ θῶπας λόγους. Damascius apud Phot. p. 1069. ἐθεράπευε τὰ δίκαια, καὶ φιλοσοφίᾳ πρέποντα, ἀλλ' οὐ τὸν θῶπα τρόπον καὶ βάναυσον. Vide Wesselingium ad Herodot. iii. 80. Variata loquendi formula Plato Legg. x. p. 673. B. dixit: πείθουσι θωπείαις λόγων. Suidas, Timæum describens, in fine glossæ adjecit λόγοι, e Platonis contextu. At cum Timæo congruit Photius Lexico Ms. nisi quod τῇ pro ἐπὶ vitiose scribatur.

[a] Ἴδιον] Gorg. p. 290. C. καὶ τὰ πλοῖα πάντα, καὶ τὰ δημόσια, καὶ τὰ ἴδια. Phædr. p. 350. οὐ μόνον ἐν δικαστηρίοις,

Ἰδίειν.[b] ἱδρῦν.

Ἱεράτω.[c] κατὰ νόμον ὀργιαζέτω καὶ θυέτω. Ὀργεῶνες γὰρ οἱ θύται.

Ἱερομηνία.[d] μὴν ἐν ᾧ ἡμέραι εἰσὶν ἑορταστικαί.

Ἱερομνήμονες.[e] οἱ εἰς Πύλον ἐκπεμπόμενοι γραμματεῖς.

καὶ ὅσοι ἄλλοι δημόσιοι σύλλογοι, ἀλλὰ καὶ ἐν ἰδίοις. Polit. ii. p. 425. C. οὐδεὶς πώποτε οὔτ' ἐν ποιήσει, οὔτ' ἐν ἰδίοις λόγοις ἐπεξῆλθεν ἱκανῶς τῷ λόγῳ. Legg. xii. p. 694. A. ἡνίκ' ἂν τῶν ἄλλων πράξεων ἰδίων τε καὶ κοινῶν καὶ μάλιστ' ᾖ τις σχολὴ παντί. Sic centies ἰδία, *privatim*, opponitur δημοσίᾳ, *publice*. Hipp. Maj. p. 95. E. 96. B. Gorg. p. 296. E. Vide Schol. Comici ad Plut. v. 908. et ad Ran. v. 462. et Harpocrat. in v. Hic igitur vocis usus cum tam tritus sit, jure mireris, Mangeium in Philone T. ii. p. 359. ἐν πᾶσι τε χωρίοις ἰδίοις τε καὶ δημοσίοις in ἰδιωτικοῖς τε καὶ δημοσίοις mutasse. Transcripsit glossulam Suidas.

[b] Ἰδίειν] Hoc quoque verbum in Platone abolitum est, glossa ἀνιδρῦν in ejus locum substituta. Tim. p. 545. A. θέρους μὲν ἀνιδρουῦσαν καὶ νοτιζομένην ἔξωθεν, ψύχος κατὰ πᾶν τὸ σῶμα παρέξειν οἰκεῖον. Sic editi libri. Sed bonum factum, quod veteres Codices veram lectionem conservarunt. Nam Tubingensis, Timæo consentiens, habet ἰδιουῦσαν, meus ἐνιδιουῦσαν, pro ἀνιδιουῦσαν, ut puto. Ἰδίειν vetus comœdia, id est, Atticæ linguæ norma, teste Apollonio Lex. Homer. p. 357. frequentissime usurpavit. Ita Aristophan. Ran. v. 239. ὁ πρωκτὸς ἰδίει πάλαι. Pace v. 84. Πρὶν ἂν ἰδίῃς. ubi vide Schol. Avib. v. 792. Οὐκ ἂν ἐξίδισεν ἐς θοιμάτιον. Quo magis miror, illud a Luciano Lexiph. p. 323. tanquam obsoletum rideri. Ipse tamen, oblitus sui, non semel eo usus est, e. g. De merc. conduct. p. 671. Pro laps. in sal. p. 725. Liban. Opp. T. i. p. 330. D. ἐγὼ δὲ ἴδιον, ἐκαλινδούμην, ἔτριβον τὴν κεφαλήν. Plura Adr. Heringa Observ. cap. 6. p. 45. Ἀνιδιτὶ est Legg. iv. p. 601. G.

[c] Ἱεράτω] Etsi nihil a Glossographo nostro discrepant Photius Lex. Ms. Suidas, et Etymol. M. p. 468. 42. malim tamen legere ἱεράσθω. Nam Activum, vereor, ut quisquam veterum scriptorum usurparit. Qua de re, reperto aliquando, ad quem glossa pertineat, loco, liquidius poterit judicari. Grammatici recte tradunt, ἱερῶσθαι dici ea, *quæ Diis consecrantur*: ἱερᾶσθει ii, *qui sacerdotio funguntur*. Quod discrimen non ipsi veteres scriptores, sed interdum eorum librarii, neglexerunt, ut in exemplis *v* quæ Fr. Sylburgius ad Pausan. L. ii. p. 186. collegit. Herodot. ii. 35. ἱρᾶται γυνὴ μὲν οὐδεμίη οὔτε ἔρσενος θεοῦ, οὔτε θηλέης. Frequens verbum est in marmoribus antiquis. Gruter. p. 457. 1. Ποντικὸς Ἀσκληπίου—ἀστυνομήσας, ἱρασάμενος τῇ πατρίδι etc. ubi Reinesius Inscr. Class. i. 243. p. 225. scribit ἱερατευσάμενος, addens, ἱρασάμενος esse ἀδόκιμον. Quod tam docto viro excidisse nollem. Lapis apud Chishullum Ant. Asiat. p. 168. et Murator. Inscr. p. 643. Γαλατῶν ὁ δῆμος ἱρασάμενος Καίσαρι σεβαστῷ. Alius apud Maffeum Mus. Veron. p. 42. Ἁ πόλις Νείραν—Ἀλέξα ἱερασαμένην ἀρετῆς ἕνεκεν θεοῖς. Vide Dukerum ad Thucyd. V. i. et Taylorum ad Marm. Sandvic. p. 17.

[d] Ἱερομηνία] Glossa insititia videtur, ut plures in hac ipsa litera. De ἱερομηνίᾳ, vide, quos laudat Hemsterhus. ad Hesych. Tom. ii. p. 26.

[e] Ἱερομνήμονες] Horum nulla in Platone mentio est. Nec de iis disputare attinet post Th. Reinesium ad Inscr. Class. i. n. 241. p. 223. et Anton. Dalenum Diss. vi. de Antiqu. et Marm. p. 450. Lexicon Rhetor. Ms. et Photius Lex. Ms. Ἱερομνήμονες. οἱ συνθύοντες εἰς τὸ συνέδριον τῶν Ἀμφικτυόνων ἐξ ἑκάστης πόλεως. ὠνομάσθησαν δὲ οὕτως παρὰ τὸ μνημονεύειν τῶν ἱερῶν. ἱερὰ δέ ἐστι τὰ Ἀμφικτυονικὰ δόγματα, καὶ ἱερὸν τὸ συνέδριον τὸ τῶν Ἀμφικτυόνων. Quam glossam cum Etymologus M. p. 468. 50. totidem verbis descripserit, perspicuum est, verba, quæ mediæ glossæ apud Etymol. intrusa sunt, Ἀθηναῖοι ἑορτὴν Διὸς ἄγουσι καὶ Ἥρας, οὕτω καλοῦντες, ad aliam glossam, Ἱερὸς γάμος, pertinere: quod sagacissime vidit Hemsterhus. ad Hesych. T. ii. p. 28. Glossa nostra etiam est apud Photium Lex. Ms. et Suidam, quorum ille pro Πύλον exhibet Πυλαίους, hic Πυλαίαν. Nec multum discrepat Hesychius.

Ἴκταρ.[f] ἐγγύς. εἴρηται δὲ παρὰ τὸ ἐφικνεῖσθαι.
Ἰμᾶν.[g] ἀνέλκειν, ἀνασπᾶν.
Ἰπνοπλάθαι.[h] φουρνοπλάσται.
Ἰνδάλλεται.[i] φαντάζεται.
Ἱππαγρέται.[j] τρεῖς οὗτοι ἐγένοντο ἄρχοντες ἐν Σπάρτῃ.
Ἰσοτελής.[k] ὁ χωρὶς ζημίας ἐπιδημῶν ἴσα τοῖς πολίταις.

[f] Ἴκταρ] Respicit Polit. ix. p. 503. G. Καὶ ταῦτα δὴ πάντα, πρὸς τύραννον πονηρίᾳ τε καὶ ἀθλιότητι πόλεως παραβαλλόμενα, τὸ λεγόμενον, οὐδ' ἴκταρ βάλλει. ubi vide Scholia. Eum locum laudant Zenobius v. 55. Mœris p. 190. et Schol. Luciani ad Lexiph. p. 346. Ælian. H. A. Lib. xv. cap. 29. οὐδὲ ἴκταρ ἔλεγε βάλλειν πρὸς τὸ αὐτῆς κάλλος. Ἴκταρ antiqua vox est, et Tragicis propria, monente Scholiast. Hesiod. ad Θεογον. v. 691. quam nominatim Æschyli auctoritate probat Erotianus in v. Oritur vero haud dubie ab ἵκω, ut ἴθαρ, εἶθαρ ab ἴω vel εἴω. Videndus Adr. Heringa Observ. cap. 20. p. 167. Timæi glossam Lexicis suis inseruerunt Photius Ms. et Suidas.

[g] Ἰμᾶν] Vide sup. Ἀνιμᾶ. Glossam hinc habet Suidas.

[h] Ἰπνοπλάθαι] Glossa referenda est ad Theætet. p. 116. C. εἰ ἀποκριναίμεθα αὐτῷ, πηλὸς ὁ τῶν χυτρέων, καὶ πηλὸς ὁ τῶν κοροπλάθων, καὶ πηλὸς ὁ τῶν πλινθουργῶν, οὐκ ἂν γελοῖοι ὦμεν; Qui locus notandus est ob insignem scripturæ varietatem. Plerique libri lectionem, quam posuimus, habent. At in Editione Basil. secunda pro κοροπλάθων legitur ἰπνοπλαστῶν, in Codice Ms. quo Cornarius in Eclogis p. 191. usus est, ἰπνοπλάθων. Eandem scripturam a Scholiaste in exemplo suo repertam esse, hæc ejus notula ostendit: ἰπνοπλάθων. γράφεται κοροπλάθων. Jam cum Timæus hoc loco ἰπνοπλάθους, et alio κοροπλάθους in Lexicon suum retulerit, id certissimo argumento est, se utramque lectionem sic in Platone suo conjunctam reperisse: πηλὸς ὁ τῶν χυτρέων, καὶ πηλὸς ὁ τῶν ἰπνοπλάθων, καὶ πηλὸς ὁ τῶν κοροπλάθων, etc. Pro ἰπνοπλάθοι et κοροπλάθοι in deterioribus Platonis libris scribitur ἰπνοπλάσται et κοροπλάσται. Timæi Codex, ἰπνοπλάθαι. Sed alteram formam, tanquam magis Atticam, commendant Mœris p. 234. et Thom. M. p. 552. Ἰπνοπλάθος etiam est apud Polluc. vii. 163. et Harpocrat. v. Ἰπνὸς, ubi J. Gronovius nugatur.

[i] Ἰνδάλλεται] Theætet. p. 134. E. τοῦτο γάρ μοι ἰνδάλλεται, διανοουμένῃ, οὐκ ἄλλό τι ἢ διαλέγεσθαι, αὐτὴ ἑαυτὴν ἐρωτῶσα. Polit. ii. p. 431. D. ὡς ἄρα θεοί τινες περιέρχονται νύκτωρ, πολλοῖς ξένοις καὶ παντοδαποῖς ἰνδαλλόμενοι. Legg. xii. p. 693. B. τὸ δὲ σῶμα ἰνδαλλόμενον ἡμῶν ἑκάστοις ἔπεσθαι. Aristophan. Vesp. v. 188. et ibi Scholiast. Aretæus Capp. de Causs. morb. diut. Lib. i. p. 32. καὶ τὰ μὴ φαινόμενα ἄλλῳ, κατ' ὄψιν ἰνδάλλεται. Inprimis hoc verbum poetis placuit, ut Homero Il. P. 20. Apollon. Rhod. i. 1297.

[j] Ἱππαγρέται] Hos equitum præfectos omnium optime describit Xenophon de Rep. Lacedæm. p. 679. D. αἱροῦνται τοίνυν αὐτῶν οἱ Ἔφοροι ἐκ τῶν ἀκμαζόντων τρεῖς ἄνδρας. οὗτοι δὲ Ἱππαγρέται καλοῦνται. τούτων δὲ ἕκαστος ἄνδρας ἑκατὸν καταλέγει, διασαφηνίζων ὅτου ἕνεκα τοὺς μὲν προτιμᾷ, τοὺς δὲ ἀποδοκιμάζει. Sed et Xenophontis, et aliorum scriptorum loca, in quibus eorum mentio fit, collegerunt Jo. Meursius Misc. Lacon. ii. 4. p. 117. et Jo. Albertus ad Hesych. in v. Eosdem ἱππαγρέτας alio nomine παιδαγρέτας dictos esse, ex Hesychio, sed castigato, intelligimus: Παιδαγρέται. ἀρχή τις, ἐπὶ ἱππέων. Vulgo scribitur, Παιλαγρέται. Nam ἵππεις a Lacedæmoniis, sicut erant, ἐφήβοι, κόροι, παῖδες vocabantur: ut equites Romanos *juvenes* appellat Livius ii. 20. ubi vide Drakenborch. Eustathius ad Il. Θ. p. 727. Λάκωνες ἐφήβους, ἵππεις ἐκάλουν, καὶ τοὺς προεστῶτας αὐτῶν, Ἱππαγρέτας. Κόρους vocat Archytas apud Stob. p. 440. cujus locus duplice nomine appositus est: ὥσπερ καὶ ἐν τᾷ Λακεδαίμονι, τοὶ μὲν γὰρ βασιλέες τᾶς μοναρχίας· τοὶ δὲ γέροντες, τᾶς ἀριστοκρατίας· τοὶ δὲ ἔφοροι, τᾶς ὀλιγαρχίας· ἱππαγρέται δὲ καὶ κόροι, τᾶς δαμοκρατίας. Ἱππαγρέτας nusquam a Platone commemorari, mihi videor liquido posse affirmare. Glossographum nostrum expilavit Photius Lexic. Ms.

[k] Ἰσοτελής] Dignus est, qui totus huc referatur, Synesii locus de Insomn.

Κ.

Καὶ τάχει ἴμεν.[a] καὶ ταχέως πορευσόμεθα.
Κάκη.[b] ἡ κακία, ὡς Πλάνη καὶ Ζάλη.
Καραδοκεῖν.[c] τὸ τοῦ πράγματος κεφάλαιον ἐπιζητεῖν, καὶ ἐπισκοπεῖν ὅπῃ χωρήσῃ.
Κατῆρεν.[d] κατέπλευσεν.

p. 146. B. ἐνύπνιον δὲ ὁρᾷ μὲν ὁ πεντακοσιομέδιμνος, ὁρᾷ δὲ ὁ τριακοσιομέδιμνος· ἀλλὰ καὶ ὁ ζευγίτης οὐδὲν ἧττον, ὁ τὴν ἐσχατιὰν ἀπεργαζόμενος, ὥστε ἀποζῆν. ἀλλὰ καὶ ὁ πρόσκωπος, καὶ ὁ θὴς ὁμοίως, ὅ, τε ἰσοτελὴς, καὶ ὁ τιθεὶς τὸ μετοίκιον. Phrynichus Ms. et ex eo Suidas: Ἰσοτελεῖς. οἱ ἴσα τελοῦντες. ἴσα τοῖς ἀστοῖς, ὅ ἐστι τοῖς πολίταις, τέλη διδόντες. quam glossam nescio cujus præpostera sedulitas in Mœridis de Vocibus Atticis libellum intrusit. Lexicon Rhetor. Ms. Ἰσοτελεῖς μέτοικοι. τὰ μὲν ξενικὰ τέλη μὴ τελοῦντες, τὰ δὲ ἴσα τοῖς ἀστοῖς τελοῦντες. De his accurate copioseque Ammonius in v. et Valckenarius Animadv. p. 112. Ἰσοτελῶν nomen in Platone, suspicor, esse deletum.

[a] Καὶ τάχει ἴμεν] Photius Lexic. Ms. sic legit: Καὶ τάχει ἴμεν. κ. τ. πορευόμεθα. At Suidas: Καὶ τάχα ἴμεν. κ. τ. πορευόμεθα. Verum et in his, et in Timæo scribendum: Καὶ τάχα ἴωμεν. καὶ ταχέως πορευώμεθα. Respicitur enim Phædr. p. 342. G. ἀλλὰ περιμείναντες, καὶ ἅμα περὶ τῶν εἰρημένων διαλεχθέντες, τάχα ἐπειδὰν ἀποψύξῃ ἴωμεν. ubi τάχα pro *statim* capere licet, usu apud prosæ orationis scriptores rariore. Vide Lennep. ad Phalarid. Ep. 95. p. 266. Notanda etiam glossa Photii Lexico Ms. Τάχα. ἀντὶ τοῦ ἔπειτα. οὕτως Ἀναξανδρίδης.

[b] Κάκη] Phædr. p. 345. B. βρίθει γὰρ ὁ τῆς κάκης ἵππος μετέχων, ἐπὶ γῆν βέπων τε καὶ βαρύνων. quem locum, monente Nicephoro, sic expressit Synes. de Insomn. p. 140. C. ὥστε καὶ βρίθον ὑπὸ κάκης συγκατασπᾷ τὴν ἐφεῖσαν αὐτῷ βαρυνθῆναι ψυχήν. Hippocrates qui dicitur Ep. 12. p. 329. οἱ δὲ ὑπὸ φιλοδοξίης εἰς ἠέρα ἀναχθέντες, βρίθει κακίης εἰς βυθὸν ἀπωλείας καταφέρονται. Damascius apud Suid. v. Ἀγαθοεργία. ἀπὸ τῆς κάτω βριθούσης παντοίας κακίας. Alios imitatores persequitur Wyttenbachius noster Epist. Crit. p. 48. Phædr. p. 355. F. ὁ δ' οὐκ ἐρεῖ δὴ τὴν ἑαυτοῦ κάκην. Menex. p. 407. G. μηδ' εἰς τοὐπίσω ἀναχωρεῖν, εἴκοντας κάκῃ. Ita locum bene castigarunt Jan. Cornarius in Eclog. p. 553. et H. Stephanus Schediasm. i. 23. Vulgo legebatur, ἥκοντας κάκῃ. Quam locutionem e Platone duxit Ælianus H. A. v. 11. οὐδὲ μὴν κάκῃ εἴκουσι, χωροῦσι δὲ ὁμόσε. Polit. v. p. 463. G. τὸν λιπόντα τάξιν, ἢ ὅπλα ἀποβαλόντα, ἤ τι τῶν τοιούτων ποιήσαντα διὰ κάκην. Legg. v. p. 608. F. viii. p. 647. E. ix. p. 653. A. 663. C. x. p. 674. B. xi. p. 676. F. 678. D. xii. p. 686. E. Euripid. Hippol. v. 1335. Androm. v. 967. Iphig. Taur. v. 676. Aristophan. Av. v. 542. Platonis auctoritate vocem confirmant Mœris p. 224. Photius Lexic. Ms. in Not. ad Hesych. Tom. ii. p. 112. Eustath. ad Il. N. p. 950. et Suid. in v.

[c] Καραδοκεῖν] Ex Herodoto, ut puto, Lib. vii. 163. καραδοκήσαντα τὴν μάχην, ᾗ πεσέεται. Ibid. 168. Rarius compositum διακαραδοκεῖν Diphilo apud Suid. in v. restituit Toupius Emend. in Suid. ii. p. 69.

[d] Κατῆρεν] Καταίρειν dicuntur cum *qui mari navigant*, tum *qui terra iter faciunt*. Hipp. Maj. p. 95. init. ὡς διὰ χρόνου ἡμῖν κατῆρας εἰς τὰς Ἀθήνας. Clearchus apud Athen. Lib. vi. p. 256. E. αἱ δὲ τῶν παρ' ἡμῖν ταῦτα διαδεξαμένων ἐκπεσοῦσαι τῆς ἐξουσίας, κατῆραν εἰς Μακεδονίαν. Dio Chrysost. Orat. xxxvii. p. 456. D. οὐ γὰρ ὡς ἕνα τῶν πολλῶν καὶ κατ' ἐνιαυτὸν καταιρόντων εἰς Κεγχρέας ἐμπόρων. Vetus Grammaticus nondum editus, in Bibl. Sangerm. Κατᾶραι, ἀντὶ τοῦ, ἐλθεῖν. Θεόπομπος. Καταίρειν contrarium est ἀπαίρειν. Plato Phileb. p. 95. fin. οὐ γὰρ δήπου σύγε ἀπαρεῖς πρότερος ἡμῶν. Criton. p. 375. D. ἀλλ' ἐκ μὲν τούτων τῶν πόλεων ἀπαρεῖς, ἥξεις δὲ εἰς Θετταλίαν. Sed utriusque verbi

Κάταγμα.[e] ἐρίου σπάσμα καὶ μήρυμα.
Καταβολή.[f] περιοδικὴ λῆψις πυρετοῦ.
Κατόπιν.[g] μετὰ ταῦτα.
Κεκόμψευται.[h] πεπιθάνευται.

vim tam erudite declaravit Hemsterhusius ad Lucian. Jud. Vocal. p. 83. omnis ut opera nostra supervacanea esse videatur. A Timæo glossulam mutuatus est Suidas.

[e] Κάταγμα] Cod. Ms. mendosissime: Κάταγμα, ἱερὸν πλάσμα καὶ μήρυμα. Bene et emendate Photius Lex. Ms. et Suidas, qui Timæum descripserunt: Κάταγμα. ἐρίου κατάσπασμα, ἢ μήρυμα. nisi quod apud Suidam levi vitio, quod Portus et Kusterus sustulerunt, κατάπασμα scribatur. Glossa fluxit ex Politic. p. 180. E. τῶν περὶ ξαντικὴν ἔργων μηκυνθέν τε καὶ σχὸν πλάτος, λέγομεν εἶναι κάταγμά τι. Sophocles Trachin. 695. Τὸ γὰρ κάταγμα τυγχάνω ῥίψασά πως Τῆς οἰδός, ᾧ προὔχριον, ἐς μέσην φλόγα. Apud Platonem etiam est κατάγειν, quod Latini *deducere filum* dicunt. Sophist. p. 152. E. Καὶ πρός γε τούτοις ἔτι, ξαίνειν, καὶ κατάγειν, καὶ κερκίζειν, καὶ μυρία ἐν ταῖς τέχναις ἄλλα τοιαῦτα ἔνοντα ἐπιστάμεθα. Lexicon Sangerm. Ms. Ἄνθος, τὸ χρῶμα καὶ τὸ βάμμα τοῦ ἐρίου. Φερεκράτης Δουλοδιδασκάλῳ· ταχὺ τῶν ἐρίων καὶ τῶν ἀνθῶν τῶν παντοδαπῶν κατάγομεν. ubi scribendum: τὸ τραχὺ τῶν ἐρίων. Pollux vii. 29. καὶ κροκυδίζειν Φιλύλλιος εἶπε· Τὸ κάταγμα κροκυδίζουσαν αὐτὴν κατέλαβον. ὅπερ ἐστιν, ἐκλέγουσαν τὸ τραχύ. Vide Aristophan. Lysistr. v. 583. et Mœridem p. 215. Simplex ἄγμα pro κάταγμα veteribus usitatum fuisse, ex Hesychio in v. et Eustath. ad Od. A. p. 1399. intelligitur. Sed de his plenissime disputavit vir interiorum literarum laude florentissimus, L. C. Valckenar. Animadv. in Ammon. p. 117. seqq. ad quem Græcæ linguæ studiosos ablegamus.

[f] Καταβολή] Hipp. Min. p. 233. E. νυνὶ δὲ ἐν τῷ παρόντι μοι ὥσπερ καταβολὴ περιελήλυθεν. ubi vide Scholia. Gorg. p. 310. G. ὅταν οὖν ἔλθῃ ἡ καταβολὴ αὕτη τῆς ἀσθενείας. Aristid. Tom. i. p. 335. ἐπῄει δὲ ἡ τῆς καταβολῆς ἡμέρα, καὶ ὁ πυρετὸς οὐκ ἐπεγένετο. Tom. ii. p. 166. ἐῤῥίγωσε τῆς καταβολῆς ἐπελθούσης. quo loco usus est Thom. M. in v. Synes. Catast. p. 301. A. καὶ γῆρας βαθὺ, καὶ νόσου καταβολὴ πολυχρόνιος. Vide Harpocrat. v. Καταβολὴ, et Περίοδος, cum Valesii nota, et Valckenar. Animadv. in Ammon. p. 116. Hæc loca si in promtu habuisset Mangeius ad Philon. T. i. p. 399. manum abstinuisset a sollicitandis ejus verbis, καταβολὴ πυρετοῦ νόσος ἐστιν. Ex Timæo glossam in Lexica sua derivarunt Photius Ms. et Suidas.

[g] Κατόπιν] Protag. p. 195. G. Κατόπιν δὲ ἡμῶν ἐπεισῆλθον Ἀλκιβιάδης τε ὁ καλὸς, καὶ Κριτίας ὁ Καλλαίσχρου. Gorg. 281. init. Κατόπιν ἑορτῆς ἥκομεν, καὶ ὑστεροῦμεν. quem locum laudant Etymol. M. p. 497. 27. et Thom. M. in v. et scite expressit Phavorinus apud Stob. p. 564. Ἀλκιβιάδην δὲ καὶ ζῶντα ἐπιλελοίπει τὸ κάλλος, καὶ πολλοὶ κατόπιν τῆς ὥρας ἀφιγμένοι, etc. Mœris p. 240. et Thom. M. Κατόπιν, Ἀττικῶς· ὄπισθεν, Ἑλληνικῶς. Posteriore etiam usus est, ne alios memorem, Plato Tim. p. 537. H. πόλλ' ἂν εἴη ἐμποδὼν τῷ κατόπισθεν λογισμῷ. Habent quoque glossulam Photius Ms. et Suidas.

[h] Κεκόμψευται] Κομψεύειν vel Κομψεύεσθαι, *scite atque eleganter aliquid effingere, quod jactes, et in quo te efferas*, plerumque dicitur *de sermone arguto et ad animos capiendos apto*. Cratyl. p. 264. C. ἔξεστι δὲ καὶ ψυχὴν κομψευόμενον λέγειν. Polit. iv. p. 452. A. οὐκοῦν καὶ εἰ ἔτι μᾶλλον χαριεντίζοιτο ὁ ταῦτα λέγων, κομψευόμενος. iv. p. 471. B. ἀλλ' ὁ τοῦτο κομψευσάμενος ἐψεύσατο. ubi vide Scholia. Lachet. p. 253. F. καὶ γὰρ πρέπει σοφιστῇ τὰ τοιαῦτα μᾶλλον κομψεύεσθαι. Timæus vero respexit Phædr. p. 337. A. καὶ αὐτὸ δὴ τοῦτο καὶ κεκόμψευται. qui locus fortasse obversabatur Libanio Epist. 546. καίτοι τοῦτο οὐκ ὀρθῶς κεκόμψευται. Euripid. Iphig. Aul. v. 333. Ἐκκεκόμψευσαι. Πονηρὸν γλῶσσ' ἐπίφθονον σοφή. ubi legendum: Εὖ κεκόμψευσαι. ut Bacch. v. 475. Εὖ τοῦτ' ἐκιβδήλευσας, ἵν' ἀκοῦσαι θέλω. Aristid. Tom. i. p. 517. Tom. ii. p. 356. 382. 395. Aliquando etiam *rebus, quæ materia constant*, tribuitur. Phileb. p. 90. G. καὶ τόρνῳ χρῆται, καὶ διαβήτῃ, καὶ στάθμῃ, καί τινι προαγωγίῳ (l. προσαγωγίῳ) κεκομψευμένῳ. Philostrat. de V. A. Lib. ii. p. 55. ταυτὶ δὲ ὕλη τὶς ἑτέρα, κεκομψευμένη τοῖς Ἰνδοῖς. Vide inf. v. Κομψὸς, et Mœridem p. 237.

Κεραμεικοὶ δύο.[i] ὁ μὲν ἔνδον τείχους, ὁ δὲ ἐκτὸς, ἔνθα τοὺς ἐν πολέμῳ τελευτῶντας ἔθαπτον.

Κερασβόλον.[j] ἄτηκτον, καὶ μὴ εἶκον παιδείᾳ, ἀλλ' ἀπηνὲς ὄν. εἴρηται δὲ ἀπὸ τῶν σπερμάτων, ἅτινα κατὰ τῶν κεράτων βαλλόμενα ἄτηκτα καὶ ἀνέψητα μένει.

[i] Κεραμεικοὶ δύο] Parmenid. p. 54. E. καταλύειν δὲ αὐτοὺς ἔφη παρὰ τῷ Πυθοδώρῳ ἐκτὸς τείχους, ἐν Κεραμεικῷ. ubi vide Scholiasten. Notus est Joan. Meursii liber de Ceramico gemino.

[j] Κερασβόλον] Stulta veterum opinio fuit, semina, quæ inter serendum in boum cornua inciderint, fructus edere duros et vix elixandos. Sotion Geopon. L. ii. cap. 19. Δεῖ δὲ τὸν σπείροντα παραφυλάττειν, ἵνα μὴ ἐμπέσῃ τῷ κέρατι τοῦ βοὸς τὰ σπέρματα. ταῦτα γὰρ κερασβόλα καλοῦσί τινες, καὶ ἄφορα καὶ ἀτελῆ τὰ τοιαῦτά φασι γίνεσθαι, ὥστε μηδὲ ὑπὸ τῆς τοῦ πυρὸς τήκεσθαι δυνάμεως. Quod, præter hunc Geoponicum, Clemens Alex. Pædag. ii. p. 225. Pollux i. 223. aliique Grammatici serio narrant, id jure ridet Theophrastus de Causs. Plant. iv. 14. Ex vulgi opinione Plato elegantem metaphoram duxit, *intractabilem et durum hominem* κερασβόλον et ἀτεράμονα appellans, Legg. ix. p. 652. A. *μή τις ἐγγίγνηται τῶν πολιτῶν ἡμῖν οἷον κερασβόλος· ὃς ἀτεράμων εἰς τοσοῦτον φύσει γίγνοιτ' ἄν, ὥστε μὴ τήκεσθαι καθάπερ ἐκεῖνα τὰ σπέρματα πυρί. Ne quis inter nos existat civis aliquis, seminis, quod cornu tetigit, naturam imitans, qui adeo durus et præfractus evadat, ut emolliri nequeat, sicut nec semina illa igni.* Ita hunc locum, a Ficino male versum, recte interpretatus est Kusterus ad Suid. v. Κερασβόλα. Vide Scholiasten ad Platonis l. c. Hac Platonica locutione excitatus Plutarchus, dignam rem judicavit Sympos. vii. 2. p. 700. de qua diligentius disputaret. Nec tamen, Theophrastum auctorem secutus, librum, quem modo laudavimus, sed alium deperditum, in quo aliter hac de re scripserat, ob oculos videtur habuisse. Platonis auctoritate utuntur Pollux vi. 125. Eustath. ad Il. Σ. p. 1154. Suid. in v. Etymol. M. p. 505. 19. ubi pro ἀπαθεῖς lege ἀμαθεῖς. A Platone vocem sumsit Simplicius in Epictet. p. 222. *οὐδὲν κωλύει διὰ τοὺς κερασβόλους τῶν ἀνθρώπων τὰς ἀποδείξεις προσθεῖναι.* Adde Hesych. in v. et ibi viros doctos. Par figuratæ potestatis ratio est in ἀτεράμων vel ἀτέραμνος, ut cum ex laudatis Platonis et Plutarchi locis, tum aliunde intelligitur. Scholiast. Aristoph. ad Vesp. v. 729. Ἀτέραμνα ὄσπρια φαμὲν, τὰ μὴ ἑψόμενα διὰ σκληρότητα. καὶ Πλάτων κέχρηται τῇ λέξει, κερασβόλους καὶ ἀτεράμνους λέγων τοὺς σκληροὺς, διὰ τούτων. Etymol. M. p. 163. 20. Τέραμνον γὰρ τὸ ἄπαλόν. λέγεται δὲ ἀτέραμνα καὶ τὰ μὴ ἑψόμενα ὄσπρια· ἃ καὶ κερασβόλα προσαγορεύεται. Suidas: Τέραμνον. ἁπαλὸν, ἑψανόν. καὶ Ἀτέραμνον, τὸ δυσέψανον. οὕτω Πλάτων. Phrynichus Προπαρασκ. Σοφιστ. Ms. Ἀτεράμων ἄνθρωπος, καὶ Πρίνινος, καὶ Στιπτὸς, καὶ Σφενδάμνινος, ἐπὶ τοῦ πάνυ σκληροῦ· τὰ γὰρ βαΐδιως ἑψόμενα τῶν ὀσπρίων Τέραμνα καλοῦσιν οἱ Ἀθηναῖοι· κατὰ στέρησιν οὖν Ἀτεράμων. τὸ δὲ Στιπτὸς, τὸ πεπατημένον· στίβος γὰρ ἡ ὁδός. καὶ τὸ Πρίνινος, δῆλον· καὶ γὰρ ἡ πρῖνος πάνυ σκληρόν. ὅμοιον καὶ τὸ Σφενδάμνινος. τούτοις προσῆπτεν Ἀριστοφάνης (Acharn. v. 180. ubi v. Schol.) καὶ τὸ Μαραθωνόμαχος· καὶ σημαίνει οἷον ἀνδρεῖος, καὶ ἀψίμαχος, καὶ θυμικὸς, διὰ τὴν τούτων κατὰ τῶν βαρβάρων νίκην. Alium ejusdem locum, huc pertinentem, sup. ad v. Ἀτενὴς dedimus. Vide Scholiast. Theocrit. ad Eid. x. 7. et Foesium Œcon. Hippocr. Plato Legg. ix. p. 663. C. ἀτεράμονι χρωμένων τινὶ φύσει. ubi vide Scholia. Inde vocem, quam Pollux etiam vi. 125. Platoni propriam dicit, imitatores duxerunt. Philo T. ii. p. 244. πᾶν ὅσον ἀτέραμνον καὶ δυσκατέργαστον. Philostrat. V. A. Lib. iii. p. 111. ὅτε δὴ ἀτεράμονα καὶ ὠμὸν δόξαι. Julian. Or. ii. p. 87. B. ἀτεράμονας, οὔτι ῥαθύμους ἐργάσεται. Aristænet. ii. 20. ὡς φιλόνεικος ὑπάρχεις καὶ λίαν γυνὴ, ὡς ἀτεράμων. Damascius apud Phot. p. 1036. οὐδεὶς οὕτως ἦν τὴν ψυχὴν ἀτεράμων καὶ βάρβαρός. Scholiastes Homeri ab Horneio editus ad Il. i. 158. Ἀδάμαστος. ἀτεράμων, ὅ ἐστιν ἀκαμπής. Onomasticum vetus: *Capitones*, ἀτέραμνοι. Plato etiam *duri ingenii homines* ἀτενεῖς et ἀτέγκτους vocat: de quibus vocibus, quantum satis est, alio loco diximus. Huc adde ἀντίτυπος. Theæt. p. 120. A. Καὶ μὲν δὴ, ὦ Σώκρατες, σκληρούς γε λέ-

Κηφήνεσσι κοθούροισι.[k] *τοῖς καθεζομένοις καὶ φυλάττουσι τὴν τῶν μελισσῶν ἔξοδον. Οὖροι γὰρ, οἱ φυλάσσοντες· καὶ οἱ Θυρωροὶ, οἱ τὰς θύρας φρουροῦντες.*

Κίβδηλον.[l] *οἱονεὶ κρύβδηλόν τι ὄν.*

Κινδυνεύει.[m] *ἐγγίζει.*

γεις καὶ ἀντιτύπους ἀνθρώπους. quo referendam esse Suidæ glossam : *Ἀντιτύπους ἀνθρώπους. σκληροὺς καὶ ἀνενδότους.* bene vidit Toupius Cur. noviss. in Suid. p. 16. Plutarchus l. c. *διὰ ψύχος ἀντίτυποι, καὶ δυσμετάβλητοι, καὶ ἀτέραμνοι.*

[k] *Κηφήνεσσι κοθούροισι*] Posterior glossæ pars ita legitur apud Suidam: *Οὖροι γὰρ οἱ φύλακες. κόθουροι οὖν, οἱ τὰς θύρας φυλάσσοντες.* Sed *θυρωροὶ* bene revocavit Kusterus ex Photii Lexico Ms. In Timæo *οἱ* ante *Θυρωροὶ* tollendum. Dixerat Hesiodus *Ἔργ.* v. 300. *ὅς κεν ἀεργὸς Ζώῃ, κηφήνεσσι κοθούροις ἴκελος ὀργὴν, Οἵ τε μελισσάων κάματον τρύχουσιν ἀεργοὶ Ἔσθοντες.* Hoc deinde, ut plura ejusdem poetæ, in proverbii consuetudinem abiit, varieque cum a Platone, tum ab aliis expressum reperitur. Polit. viii. p. 495. A. *Βούλει οὖν φῶμεν αὐτὸν, ὡς ἐν κηρίῳ κηφὴν ἐγγίνεται, σμήνους νόσημα, οὕτω καὶ τὸν τοιοῦτον ἐν οἰκίᾳ κηφῆνα ἐγγίνεσθαι, νόσημα πόλεως.—Οὐκοῦν τοὺς μὲν πτηνοὺς κηφῆνας πάντας, ἀκέντρους ὁ θεὸς πεποίηκε, τοὺς δὲ πεζοὺς τούτους, ἐνίους μὲν αὐτῶν, ἀκέντρους, ἐνίους δὲ δεινὰ κέντρα ἔχοντας.* ubi vide Scholia. Ibid. G. *κηφηνώδεις ἐπιθυμίας ἐν αὐτῷ, διὰ τὴν ἀπαιδευσίαν, μὴ φῶμεν ἐγγίνεσθαι.* Ibid. p. 496. D. *πολὺν τὸν κηφῆνα καὶ πτωχὸν ἐμποιοῦσι τῇ πόλει.* quod Plutarch. Tom. ii. p. 818. C. laudavit. Ibid. p. 497. G. 499. G. 500. A. C. 501. B. ix. p. 502. F. G. Legg. x. p. 670. H. *τρυφῶν, καὶ ἀμελὴς ἀργός τε, ὃν ὁ ποιητὴς κηφῆσι κοθούροισι μάλιστα εἴκελον ἔφασκεν εἶναι, γίγνοιτ' ἂν ὁ τοιοῦτος πᾶσιν ἡμῖν.* Aristoph. Vesp. v. 1109. *Ἀλλὰ γὰρ κηφῆνες ἡμῖν εἰσιν ἐγκαθήμενοι, Οὐκ ἔχοντες κέντρον· οἱ μένοντες ἡμῶν τοῦ φόρου Τὸν γόνον κατεσθίουσιν, οὐ ταλαιπωρούμενοι.* Xenoph. Cyrop. ii. p. 50. A. *ἢ μέν τινες βλακείᾳ καὶ ἀπονίᾳ μόνον κακοὶ ὦσι, τούτους ἐγὼ νομίζω, ὥσπερ κηφῆνας, δαπάνῃ μόνον ζημιοῦν τοὺς κοινωνούς.* Philo T. i. p. 461. Dio Chrysost. Orat. xlviii. p. 535. D. Philostrat. V. A. Lib. ii. p. 85. Maxim. Tyr. Diss. xxi. p. 249. Julian. Or. ii. p. 84. D. Liban. Opp. T. ii. p. 426. A. Themist. Or. xxiii. p. 285. D. et ibi Dionys. Petav. Synes. de Regn. p. 22. D. Sententiæ Philosophorum Mss. in Bibl. Leidensi : *Ἐοίκασιν οἱ κόλακες κηφῆσι. καὶ γὰρ ἀργοὶ, καὶ ἄκεντροι, καὶ τοὺς ἀλλοτρίους ἀναλίσκοντες καμάτους.*

[l] *Κίβδηλον*] Polit. ii. p. 425. A. *ἢν ἐὰν μετ' εὐσχημοσύνης κιβδήλου κτησώμεθα.* vi. p. 478. C. *κίβδηλον ἀποδιδοὺς τὸν λόγον τοῦ τόκου.* Legg. v. p. 605. A. *τὰς δ' αὖ τιμὰς δεῖ σκοπεῖν· καὶ τούτων τίνες ἀληθεῖς, καὶ ὅσαι κίβδηλοι.* Ibid. p. 639. C. *ὅπως μήτε αὐτὸς κίβδηλος ποτὲ φανεῖται ὁτῳοῦν, ἁπλοῦς δὲ καὶ ἀληθὴς ἀεί.* xi. p. 676. F. *ὁ δὲ ἀλλαττόμενος νόμισμα ἀντὶ νομίσματος,—ἀκίβδηλον πᾶν διδότω καὶ δεχέσθω.—κιβδηλείαν δὲ χρὴ πάντα διανοηθῆναι καὶ ψεῦδος καὶ ἀπάτην,* etc. Ibid. G. *πᾶς γὰρ τῶν κατ' ἀγορὰν ὁ κιβδηλεύων τὶ, ψεύδεται καὶ ἀπατᾷ.* Ibid. p. 677. A. *ὁ μὲν δοῦλος φερέσθω τὸ κιβδηλευθὲν καὶ ὁ μέτοικος.* quod Suidas v. *Κίβδηλον* laudavit. Ibid. B. *τὰ δὲ κιβδηλεύματά τε καὶ κακουργίας τῶν πωλούντων.* Ibid. p. 678. B. *καθάπερ ἔμπροσθεν ἐπετάξαμεν τῆς κιβδηλίας πέρι.* quæ excerpsit Pollux iii. 86. Vide Mœridem p. 240. Vox *κιβδηλεία* eximenda est Aristidi T. i. p. 510. *καὶ ὅσον μὲν, ὦ γῆ καὶ θεοὶ, τὸ μέσον τῆς τε νῦν κιβδηλείας,* etc. Lege : *τῆς τε νῦν κοβαλείας.* Loquitur de comœdia veteri, cui propria erat *κοβαλεία.*

[m] *Κινδυνεύει*] Phileb. p. 82. G. *λόγον μέντοι τινὰ κινδυνεύομεν οὐ πάνυ σμικρὸν ἐπεγείρειν.* Lysid. p. 112. B. *κινδυνεύομεν ὄναρ πεπλουτηκέναι.* Theæt. p. 137. D. *Ἀλλὰ μέντοι ἀμφότερά γε κινδυνεύει ὁ λόγος οὐκ ἐάσειν.* Gorg. p. 298. D. *ὥστε κινδυνεύεις οὐκ ἀληθῆ λέγειν.* ubi vide Scholiasten. Basilius Scholiis *ἀνεκδότοις* in Gregorii Nazianz. Orat. xxxii. *Τὸ δὲ Κινδυνεύειν, ἐλέγχεσθαι καὶ δείκνυσθαι νῦν σημαίνει. Δημοσθένης κατὰ Μειδίου· ἀλλὰ κινδυνεύει τὸ λίαν εὐτυχὲς ἐνίοτε ἐπαχθεῖς ποιεῖν. Καὶ ἐπὶ ἀγαθοῦ δὲ εἴληπται, ὡς Ἑρμογένης ἐν τῇ τέχνῃ· οὐ κατὰ δύναμιν τὴν ἐν δεινότητι· ἐκεῖ γάρ φησι κινδυνεύει τὰ πρῶτα φέρεσθαι, ἀντὶ τοῦ, προτετίμηται, προκέκριται.* Quæ descripta sunt ex Grammatico Ms. de Syntaxi, in Bibl. Sangerm. Tzetzes Scholiis Mss. in Her-

Κλητῆρες.[n] *οἱ εἰς μαρτυρίαν κλητοί.*

Κνάφος.[o] *ὄργανόν τι ὄν, ἐν κύκλῳ κέντρα ἔχον, δι' οὗ τοὺς βασανιζομένους κτείνουσιν. ὅμοιον δὲ ἐστιν γναφικῷ κτενί.*

Κοάλεμος.[p] *ματαιόφρων. Κοεῖν γὰρ τὸ αἰσθάνεσθαι.*

Κόλλαβοι.[q] *τὰ τῶν χορδῶν ἐπιτόνια.*

mogenem : Τὸ Κινδυνεύει λέξις μὲν Πλατωνικὴ ὑπάρχει. τὸ δὲ ἀναγκαίως ἔχειν σημαίνειν ταύτην, νόει. Recte Platonicam locutionem vocat, quæ tam crebra apud Platonem est, ut singulis paginis reperiatur. Sed nec ipse, nec alii Grammatici locutionis rationem bene explicuerunt. Optime Timæus ἐγγίζει exponit. Nam ut Latini dicunt, *periculum est, ne hoc ita sit*, pro, *parum abest, quin ita sit*, sic etiam Græci κινδυνεύειν pro ἐγγίζειν. Luzacius noster bene comparabat Belgicum, *bykans*. Nam κίνδυνος Belg. *kans*. Vide Valcken. ad Herodot. iv. 105. Timæi glossula etiam est apud Suid.

[n] Κλητῆρες] Legg. viii. p. 649. G. μυρία δὲ ταῦτα ὄντα καὶ σμικρὰ νόμιμα, καθ' ἃ δεῖ τὰς τιμωρίας γίγνεσθαι, λήξεών τε πέρι δικῶν καὶ προσκλήσεων καὶ κλητήρων, εἴτ' ἐπὶ δυοῖν, εἴτ' ἐφ' ὁπόσων δεῖ καλεῖσθαι. Lexicon Rhetor. Ms. Κλητῆρες. οἱ εἰς δίκην καλοῦντες. καὶ Κλητεύοντες, μαρτυροῦντες τοῖς καλοῦσιν αὐτοὺς εἰς δίκας. καὶ τὸ μαρτυρήσεις, Κλητεύσεις. Κλητῆρες δὲ ἦσαν ἄνδρες, δι' ὧν τὰς δίκας προσκαλοῦνται οἱ δικαζόμενοι. ἔδει γὰρ παρεῖναί τινας ὥσπερ μάρτυρας τῆς προσκλήσεως, ἵνα μὴ ἀπρόσκλητοι αἱ δίκαι εἰς τὰ δικαστήρια εἰσάγωνται, μηδὲ ἐκλίπῃ τὴν δίκην ὁ κατηγορούμενος. cujus glossæ partem Etymol. M. p. 552. 19. descripsit. Harpocrat. in v. ibique H. Valesius, Sam. Petit. ad Legg. Attic. p. 401. et Des. Herald. ad Jus Att. et Rom. Lib. vi. cap. 12. p. 473.

[o] Κνάφος] Suspicabar aliquando, glossam manasse ex Polit. x. p. 519. D. τὸν δὲ Ἀρδιαῖον καὶ ἄλλους συμποδίσαντες χεῖράς τε καὶ πόδας καὶ κεφαλὴν καταβαλόντες καὶ ἐκδείραντες, εἶλκον παρὰ τὴν ὁδὸν ἐκτὸς ἐπ' ἀσπαλάθων κνάμπτοντες. quem locum in animo habuit Synesius Ep. 44. p. 182. Nunc nihil dubito, quin pertineat ad Herodot. i. 92. ἐπεί τε δὲ δόντος τοῦ πατρὸς ἐκράτησε τῆς ἀρχῆς ὁ Κροῖσος, τὸν ἄνθρωπον τὸν ἀντιπρήσαντα ἐπὶ κνάφου ἕλκων διέφθειρε. Sic enim pro ἐπὶ κναφήϊου verissime correxit, et dirum supplicii genus eadem opera illustravit certissimus literarum nostrarum interpres, Ti. Hemsterhus. ad Hesych. v. Ἐπὶ κνάφου ἕλκων. Suidas ὄν, quod ex sequenti ἐν natum videtur, recte omisit.

[p] Κοάλεμος] In Cod. Ms. prave legebatur, Κοεινῶν γὰρ τὸ αἰσθάνεσθαι. quod ex Suida mutavimus. Vide Salmas. in Epictet. et Simplic. p. 235. Unde glossa huc venerit, incertum est. Nullum quidem ejus in Platone vestigium, nullum in Herodoto. Aristophanes Equit. v. 198. δράκοντα κοάλεμον, αἱματοπώτην. cui idem vocabulum v. 632. e Scholiis reddebat Valckenarius. Æschines Socraticus in dialogo Aspasia apud Athen. v. p. 220. B. Hipponicum, Calliæ filium, κοάλεμον appellat. Cimonis avum δι' εὐήθειαν hoc nomen invenisse, narrat Plutarchus Cimon. p. 480. E. Numenius apud Euseb. P. E. xiii. p. 651. A. τὸν Εὐθύφρονα, ὄντα ἄνδρα ἀλαζόνα καὶ κοάλεμον, quem locum mihi T. H. suggessit. Præter Scholiasten Comici l. c. vide Hesych. in v. et Etymol. M. p. 524. 21. Similis formæ vox est Ἰάλεμος.

[q] Κόλλαβοι] Polit. vii. p. 487. C. Σὺ μὲν τοὺς χρηστοὺς λέγεις, τοὺς ταῖς χορδαῖς πράγματα παρέχοντας, καὶ βασανίζοντας, ἐπὶ τῶν κολλόπων στρεβλοῦντας. ubi, cum Scholiastes κολλόπων habeat, sicut textus Platonis, facile credo, Timæum etiam κόλλοπες scripsisse, sed librarios κόλλαβοι, quod ætate sua tritius erat, ejus loco posuisse : quamvis nihil discrepet Suidas. De κόλλοψι, nihil est, quod addam latæ eruditæque disputationi Grævii et Hemsterhusii ad Lucian. Deor. Dial. vii. p. 222. Grammaticus Ms. in Bibl. Sangerm. Κόλλοπας, φασὶ, δεῖ κυρίως λέγειν τοὺς τῶν ὀργάνων οὓς καλοῦσι κολλάβους, οὐ τοὺς ἀνδρογύνους. Εὔβουλος Ἀντιόπῃ ἐπὶ τοῦ ἀνδρογύνου. De ἀνδρογύνῳ, sive *exoleto*, κόλλοψ dicitur in Dioscoridis Epigr. Analect. Brunck. T. i. p. 493. quod explicat J. Toupius ad Longin. p. 241. Diphilum apud Athen. vii. p. 292. B. et Eustath. ad Od. Φ. p. 1915.

Κομψὸς λόγος.[r] καὶ ὁ ἀγαθὸς δὲ, καὶ ὁ πιθανότητι ὑποδυόμενος τὴν ἀλήθειαν.

Κομιδῆ.[s] τελέως. εἴρηται δὲ ἀπὸ τῆς τῶν καρπῶν κομιδῆς, ἥτις γίνεται τελειωθέντων αὐτῶν.

Κορυβαντιᾷν.[t] παρεμμαίνεσθαι καὶ ἐνθουσιαστικῶς κινεῖσθαι.

[r] Κομψὸς λόγος] Κομψὸν dicitur *quicquid scitum et venustum est.* Phædr. p. 338. B. πάντων δὲ κομψότατον τὸ τῆς πόας. Hipp. Maj. p. 98. F. οὐ κομψὸς, ἀλλὰ συρφετός. Clitoph. p. 256. F. ὃς δὴ κομψότατα ἔδοξεν εἰπεῖν. Polit. iii. p. 439. E. κομψοτέρας δέ τινος ἀσκήσεως δεῖ τοῖς πολεμικοῖς ἀθληταῖς. Timæus respexit Cratyl. p. 276. A. κομψότερος μὲν ὁ λόγος ἢ κατ' ἐμέ. Plerisque autem locis apud Platonem vox habet aliquid ironiæ Socraticæ, ut non tam *de vera et naturali*, quam *de nimia et adscititia venustate* capienda videatur. Sophistæ inprimis, etiam cum ridentur, κομψοὶ appellantur. Euthyphr. p. 52. B. Phileb. p. 89. E. Lys. p. iii. B. Theæt. p. 120. A. 126. D. 139. G. Sophist. p. 156. E. 165. G. Politic. p. 181. D. Cratyl. p. 263. G. 265. B. 266. D. 274. E. Gorg. p. 312. A. Sympos. p. 336. A. Phædr. p. 353. B. Phædon. p. 397. A. Polit. vi. p. 473. F. 475. B. 477. F. viii. p. 497. C. 501. D. ix. p. 502. E. Legg. i. p. 568. G. iii. p. 590. C. Epist. iii. p. 709. C. In quibusdam exemplis, quæ indicavimus, κομψὸν etiam licet cum Hesychio, aliisque Grammaticis exponere πανοῦργον, ἀπατητικόν. Pro *splendidis nugis* sumendum est Gorg. p. 297. C. ubi Euripidis ex Antiopa verba sua fecit Philosophus: ἄλλοις τὰ κομψὰ ταῦτ' ἀφεὶς, εἴτε ληρήματα χρὴ φάναι εἶναι, εἴτε φλυαρίας. Phædon. p. 395. B. τὰς δὲ σχίσεις ταύτας καὶ προσθέσεις, καὶ τὰς ἄλλας τὰς τοιαύτας κομψείας ἐφῆς ἂν χαίρειν. Epist. x. p. 726. τὰς δὲ ἄλλας τε καὶ εἰς ἄλλα τεινούσας σοφίας τε καὶ δεινότητας, κομψότητας οἶμαι προσαγορεύων ὀρθῶς ὀνομάζειν. Neque tamen desunt loci, ubi simpliciter et sine ironia, ad laudem referatur. Gorg. p. 300. A. κομψὸς ἀνὴρ, ἴσως Σικελός τις ἢ Ἰταλικός. ubi Scholiastes: Κομψὸν, οὐ τὸν πιθανὸν, ἀλλὰ τὸν τεχνικὸν, ἢ σπουδαῖόν φησι. Polit. ii. p. 429. B. κομψόν γε φαίνεται τὸ πάθος αὐτοῦ τῆς φύσεως. ubi rursus Scholiastes: Κομψὸν, νῦν τὸ σπουδαῖον καὶ ἀγαθόν. iii. p. 440. B. φύσσας τε καὶ κατάῤῥους νοσήμασιν ὀνόματα τίθεσθαι ἀναγκάζειν τοὺς κομψοὺς Ἀσκληπιάδας. Ibid. p. 441. B. Πάνυ κομψοὺς λέγεις Ἀσκληπιοῦ παῖδας. quo respexit Mœris p. 206. Κομψοὺς Πλάτων οὐ τοὺς πανούργους, ἀλλὰ τοὺς βελτίστους· κομψοὺς γὰρ, Ἀσκληπιάδας ἐπαινῶν, λέγει Πολιτειῶν γ'. Item Grammaticus vetus ineditus: Κομψὸν ἐπὶ τοῦ κομψευομένου φασὶ δεῖν λέγεσθαι· καὶ τοὺς ἐπὶ τῶν ἀσθενούντων λέγοντας, ὅτι κομψότερον διάκεινται, μέμφονται. Ἀλλὰ Πλάτων Πολιτείας δ'. (l. γ'.) κομψοὺς, οὐ τοὺς κεκομψευμένους λέγει, ἀλλὰ τοὺς ἀμείνονας. Polit. iv. p. 460. E. Κλῆροι δή τινες ποιητέοι κομψοί. vii. p. 484. G. ὡς κομψόν ἐστι καὶ πολλαχῇ χρήσιμον ἡμῖν. et sic Epist. xiii. p. 727. D. Adde Gataker. ad Antonin. Lib. iii. §. 5. iv. §. 51. et sup. v. Κεκόμψευται. Quod Grammaticus Ms. ait, locutionem κομψότερον διακεῖσθαι, de ægrotis, *qui meliusculi esse incipiunt*, reprehendi, Archilochus ἄκομψον pro *ægrotante* dixit. Hesychius: Ἄκομψον. ἀπάνουργον, ἁπλοῦν. Ἀρχίλοχος, οὐκ εὖ διακείμενον. Ac nescio, an ad eam notionem respexerit Hesychius, κομψότερον explicans ἐλαφρότερον.

[s] Κομιδῆ] Rectius ab aliis Grammaticis exponitur σὺν ἐπιμελείᾳ, *cum cura, accurate.* Frequentissimum est apud Platonem, κομιδῆ μὲν οὖν, cum quid respondendo affirmatur. Alcib. i. p. 36. C. Parmen. p. 68. D. 71. B. Lys. p. 113. D. Theæt. p. 119. F. 121. D. ὅταν ᾖ κομιδῆ ἕτερον. Politic. p. 175. E. τὰ δ' ἐντεῦθεν ἤδη μαραινόμενα κομιδῆ, τὸ πάμπαν ἐξηφανίζετο. Ibid. p. 187. B. Κομιδῆ γε εἴρηκας ἄτοπα. Euthydem. p. 215. A. τούτῳ γὰρ ἐστὸν κομιδῆ παμμάχω. Lachet. p. 249. H. καὶ κομιδῆ μοι δοκεῖ μουσικὸς ὁ τοιοῦτος εἶναι. Sympos. p. 333. B. et ibi Scholia.

[t] Κορυβαντιᾷν] Ione p. 145. B. καὶ οἱ μελοποιοὶ οἱ ἀγαθοὶ ὡσαύτως, ὥσπερ οἱ κορυβαντιῶντες οὐκ ἔμφρονες ὄντες ὀρχοῦνται. Ibid. p. 146. B. Sympos. p. 333. C. πολύ μοι μᾶλλον ἢ τῶν κορυβαντιώντων ἡ καρδία πηδᾷ. ubi vide Scholia. Phædr. p. 337. C. ἦσθη ὅτι ἔξοι τὸν συγκορυβαντιῶντα. Criton. p. 375.

Κόρυδοι.[u] ὅμοιοι ὄρτυξιν ὄρνιθες.
Κορυζᾶν.[v] μύξας ῥεούσας ἔχειν. Κόρυζα γὰρ ἡ μύξα.
Κοροπλάθοι.[w] οἱ τοὺς κόρους πλάττοντες κηρῷ ἢ γύψῳ.

fin. Ταῦτα—ἐγὼ δοκῶ ἀκούειν, ὥσπερ οἱ κορυβαντιῶντες τῶν αὐλῶν δοκοῦσιν ἀκούειν· καὶ ἐν ἐμοὶ αὕτη ἡ ἠχὴ τούτων τῶν λόγων βομβεῖ, καὶ ποιεῖ μὴ δύνασθαι τῶν ἄλλων ἀκούειν. unde profecisse Maximum Tyr. Diss. xxxviii. p. 447. monuit Dan. Heinsius. Eundem locum imitati sunt cum alii, laudati ab H. Valesio Emend. ii. 4. p. 52. tum Lucian. Lexiph. p. 338. κορυβαντιάσειν μοι δοκῶ, περιβομβούμενος ὑφ' ὧν κατεσκέδασάς μου ὀνομάτων. Horatius i. Ep. i. 7. 'Est mihi purgatam crebro qui personet aurem.' quem locum cum hoc Platonico comparat Lambinus. Proprie verbum de *ægrotis, qui tibiarum sonum sibi audire visi, quasi furiis agitantur, et vexantur insomniis,* usurpari solitum, egregie docuit Jos. Scaliger ad Catull. Carm. xxxviii. et Animadv. in Euseb. p. 27. cujus sententiam pluribus confirmant Salmas. Exerc. Plin. p. 764. et P. Petitus ad Aret. Cappadoc. p. 174. Hanc κορυβαντιώντων insomniam veteres musica curasse, tradit Philosophus noster Legg. vii. p. 628. D. ὡς ἐξ ἐμπειρίας αὐτὸ εἰλήφασι καὶ ἐγνώκασιν ὂν χρήσιμον αἵτε τροφοὶ τῶν σμικρῶν, καὶ αἱ περὶ τὰ τῶν Κορυβάντων ἰάματα τελεοῦσαι. ἡνίκα γὰρ ἄν που βουληθῶσι κατακοιμίζειν τὰ δυσυπνοῦντα τῶν παιδίων αἱ μητέρες, οὐχ ἡσυχίαν αὐτοῖς προσφέρουσιν, ἀλλὰ τουναντίον κίνησιν, ἐν ταῖς ἀγκάλαις ἀεὶ σείουσαι· καὶ οὐ σιγὴν, ἀλλὰ τινὰ μελῳδίαν, καὶ ἀτεχνῶς οἷον καταυλοῦσι τῶν παιδίων, καθάπερ αἱ τῶν ἐκφρόνων βακχειῶν ἰάσεις, ταύτῃ τῇ τῆς κινήσεως ἅμα χορείᾳ καὶ μούσῃ χρώμεναι.

[u] Κόρυδοι] Euthydem. p. 222. G. ἀλλ' ἦμεν πάνυ γελοῖοι, ὥσπερ τὰ παιδία τὰ τοὺς κορύδους διώκοντα· ἀεὶ ᾠόμεθα ἑκάστην τῶν ἐπιστημῶν αὐτίκα λήψεσθαι, αἱ δ' ἀεὶ ὑπεξέφυγον. ubi vide Scholiasten. Eundem locum laudat Scholiast. Aristoph. ad Av. v. 475. et cum similibus comparat Gataker. ad Antonin. Lib. vi. §. 15. Dio Chrysost. Orat. ix. p. 141. D. οἱ δὲ κόρυδοι, πόσῳ τινὶ θᾶττον ὑμῶν διέρχονται τὸ στάδιον; Plutarch. Tom. ii. p. 507. E. Sed plus, quam satis est, dedit Valckenarius Animadv. in Ammon. p. 128. De proverbio, ἐν ἀμούσοις καὶ κόρυδος φθέγγεται, vide Jo. Brodæum ad Anthol. Lib. ii. p. 220. et Steph. Bergler. ad Alciphr. Lib. iii. Epist. 48. Transcripsit Timæi glossam Suidas.

[v] Κορυζᾶν] Respicit mordax et protervum convicium, quod in Socratem jecit Thrasymachus, Polit. i. p. 416. D. εἰπέ μοι, ἔφη, ὦ Σώκρατες, τιθή σοι ἐστί; Τί δέ; ἦν δ' ἐγὼ, οὐκ ἀποκρίνεσθαι χρὴ μᾶλλον, ἢ τοιαῦτα ἐρωτᾷν; Ὅτι τοι σὲ, ἔφη, κορυζῶντα περιορᾷ, καὶ οὐκ ἀπομύττει δεόμενον. ubi vide Scholiasten. Scilicet κόρυζα, μύξα, βλέννα, λέμφος, *stuporis* habebatur indicium. Qua comica locutione præter ceteros delectatus est Lucianus, ut Dial. Mort. xx. p. 416. De histor. conscr. p. 42. Alexandr. p. 227. et alibi. Platonis loco simillimus est ille Navig. p. 278. καί τοι ἑνὸς τοῦ ἀναγκαιοτάτου προσδεῖ, ὃς περιθέμενόν σε παύσει μωραίνοντα, τὴν πολλὴν ταύτην κόρυζαν ἀποξύσας. Quæ pluribus persecuti sunt Thom. Gataker. ad Antonin. Lib. x. §. 29. et Ti. Hemsterh. ad Lucian. Dial. Select. p. 25. Ex Græcorum imitatione fluxit illud Horatianum de Lucilio, i. Serm. 4. 8. 'Emunctæ naris, durus componere versus.' cujus receptam interpretationem sequi malim, quam argutias viri Latine doctissimi, Jacobi Facciolati Epist. Phil. post Oration. p. 425. Sic βλεννὸς Græci pro *fatuo* dicunt. Grammaticus Ms. in Bibl. Sangerm. Βλεννὸν, τὸν νωθῆ καὶ μωρόν. Σώφρων Προμηθεῖ. Plautus item Bacchid. v. 1. 2. 'Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones.' Timæi Codex habet, κόρυ γὰρ ἡ μύξα. Sed e Scholiis κόρυζα rescripsi.

[w] Κοροπλάθοι] Κόρας Attici dicunt *pupas ex cera, argillave fictas, pilanguculas.* Dio Chrysost. Orat. xxxi. p 356. D. Τοιγαροῦν ὁμοίως δίδοτε τοὺς ἀνδριάντας, ὥσπερ οἱ τὰς κόρας ταύτας ὠνούμενοι τοῖς παισίν. ubi Scholion margini adjectum κόρας exponit τὰ παρὰ τῶν κοροπλάθων γύψινα πλαττόμενα ἀνδριαντάρια. Hesychius: Κόρη. νύμφη, ἣν ταῖς παρθένοις ἔπεμπον. Vide Piersonum ad Mœrid. p. 235. Ea vox fortasse restituenda est Dionysio Hal. A. R. xi. p. 719. αἱ μὲν ἄνθη καὶ στεφάνους βάλλουσαι κατὰ τῆς κλίνης, αἱ δὲ τελαμῶνας ἢ μίτρας, αἱ δὲ ἀθύρματα κόμης παρθενικὰ, καί που τινὲς καὶ πλοκάμων ἀποκειράμεναι βοστρύχους. ubi vocem vitiosam, κόμης, tolli jubet Casaubonus ad Sueton. Neron. 25. Sed legendum: αἱ δὲ κόρας, (*pupas*) ἀθύρματα παρθενικά. vel certe: αἱ δὲ ἀθύρ-

Κράδη.[x] κλάδος.
Κραιπαλῶντα.[y] ἔτι ἀπὸ τῆς μέθης βαρυνόμενον.
Κρανίον.[z] ἐν Κορίνθῳ γυμνάσιον.
Κραυρότερον.[a] ψαθυρότερον καὶ εὐθραυστότερον.

ματα κόρης παρθενικά. Easdem pupas Græci etiam *νύμφας* appellabant. Glossæ veteres: *Puppæ*, πλαγγόνες, αἱ τῶν παιδίων νύμφαι. Vide Casaubon. ad Pers. Sat. ii. p. 220. et Toupium Emend. in Suid. T. iii. p. 114. Recentiores Græci κοροκόσμια. Grammaticus Ms. in Bibl. Sangerm. Κοροκόσμια κυρίως μέν ἐστι τὰ ἐπὶ τῶν τριοδίων πρόσωπα ξύλινα, ἃ δὴ οἱ Ἀττικοὶ Κόρας καλοῦσι· τέτραπται δὲ ἐκεῖθεν καὶ ἐπὶ τοὺς κόσμους τῶν παρθένων. Ὅλως δ' ἡγοῦνται τὴν λέξιν βάρβαρον. Tales *κόρας* qui fingebant, ab Atticis κοροπλάθοι, a ceteris Græcis κοροπλάσται dicebantur. Lexicon Rhetor. Ms. Κόρη. ἡ παρθένος, καὶ τὸ μικρὸν ἀγαλμάτιον, τὸ γύψινον καὶ πήλινον· ἀφ' οὗ καὶ Κοροπλάθος ὁ ταῦτα ποιῶν καλεῖται. cujus glossæ partem descripsit Etymol. M. p. 530. 13. Timæi glossa ducta est e Theætet. p. 116. C. καὶ πηλὸς ὁ τῶν κοροπλάθων, καὶ πηλὸς ὁ τῶν πλινθουργῶν. de quo loco plura diximus ad v. Ἱπνοπλάθοι. Isocrates de Permut. p. 738. ὥσπερ ἂν εἴ τις Φειδίαν τὸν τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἔδος ἐργασάμενον, τολμῴη καλεῖν κοροπλάθον. quem locum Harpocrat. in v. laudat. Dio Chrysost. Orat. lx. p. 580. C. Achilles Tat. Lib. iii. p. 191. Pollux vii. 163. x. 189. et ibi Hemsterh. Mœris p. 235. et Thom. M. in v. Proclus in Platonis Tim. L. ii. p. 120. οἱ δὲ ἀδρανεῖς τὰς ἰδέας, τύποις κοροπλαθικοῖς ἐφ' ἑαυτῶν οὔσας, καὶ ἔξω τοῦ νοῦ κειμένας εἰσάγουσιν. Κοραλλιοπλάσται, *fictores puparum*, vel *aliorum ejusdem generis frivolorum, e coralio*, occurrunt in marmore, quod post Dorvillii Sicula p. 569. edidit P. Burmannus Secundus. Timæi glossam Suidas in Lexicon suum retulit: in qua Kusterus sine caussa corrigit, ἐκ κηροῦ ἢ γύψου.

[x] Κράδη] Hæc vox aut frustra tribuitur Platoni, aut me effugit inter legendum.

[y] Κραιπαλῶντα] Sympos. p. 316. G. ἄλλως τε καὶ κραιπαλῶντα ἔτι ἐκ τῆς προτεραίας. quod Is. Casaubon. contulit cum illo Persii Sat. iii. v. 59. 'Oscitat hesternum dissutis undique malis.' Cum hujus verbi exempla frequentissima sint, iis missis, unum Athenæi locum i. p. 31. A. apponam, ut ex eo duas insignes maculas tollam: φησὶ δὲ καὶ Φιλῖνος· Ὅτι παρέξω Λέσβιον, Χῖον, Παπ. Θάσιον, Βίβλινον, Μενδαῖον, ὥστε μηδὲν κραιπαλᾷν. At quis tandem est iste *Philinus*? Cujus nominis Comicum ne fando quidem audivimus. Athenæi Epitome Ms. quam in Bibliotheca Regia contulimus, pro Φιλῖνος, Φιλυανὸς habet. Quod nomen si literis majusculis ΦΙΛΥΑΝΟΣ scribas, statim verum Comici nomen, ΦΙΛΥΛΛΙΟΣ, in oculos incurrit. *Philyllii* nomen etiam depravatum est in Grammatico Ms. Bibl. Sangerm. Ἀναλφάβητος. Φιλύαλλος Αἰγεῖ. Lege: Φιλύλλιος Αὐγῇ. Illa ipsa glossa in Suida, partim bene, partim secus, ita legitur: Ἀνάλφιτον. Φιλύλλιος Αἰγεῖ. Αὐγὴν hanc fabulam satis constanter vocant Grammatici. Apud Suidam quidem v. Φιλύλλιος, huic Comico Αἰγεὺς et Αὐγὴ tribuitur. Sed Αἰγεὺς e variante in textum irrepsit. In Stephan. Byz. v. Γαλεῶται scribitur Φιλύλλιος Αὐγεῖ. quod ad veram lectionem Αὐγῇ proxime accedit. Redeamus ad Athenæum. Pro mendo, quod *Philyllii* versibus insedit, in Epitome Ms. clare et liquido legitur, Χῖον, σαπρὸν Θάσιον· quod etiam alius Codex, teste Casaubono, per compendium dubie significabat. Οἶνον σαπρὸν Attice pro *vino vetusto* dici, erudite, ut omnia, docet J. Piersonus ad Mœrid. p. 353. Nomen etiam κραιπάλη notius est, quam ut exemplis confirmari debeat. Phrynichus Ms. Κραιπάλη. ἡ ἀφ' ἑσπέρας ἄχρι εἰς ὄρθον πόσις, καὶ παραφορὰ τῆς διανοίας, ἀπὸ τοῦ πάλλειν, ὅπερ ἐστι διασείειν τὴν κεφαλήν.

[z] Κρανίον] Nulla quidem hujus Gymnasii apud Platonem, sed tanto crebrior apud alios scriptores est mentio, tanquam apud Xenophont. Hist. Græc. L. iv. p. 521. C. Plutarch. Alexandr. p. 671. D. Athenæum Lib. xiii. p. 589. C. Themist. Or. ii. p. 38. A. Alciphron. iii. Ep. 60. ubi pro περὶ τὸ Κρανίον ἁλωμένους, quod Berglerus edidit, in Codice Regio legitur, περὶ τὸ Κράνειον εἱλουμένους. ut iii. Ep. 64. περὶ χαμαιτυπίας εἱλούμενον. Multum in hoc Gymnasio versabatur Diogenes Cynicus. Vide Dion. Chrysost. Orat. iv. p. 61. A. vi. p. 87. C. viii. p. 131. A. ix. p. 138. D. et Hemsterhus. ad Lucian. Dial. Mort. i. p. 329.

Κυαμεῦσαι.[b] *κυάμῳ ψηφοφορῆσαι, ᾧ ἐχρῶντο οἱ βουλευταί.*

Κοιλοιδιᾶν.[c] *τὰ κοῖλα οἰδαίνειν. Κοῖλα δὲ τὰ ὑπὸ τοὺς ταρσοὺς τῶν ὀφθαλμῶν μυώδη σαρκία.*

Κύρβις.[d] *στήλη τρίγωνος πυραμοειδὴς, νόμους ἔχουσα περὶ θεῶν.*

[a] Κραυρότερον] Tim. p. 539. B. Τὸ δὲ ὑπὸ πυρὸς πάχους τὸ νοτερὸν πᾶν ἐξαρπασθὲν, καὶ κραυρότερον ἐκείνου ξυστὰν, τῷ γένει κέραμον ἐπωνομάκαμεν, τοῦτο γέγονεν. Ibid. p. 544. H. τὴν δ' αὖ τῆς ὀστέϊνης φύσεως ἕξιν ἡγησάμενος τοῦ δέοντος κραυροτέραν εἶναι καὶ ἀκαμπτοτέραν. Dio Cass. Lib. xli. p. 291. οὔτ' αὐτὴν ἐκείνην ἐν ᾗ διαιτᾶται ἐκπυροῖ, ἢ καὶ κραυροτέραν πῇ ποιεῖ. ubi hanc vocem ex libris scriptis bene revocavit H. S. Reimarus, ejecta glossa ξηροτέραν. Lib. xlviii. p. 566. ὅτι τὸ μὲν κραῦρον αὐτῶν ὑπὸ μὲν τοῦ πυρὸς ὁμοφυοῦς οἱ ὄντος ἐπιτείνεταί τε καὶ θραύεται. Contra eandem recte Is. Casaub. exemit Eubulo apud Athen. L. ii. p. 63. D. A κραυρὸς est verbum κραυροῦσθαι, *indurescere*. Philo ii. p. 174. ἐκραυρώθη γὰρ ἡ ψάμμος, καὶ ἡ σπορὰς αὐτῆς οὐσία, συμφυεῖσα ἠνώθη. Dio Cass. Lib. lxvi. p. 1094. τῶν δὲ ἐν τῷ μέσῳ κραυρουμένων καὶ τεφρουμένων.

[b] Κυαμεῦσαι] Nescio, an glossa fluxerit ex Herodot. Lib. vi. 109. ἦν γὰρ ἑνδέκατος ψηφιδοφόρος ὁ τῷ κυάμῳ λαχὼν Ἀθηναίων πολεμαρχέειν. Ceterum de *electione per fabas* omnia pervulgata sunt. Vide Davis. ad Max. Tyr. Diss. xxii. p. 582. et quos laudat Albertus ad Hesych. In Suida male editur ψηφηφορῆσαι.

[c] Κοιλοιδιᾶν] Quæ sint κῦλα in oculis, explicant Pollux ii. 66. Rufus Ephes. de Partib. hom. p. 24. Eustath. ad Od. Ψ. p. 1951. et alii Grammatici. Κῦλα et κυλοιδιᾶν ubique scribendum esse, bene post alios docuit recti in his literis judicii vir, Adr. Heringa Observ. cap. 7. p. 59. et sic a Glossographo nostro scriptum esse, literarum series ostendit. Κυλοιδιᾶν dicuntur, *quibus oculi vel ex verberibus, vel ex insomnia, vel ex quacunque alia caussa tument*. Aristophan. Lysistr. v. 473. ἐὰν δὲ τοῦτο δρᾷς, κυλοιδιᾶν ἀνάγκη. quo sensu fere idem est, quod ὑπωπιασθῆναι. Nicander Alexiph. v. 477. ἀμφὶ δὲ μήλοις Ἀνθεσι τε βρυόεντα κυλοιδιόωντος ἐφίζει. De iis, *qui oculos nimis contente in virgine fixerunt*, venuste Theocritus Eid. i. 38. οἱ δ' ὑπ' ἔρωτος Δηθὰ κυλοιδιόωντες ἐτώσια μοχθίζοντι. Quem locum viri docti comparare debuerant cum Oppiano Ἁλιευτ. iv. 19. et Paulo Ægineta iii. 17. τοῖς ἐρῶσιν ὀφθαλμοὺς κοίλους tribuentibus, non cum Suetonio Tiber. cap. 7. ' semel omnino ex occursu visam, adeo contentis et tumentibus oculis prosecutus est.' Ibi enim *tumentes oculos* dici lacrymis obortis turgentes, Burm. et Oudendorp. docent. Theocriteæ locutionis elegantia multos ad imitandum invitavit. Auctor epigrammatis Anthol. L. vii. p. 616. Ἀρνεῖται τὸν ἔρωτα Μελησιὰς, ἀλλὰ τὸ σῶμα Κέκραγεν ὡς βελέων δεξάμενον φαρέτρην. Καὶ βάσις ἀστατέουσα, καὶ ἄστατος ἄσθματος ὁρμὴ, Καὶ κοῖλαι βλεφάρων ἰοτυπεῖς βάσιες. ubi vide Brodæum. Heliodor. Lib. iv. p. 172. οὐχ ὁρᾷς ὡς κυλοιδιᾷ μὲν τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ τὸ βλέμμα διέῤῥιπται. Lib. vii. p. 332. καὶ ὡς οὐ βούλοιτο, αὐτὴν ὠχριῶσαν καὶ κυλοιδιῶσαν πρὸς τῆς ἀγρυπνίας ὀφθῆναι τῷ νεανίᾳ. Non inscite κυλοιδιῶντα descripsit Philostratus Junior Icon. xvii. p. 889. τῷ προσώπῳ ξυννεφῆ ὀφρῦν ἐπὶ τὼ ὀφθαλμὼ ἐφέλκων, κάτω που, καὶ ἐν βάθει ὄντας, καὶ ἀμενηνὸν ὁρῶντας. Tales oculos Nicander Alexiph. v. 430. κοιλωπέας αὐγὰς vocat. Hesychius: Αὐλωπίας. κοιλόφθαλμος. quod fortasse ex Κυλωπίας corrupit. Glossæ nostræ sedem aliis, qui majore vel ingenio, vel otio abundant, indagandam relinquo.

[d] Κύρβις] Politic. p. 187. B. γράψαντας ἐν κύρβεσι τισὶ καὶ στήλαις, τὰ δὲ καὶ ἄγραφα πάτρια θεμένους ἔθη. ubi vide Scholia. Libet hic apponere eruditam glossam Etymologici Ms. in Bibl. Regia, ut ex ea Etymol. M. p. 547. 45. et emendetur, et suppleatur: Κύρβεις, αἱ τὰς τῶν θεῶν ἑορτὰς ἔχουσαι, ἤτοι ἀπὸ τῆς κατασκευῆς· εἰσὶ γὰρ κυρβαταὶ ἢ κρύβιες· ἐπεὶ τὰ τῶν θεῶν ἀποκρυπτόμενα δεῖ εἶναι. Ἀσκληπιάδης δὲ ἐν τοῖς Ἀξόνων ἐξηγητικοῖς ἀπὸ Κύρβεως, τοῦ τὰς οὐσίας ὁρίσαντος, ὥς φησι Φανίας ὁ Ἐφέσιος· ἢ ἀπὸ τοῦ ταῦτα κυρωθῆναι τοῖς γράμμασιν. Ἐρατοσθένης δὲ τριγώνους

Κύρτος.[e] *πᾶν πλέγμα τὸ εἰς ἰχθύων ἄγραν πεποιημένον.*
Κωμῳδεῖν.[f] *σκώπτειν.*
Κωλαγρέται.[g] *οἱ ταμίαι τοῦ δικαστικοῦ μισθοῦ, καὶ τῶν εἰς θεοὺς ἀναλωμάτων.*

φησὶν αὐτὰς εἶναι, οὐ τετραγώνους. φησὶν Ἀριστοφάνης ὁμοίας εἶναι τοῖς Ἄξοσι· πλὴν ὅτι οἱ μὲν Ἄξονες, νόμους, οἱ δὲ Κύρβεις, οὐσίας ἔχουσιν. ἀμφοτέρων δὲ τετραγώνων τὸ κατασκεύασμα, οἷον πλινθίον τι μέγα, ἀνδρόμηκες, ἡρμοσμένα ἔχον τὰ τετράγωνα ξύλα, τὰς πλευρὰς πλατείας ἔχοντα, καὶ γραμμάτων πλήρεις. καὶ ἑκατέρωθεν δὲ κνώδακας, ὥσπερ κινεῖσθαι καὶ περιφέρεσθαι ὑπὸ τῶν ἀναγόντων. Etymologi locum tractavit Salmasius de Modo Usur. p. 98. ubi pro *κυρβασταὶ ἢ κύρβεις* legit *κρυβασίαι ἢ κρύβιες*. Malim, *κρυβασταὶ*, a *κρυβάζω*. Mox pro *οὐσίας* bis bene scribit *θυσίας*, et pro *Ἐφέσιος*, *Ἐρέσιος*. Sed nihil melius, quam quod pro *δόνακας* legendum vidit *κνώδακας*, ut totidem literis habet Etymologic. Ms. Denique e vitiosa lectione *τοῦ γράφοντος*, vel, ut in Ms. est, *τῶν ἀναγόντων*, corrigo, *τῶν ἀναγινωσκόντων*, ut est apud Suidam.

[e] Κύρτος] Sophist. p. 150. C. *Κύρτους δὴ καὶ δίκτυα, καὶ βρόχους, καὶ πόρκους, καὶ τὰ τοιαῦτα, μῶν ἄλλο τι πλὴν ἕρκη χρὴ προσαγορεύειν*; quo loco Etymol. M. p. 683. 19. usus est. Tim. p. 546. F. G. 547. B. Legg. vii. p. 641. G.

[f] Κωμῳδεῖν] Parmenid. p. 55. C. *πρὸς τοὺς ἐπιχειροῦντας αὐτὸν κωμῳδεῖν.* Polit. iii. p. 436. B. *κακηγοροῦντας τε καὶ κωμῳδοῦντας ἀλλήλους, καὶ αἰσχρολογοῦντας.* v. p. 457. E. *ἐξῆν τοῖς τότε ἀστείοις, ταῦτα πάντα κωμῳδεῖν.* Legg. vii. p. 639. A. *τὰ δὲ—τῶν ἐπὶ τὰ τοῦ γέλωτος κωμῳδήματα τετραμμένων,—καὶ κατὰ τὰ τούτων πάντων μιμήματα κεκωμῳδημένα, ἀνάγκη μὲν θεάσασθαι.* xi. p. 684. D. E. Sympos. p. 323. F. H. Gorg. p. 287. D. *μὴ οἴηταί με διακωμῳδεῖν τὸ ἑαυτοῦ ἐπιτήδευμα.* Apolog. p. 365. A. *ὃ δὴ καὶ ἐν τῇ γραφῇ ἐπικωμῳδῶν Μέλιτος ἐγράψατο.* Lysias p. 203. ed. Tayl. et Jac. Perizon. ad Ælian. V. H. Lib. ii. cap. 13. p. 104. Transcripsit glossam Suidas.

[g] Κωλαγρέται] Κωλαγρέται, vel, ut alii scribunt, *κωλακρέται*, a Scholiaste Aristoph. ad Vesp. v. 693. dici traduntur *ἀπὸ τοῦ ἀγρεῖν τὰς κωλὰς*, quod victimæ partes caperent: ut *μαζαγρέτας* dixit Aristias apud Athen. xv. p. 686. A. Glossographus noster bene iis tribuit et *judicialis* et *sacræ pecuniæ* curam. Lexicon Rhetor. Ms. *Κωλακρέται. οἱ τῶν ἀργυρίων ταμίαι καὶ τὸ δικαστικὸν ἐταμιεύοντο τριώβολον, καὶ τὰ εἰς τὰς θεοὺς ἀναλισκόμενα χρήματα.* quocum consentit Schol. Comici l. c. nisi quod universe *εἰς θεοὺς* scribat. Hesychius: *Κωλακρέται. ἀργυρικοὶ ταμίαι, οὕς τινες οἴονται μόνου τοῦ δικαστικοῦ προΐστασθαι.* In iis Grammaticis, quos Hesychius significat, est etiam is, qui *Δικῶν ὀνόματα* collegit, in Bibl. Sangerm. *Κωλακρέται. οἱ κρατοῦντες δικαστικὴν ζημίαν.* Qui Aristophanis, Grammatici, auctoritatem secutus videtur. Is enim statuerat, unius judiciariæ pecuniæ, non publicæ universæ, curam ad *κωλακρέτας* pertinuisse. Sed eum ex Androtione refellit Scholiastes Comici ad Av. v. 1540. *Κωλακρέται* etiam, quantum quisque pecuniæ ad publicas triremes conferret, descripsisse videntur. Etymol. M. p. 525. 14. *Κολακρίται.* (lege, *Κωλακρέται.*) *οἱ τῶν ἀργυρίων ταμίαι, οἳ τὸ τριηραρχεῖν ἔτατον.* Harpocration v. *Ἀποδέκται* ex Androtione narrat, *ἀποδέκτας* a Clisthene, multa in reipublicæ Atticæ forma novante, in *κωλακρέτων* locum esse surrogatos. Vide ibi Maussac. et Valesium in Maussac. Notas p. 235. At Pollux viii. 97. *κωλακρέτας* post *ἀποδέκτας* memorat, quasi illi *ἀποδέκται* successissent: *Ταμίαι τῆς θεοῦ, κληρωτοὶ μὲν ἐκ πεντακοσιομεδίμνων ἦσαν· τὰ δὲ χρήματα παρελάμβανον τῆς βουλῆς παρούσης. ἐκαλοῦντο δὲ οὗτοι κωλακρέται. εἶχον δ' ἐξουσίαν καὶ ζημίαν ἀφελεῖν, εἰ ἀδίκως ὑπὸ τῶν ἀρχόντων ἐπιβληθείη.* Ex his satis superque intelligi arbitror, quam juvenili levitate Dan. Heinsius ad Sil. It. i. 119. scripserit, nugari Græcos istos, qui *κωλακρέτας ærurios* aut *thesaurarios* dicant. Post hæc a nobis scripta editaque, illustris Caylusius Recueil d'Antiquités T. ii. Tab. 65. marmor Cyzicenum prodidit, in quo verbum a *κωλακρέτης* formatum, et hucusque inauditum, *κωλεκρατέω*, legitur: *οἱ δὲ ἐκωλεκράτησαν ἐπ' ἑταιριῶν, Κορράγου Τιμόθεος*, etc. Cum de scriptura lapidis, qui nunc Parisiis servatur, dubitari non possit, credat fortasse aliquis, verbum per colonos Athenis Cyzicum translatum, vulgi ore deprava-

Λ.

Λαμπτήρ.[a] *φανός.*
Λαχεῖν δίκην.[b] *γράψασθαι.*
Λάχος.[c] *κλῆρος.*
Λεία.[d] *ἁρπαγὴ ἀπὸ τῶν πολέμων.*
Λήξεις.[e] *τῆς τριακάδος καλουμένης λήξεώς τε περὶ δικῶν, καὶ προσκλήσεων, καὶ κλητήρων. Κλητῆρες δὲ, οἱ μάρτυρες.*

tum esse. Sed satius est, culpam in marmorarium conferre, qui, duabus literis temere transpositis, *ἐκωλεκράτησαν* sculpserit pro *ἐκωλακρέτησαν*. Ceterum glossam etiam habent Photius Lexico Ms. et Suidas. Quam qui in Platone quærere instituerit, operam perdet. Pro *ταμίαι* Ms. *ταμιεῖαι*.

[a] *Λαμπτήρ*] Phrynichus Ms. *Λυχνοῦχος, Λαμπτὴρ, Φανὸς, διαφέρουσι. Λυχνοῦχος μέν ἐστι σκεῦός τι, ἐν κύκλῳ ἔχον κέρατα, ἔνδον δὲ λύχνον ἡμμένον, διὰ τῶν κεράτων τὸ φῶς πέμποντα. Λαμπτὴρ δὲ, χαλκοῦν, ἢ σιδηροῦν, ἢ ξύλινον λαμπάδιον, ὅμοιον ἔχον θρυαλλίδα. Φανὸς δὲ, φάκελος τινῶν συνδεδεσμένος, καὶ ἡμμένος, ὁ καὶ διὰ τοῦ π.* Sed hoc discrimen sæpe a veteribus neglectum esse, multis exemplis, quæ hic ponere nihil attinet, intelligitur. Vide Casaubon. ad Sueton. Cæs. cap. 31. et Valckenar. Anim. in Ammon. p. 147. Artemidorus v. p. 256. *Ἔδοξέ τις τὸν δοῦλον αὐτοῦ, ὃν μάλιστα παρὰ τοὺς ἄλλους ἐτίμα, φανὸν γεγονέναι, τοῦτον ὅν περ λαμπτῆρα καλοῦσιν.* ubi, tanquam Grammatici glossema, contextu ejicienda sunt verba: *τοῦτον ὅ περ λαμπτῆρα καλοῦσιν.* Vocem *λαμπτὴρ* non memini me legere in Platone.

[b] *Λαχεῖν δίκην*] Cod. Ms. corruptissime exhibebat: *Δαχεῖν. διήκειν.* Sed bene Cl. Taylor. ad Lys. p. 316. emendat: *Λαχεῖν δίκην.* quod in textum recipere non dubitavimus. Hesychius: *Λαχεῖν δίκην. γράψασθαι, δικάσασθαι.* idque jure Atticis tribuunt Moeris p. 243. et Thom. M. Euthyphr. p. 49. C. *ἐκείνῳ τῷ διδασκάλῳ λάχε δίκην πρότερον ἢ ἐμοί.* ubi vide Scholia. Legg. vi. p. 617. G. *τούτων πέρι λαγχάνειν μὲν ἐν ταῖς κοιναῖς δίκαις τὸν ἀδικούμενον.* viii. p. 674. D. *δίκας ἀσεβείας τῷ ἐθέλοντι λαγχάνειν ὑπεχέτω.* xi. p. 681. E. *ἔστω δίκην λαχεῖν ἐπιτροπίας.* ibid. p. 685. A. E. xii. p. 688. H. Nihil hac forma frequentius in Oratoribus Atticis.

[c] *Λάχος*] Legg. v. p. 612. B. *καὶ δὴ τὸ μετὰ τοῦτο δώδεκα θεοῖς δώδεκα κλήρους θέντας, ἐπονομάσαι καὶ καθιερῶσαι τὸ λαχὸν μέρος ἑκάστῳ τῷ θεῷ.* Hic, aliquando suspicatus sum, pro *λαχὸν* legendum esse *λάχος*, abjecto *μέρος*, quod ex glossemate irrepserit: ut factum est in Suidæ Codice Leidensi: *πρῶτον λάχος μέρος οἴσομαι.* Nec ea ratio displicebat politissimo Santenio. Sed cum Pollux etiam viii. 91. *τὸ λαχὸν* pro *re, quæ alicui sorte obtingit*, dixerit, nihil decernere audeo.

[d] *Λεία*] Nec hanc vocem in Platone reperi. Pro *πολέμων* lege *πολεμίων*.

[e] *Λήξεις*] Hic aquam mihi hærere, ingenue fateor. Consultus Hemsterhusius meus ita respondebat: ‘Unde verba *τῆς τριακάδος καλουμένης* huc fuerint invecta, exputare sane nequeo: certe interpretatio est *Ἔνης καὶ νέας·* nam credibile non videtur fuisse scriptum *Λήξεως, τῆς τριακάδος κ.* ut quis *λῆξιν* dixerit a *λήγω finem* vel *ultimum diem mensis*, quemadmodum usurpari solet *λήγοντος τοῦ μηνὸς, τοῦ ἔτους*, etc.’ Toupius Emend. in Suid. T. iii. p. 88. cum tria in hac glossa commemorata videret, *λήξεις δικῶν, προσκλήσεις, κλητῆρας*, legendum conjecit: *τῆς τριάδος καλουμένης.* At quo pacto *λῆξις*, de qua una Timæus agit, *τριὰς* appellari potuit? Nam verba, quæ sequuntur, non sunt Timæi, sed Platonis Legg. viii. p. 649. G. *καθ’ ἃ δεῖ τὰς τιμωρίας γίγνεσθαι, λήξεών τε περὶ δικῶν, καὶ προσκλήσεων, καὶ κλητήρων.* Mihi glossa mutila videtur, nec sine melioribus libris restituenda. Polit. iv. p. 447. E. *καὶ δικῶν λήξεις, καὶ δικαστῶν καταστάσεις.* Legg. xii. p. 688. H. 689.

Λιθολόγοι.[f] *οἰκοδόμοι.*
Λίσπαι.[g] *οἱ δίχα πεπρισμένοι.*
Λύγη.[h] *σκιὰ, ἀπόκρυψις.*
Λυκαβηττός.[i] *ὄρος τραχύ.*

C. 692. C. Pollux viii. 29. *Δίκης μὲν λῆξις εἴη ἂν, ὁ νῦν καλούμενος τύπος· τὸ δὲ ἰδιωτικῶς, ἀμφισβήτημα. ἀνεκρίνοντο δὲ τὰς λήξεις οἱ ἄρχοντες.* Pro *κλητήρων* in Ms. erat *κλητηρίων*.

[f] *Λιθολόγοι*] Veteres Grammatici dicunt, *λέγειν*, *ἀναλέγειν*, *διαλέγειν* usitata fuisse pro *οἰκοδομεῖν*, *ἀνοικοδομεῖν*, et *λιθολόγος* pro *οἰκοδόμος*. Id tamen non de *architectis*, sed de *fabris cæmentariis*, *qui lectos lapides componunt*, intelligendum esse, exquisitioris eruditionis ubertate docet Valckenarius Annot. Crit. in N. T. p. 379. Idem locis pluribus, quibus *τέκτονες* et *λιθολόγοι* tanquam diversi ponuntur, confirmatur. Legg. ix. p. 653. G. *καθάπερ ἢ λιθολόγοις, ἢ καί τινος ἑτέρας ἀρχομένοις συστάσεως.* ubi H. Stephanus, nescio, quo in Codice, glossam *οἰκοδόμοις* in textu invenit. Vide ibi Scholia. Legg. x. p. 671. F. *οὐδὲ γὰρ ἄνευ σμικρῶν τοὺς μεγάλους φασὶν οἱ λιθολόγοι λίθους εὖ κεῖσθαι.* quo Kuhnius respexisse putabat Pausaniam Lib. ii. p. 169. *λιθία δὲ ἐνήρμοσται πάλαι, ὡς μάλιστα αὐτῶν ἕκαστον ἁρμονίαν τοῖς μεγάλοις λίθοις εἶναι.* Themist. Orat. iv. p. 60. A. *καὶ ἐργάζονται ὑμῖν ταῦτα τὰ ἔργα οἱ χαλκεῖς, καὶ τέκτονες, καὶ λιθολόγοι.* Orat. x. p. 137. *τεκτόνων δὲ ἄνευ καὶ λιθολόγων ἀνιέναι τὸ ἐπιτείχισμα.* Pollux i. 161. Lexicon Rhet. Ms. *Λιθολογήματα. τὰ νῦν λιθόστρατα.* Sic Etymol. M. p. 535. 1. Homericum *κραταίπεδον* exponit *λιθόστρωτον ἔδαφος, ἢ ψηφολογικόν.* et Interpretes Alexandrini Tobiæ xiii. 17. *αἱ πλατεῖαι—ἐν λίθῳ ἐκ Σουφεὶρ ψηφολογηθήσονται.* Cum Timæo congruunt Photius Ms. et Suidas.

[g] *Λίσπαι*] Sympos. p. 323. F. *ὅπως μὴ καὶ αὖθις διασχισθησόμεθα, καὶ περίϊμεν ἔχοντες, ὥσπερ οἱ ἐν ταῖς στήλαις, κατὰ γραφὴν* (sic scribe) *ἐκτετυπωμένοι, διαπεπρισμένοι κατὰ τὰς ῥῖνας γεγονότες, ὥσπερ λίσπαι.* ubi vide Scholiasten. *Λίσπας* Ficinus, et Cornarius in Eclog. p. 334. de *animalibus minutis et circa coxas attenuatis* acceperunt, haud dubie secuti auctoritatem Callistrati apud Schol. Comici ad Ran. v. 848. *Καλλίστρατος δὲ* (*Λίσπην φησὶ*) *θηρίδιον λεπτὸν σφόδρα· ἀφ' οὗ καὶ οἱ τὰ ἰσχία λεπτοὶ, λίσποι λέγονται.* Sed toto cœlo, quod aiunt, errant. Nam *λίσπαι* h. l. sunt *tali in medio incisi, et usu detriti*. Egregie Suidas: *Λίσποι. οἱ μέσον διαπεπρισμένοι ἀστράγαλοι, καὶ ἐκτετρημένοι.* vel, ut alii rectius, *ἐκτετριμμένοι*. quæ, nescio, an ex integriore Timæi exemplari hauserit. Certe *ἀστράγαλοι* ex Timæo, suspicor, excidisse. Vide Hesych. v. *Λίγδοι*, et *Λίσποι*, qui aliam quoque affert hujus vocis notionem: *Λίσπαι. οἱ ἠκρωτηριασμένοι τὰ κάτω μέρη.* Scilicet vetus comœdia Athenienses, tanquam *λισποπύγους*, perstringebat, non quod illorum nates sedendi assiduitas graciliores reddidisset, sed quod eas mutuæ libidines attrivissent. Phrynich. Ms. *Λισπόπυγος. ὁ ἀποτετριμμένην ἔχων τὴν πυγήν. Λίσπη γάρ ἐστιν ἡ ἀποτετριμμένη ἀστράγαλος.* Pollux ii. 184. et Erhard. ad Petron. cap. 81. *Λισποπύγους* etiam *ὑπολίσπους πυγὴν* vocabant. Phrynichus Ms. alio loco: *Ὑπόλισπος πυγήν. ὁ ἀποτετριμμένος τὴν πυγὴν, καὶ μικρὰν ἔχων. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν λίσπων. Λίσπαι γάρ εἰσιν αἱ ἀποτετριμμέναι ἀστράγαλοι.* Aristophan. Equit. v. 1365. *Πολλοῖς γ' ὑπολίσποις πυγιδίοισιν ἐχαρίσω.* ubi vide Schol. Eandem rem venuste extulit Antipater Thessalonicensis Epigr. inedito: *τὴν ἐλάφου παντὸς ἀπυγοτέρην.* In transitu castigandus Hesychius: *Ὑπολιφόν. ὀλισθηρόν.* Lege: *Ὑπόλισφον.* Atticos enim *λίσφος* pro *λίσπος* dixisse, docent Mœris p. 245. et Tzetzes ad Hesiod. *Ἔργ.* v. 156. Etymologicum Ms. in Bibl. Regia: *Λισφοὶ τὰ ἰσχία, οἱ Ἀττικοὶ, παρὰ τὸ λιπεῖν αὐτὰ σαρκῶν. δύνανται καὶ Λίσφοι λεῖοι εἶναι κατὰ τὴν ὀσφύν.* Plura de hac forma Piersonus ad Mœrid. l. c.

[h] *Λύγη*] Suidas: *Λύγα. σκοτεινά.* Lege: *σκοτία.* Quod Is. Vossius ad Hesych. v. *Ἀλεάζειν* profert ex Arcadio Ms. *Ἀλεγή. σκιά.* depravatum videtur ex *Ἠλύγη. σκιά.* Vide Toupium Emend. in Suid. ii. p. 136. Supra ex Platone *ἐπηλυγάζεσθαι* tractavimus: at *λύγη* quærendum.

[i] *Λυκαβηττός*] Crit. p. 560. F. Eryx. p. 745. A.

Μ.

Μανόν.[a] τὸ ἀραιόν. καὶ ὁ μαινόμενος, ὁ μὴ ἰσχυρὸς ταῖς φρεσίν.

Μέλεος.[b] ὁ τοῖς μέλεσι μάταιος.

Μέρμερος.[c] ὁ διὰ πανουργιῶν φροντίδα τισὶν ἐμποιῶν.

Μεσεγγυηθέν.[d] ἐπὶ μεσιτῶν ἀποτεθὲν, καὶ ἀμφισβητούμενον.

Μεταλαγχάνειν.[e] ἀφυστερεῖν, ἢ ἀποτυγχάνειν κλήρου.

[a] Μανόν] Legendum ex Suida: Μανόν. τὸ ἀραιόν. καὶ Μανὸς, ὁ μαινόμενος, etc. Plato Tim. p. 535. G. τὰ μὲν πυκνὰ καὶ βαρέα,—τὰ δὲ μανὰ καὶ κοῦφα. p. 545. D. μανῷ μὲν ὀστῷ. p. 546. G. ὡς ὄντος τοῦ σώματος μανοῦ. p. 547. B. 549. E. Legg. v. p. 607. D. ἐλάττονα καὶ σμικρότερα καὶ μανώτερα ἔχων ἀμφότερα. Eandem vocem Jan. Cornarius Eclog. p. 776. reddidit Platoni Tim. p. 541. C. ὅσα μὲν γὰρ εἰσιόντα περὶ τὰ φλεβία, οἷόν περ δοκίμια τῆς γλώττης, τεταμένα ἐπὶ τὴν καρδίαν, εἰς τὰ μανώτερα τῆς σαρκὸς καὶ ἁπαλὰ ἐμπίπτοντα, γήϊνα μέρη κατατηκόμενα, ξυνάγει etc. Vulgo legitur, εἰς τὰ νοτερὰ τῆς σαρκὸς, et mox, γήϊνα μέσα etc. Τὰ μανώτερα planissime confirmat Plutarch. Symp. i. 6. p. 624. D. τὰ γὰρ φλεβία τῆς γλώττης, ὡς ὁ Πλάτων φησὶ, μαλακὰ, καὶ μανώτερα ὄντα. Alterum, γήϊνα μέρη, Codex meus, et Stobæus Ms. Ocellus Lucan. cap. 2. p. 520. τὸ δὲ βαρὺ καὶ κοῦφον, καὶ πυκνὸν καὶ μανόν. Crebra vox apud Medicos, tanquam Aretæum. Phrynichus Ms. Μανόν. τὸ ἀραιὸν οὕτως λέγουσι. Ἀθηναῖοι τὴν πρώτην συλλαβὴν ἐκτείνουσιν. Etymologicum Ms. in Bibl. Regia: Μανία. μανὸν ἔλεγον τὸ ἀραιὸν, ὡς καὶ Αἰσχύλος· ἐμμανῶς στήμοις πέπλοις, τουτέστιν, ἀραιοῖς. Lege: ἐν μανοστήμοις πέπλοις. Ad eundem Æschyli locum pertinet glossa Hesychii: Μανοστήμοις. ἀραιοστήμοις. Plato etiam nomine μανότης non semel usus est. Photius Lexico Ms. Μανά. ἀραιά. καὶ Μανότης. ἀραιότης. οὕτως Πλάτων. Tim. p. 544. B. πάντα ἡ σπληνὸς καθαίρουσα αὐτὰ δέχεται μανότης. p. 550. C. ὑπὸ μανότητος ὀστῶν. Leg. vii. p. 637. D. καὶ δὴ καὶ πυκνότητα μανότητι, καὶ τάχος βραδύτητι, καὶ ὀξύτητα βαρύτητι, etc. de quo loco Histor. Acad. Inscript. T. ii. p. 199. videnda. Dio Chrys. Or. xxxvi. p. 452. D. Alciphron Lib. iii. ep. 41. Max. Tyr. Diss. viii. p. 83. Μανὸν pro *furioso* nec apud Platonem legi, nec apud quemquam veterum scriptorum.

[b] Μέλεος] In Ms. solemni errore scribitur Μέλαιος. Vide infra v. Ὦ μέλεε.

[c] Μέρμερος] Hipp. Maj. p. 99. F. Μέρμερος πάνυ ἐστὶν, ὦ Ἱππία. ubi vide Scholia. Paulo ante dixerat: σχέτλιός ἐστι, καὶ οὐδὲν ῥᾳδίως ἀποδεχόμενος. ex quo vocis vis intelligitur. Timæus in ea explicanda nimis originem pressit. Ego potius sumam pro *difficili, moroso, cui non facile satisfacias.* Alii hac voce utuntur pro *gravi; arduo, molesto.* Homer. Il. Θ. 453. πολέμοιό τε μέρμερα ἔργα. Plutarchus Gryllo p. 988. A. Τελμισίαν ἀλώπεκα, μέρμερον χρῆμα. Proverbiale μερμέριον κακὸν, ab aliis, ni fallor, Τερμέριον κακὸν dictum, quo Euripides Rheso v. 509. et Themist. Or. xxi. p. 261. A. usi sunt, ridet Lucianus Lexiph. p. 334.

[d] Μεσεγγυηθέν] Respicit Legg. xi. p. 675. F. ἐὰν δὲ τὸ μεσεγγυηθὲν θρέμμα ᾖ, τὸν νικηθέντα περὶ αὐτοῦ δίκῃ, τὴν τροφὴν ἐκτίνειν τοῖς ἄρχουσι. Hoc verbum commendat Phrynich. p. 46. Vide Polluc. viii. 28. Harpocrat. v. Μεσεγγύημα, et ibi Vales. Lexicon Rhet. Ms. Μεσεγγύημα. ἀργύριον ἐστὶ παρά τινι κείμενον ἐν ὁμολογίᾳ τῶν δόντων ἐπὶ τῷ ὁτιοῦν διαπραξάμενον λαβεῖν αὐτό. Cod. Ms. una litera vitiata Μεσεγγυαθέν.

[e] Μεταλαγχάνειν] Pertinet glossa ad Gorg. p. 281. init. Πολέμου καὶ μάχης φασὶ χρῆναι οὕτω μεταλαγχάνειν. quem locum ita παραφράζει Olympiodorus Scholiis Mss. in hunc Dialogum: ὅτι ὄντος πολέμου καὶ μάχης ἐπικειμένης,

Μεταποιεῖσθαι.[f] ἀντιποιεῖσθαι.
Μετρίως ὠργασμένος.[g] ἀντὶ τοῦ, μεμαλαγμένος, ἢ δεδευμένος.

ἔδει σε ὑστερῆσαι. Sed satius fuerit, Hemsterhusianam explicationem afferre. ' Platonis locum interpretor: *Ita nimirum, ut est in proverbio, decet belli pugnæque participem esse; bellum pugnamque obire:* quod dicitur in eos, qui serius post rem peractam demum adveniunt. Responsio Socratis manifesto sensum aperit: sic μετὰ τὸν πόλεμον ἡ συμμαχία, μετὰ τὸν πόλεμον τὰς μηχανὰς κομίζειν, de *iis, qui quocumque modo serius, quam oportebat, vel adsunt, vel aliquid agunt,* usurpatur. Quare ἀφυστερεῖν non verbum μεταλαγχάνειν, sed mentem ipsius proverbii declarat, sumtumque est ex Platonis ὑστεροῦμεν.' Vide Scholiasten ad h. l. Polit. iv. p. 448. G. ᾧ προσήκει ταύτης τῆς ἐπιστήμης μεταλαγχάνειν. Legg. ix. p. 660. B. μήτε αἰσχύνης τινὸς ἀπόρου καὶ ἀβίου μεταλαχών. Timæo glossam sublegerunt Photius Lex. Ms. et Suidas.

[f] Μεταποιεῖσθαι] Cod. Ms. habet: Μεταποιεῖσθαι. ἀντὶ τοῦ ποιεῖσθαι. Sed recepimus lectionem Suidæ, a quo nominatim laudatur Πλάτων Πολιτικοῖς, vel potius Πολιτικῷ. Locus est p. 183. D. οὐς ἀναμφισβητήτως δούλους ἔχομεν εἰπεῖν, ἥκιστα βασιλικῆς μεταποιουμένους τέχνης. et mox: μή ποτε βασιλικῆς μεταποιουμένους εὕρωμεν. Herodot. Lib. ii. 178. ὅσαι δὲ ἄλλαι πόλις μεταποιεῦνται, οὐδέν σφι μετεὸν μεταποιεῦνται. Plutarch. T. ii. p. 57. F. ἂν δὲ καὶ λόγων τινὸς ἐμπειρίας ὁρᾷ μεταποιούμενον. Philostrat. Heroic. cap. iii. p. 710. Themist. Or. ii. p. 24. A. Wassius in Thucyd. Lib. ii. 51.

[g] Μετρίως ὠργασμένος] In Cod. Ms. levi vitio scribitur, ὠργιασμένος. Sed in hac ipsa glossa jam olim peccatum est gravius. Nam Photius Lexic. Ms. sic legit: Μετρίως ὀργασμένως. ἀντὶ τοῦ, μεμαλαγμένως, ἢ δεδευμένως. Multo inquinatius Suidas: Μετρίως ὠργισμένος, ἀντὶ τοῦ, μεμαλαγμένως, (Edd. prior. μεταλλαγμένως) ἢ δεδευμένως. quod, mirum est, a Kustero concoqui potuisse. Infra Timæus: Ὀργάσας. μαλάξας. Et alio loco: Ὠργασμένος. μεμαλαγμένος, quorum utrumque Suidas etiam descripsit. Glossa referenda est ad Theæt. p. 136. D. ὅταν μὲν ὁ κηρὸς τοῦ ἐν τῇ ψυχῇ βαθύς τε καὶ πολὺς καὶ λεῖος καὶ μετρίως ὠργασμένος ᾖ, τὰ ἰόντα διὰ τῶν αἰσθήσεων, ἐνσημαινόμενα εἰς τοῦτο τὸ τῆς ψυχῆς κέαρ, etc. Ceterum quis non miretur fatalem librariorum in hoc verbo errorem? Nam hic quoque ὠργασμένος in εἰργασμένος commutarunt. Sed bonum factum, quod Suidas v. Ὠργασμένος Platonis locum emendatiorem laudavit: ex quo veram lectionem restituendam esse, dudum est, quod monuerit Paul. Leopardus Emend. xvi. 16. Neque aliunde Pollux vii. 165. excerpsisse videtur κηρὸν ὀργάζειν. Est vero ὀργάζειν *quamlibet materiam subigere, macerare, mollire.* Sophocles Œd. Tyr. v. 343. ex T. H. emendatione: καὶ γὰρ ἂν πέτρου Φύσιν σύ γ' ὀργάσειας. Idem apud Etymol. M. 629. 35. Θέλοιμι πηλὸν ὀργάσαι. Eximium est Scholion, quod ex Hippocratis Ms. margine protulit Foesius Œcon. v. Ὀργασμός. Ὀργασμὸς, μαλαγμός. μέμνηται τῆς λέξεως καὶ Σοφοκλῆς ἐν Πανδάρῳ λέγων· Καὶ πρῶτον ἄρχον πηλὸν ὀργάζειν χεροῖν. καὶ Ἀττικοὶ δὲ ἰδίως λέγουσιν Ὀργάσαι. τὸ τὰ ὑγρὰ τοῖς ξηροῖς μίξαι καὶ ἀναφυράσαι, καὶ οἷον πηλὸν ποιεῖν. ubi pro ἐν Πανδάρῳ lege ἐν Πανδώρᾳ. In ipso Sophoclis versu olim conjiciebam: Καὶ πρῶτον ἀργὸν πηλὸν etc. quod Cl. Brunckius secutus est in Lexico Sophocleo. Nunc malim: Καὶ πρῶτον ἄρχου πηλὸν etc. ut Æm. Portus Lex. Ion. v. Ὀργάζειν correxit. Phrynichus Ms. Ὀργάζειν πηλὸν, τὸ διαβρέχειν. οὕτως γὰρ τὸ ὑγραίνειν οἱ ἀρχαῖοι λέγουσιν. καὶ Ὀργάδα, τὴν ἱερὰν καὶ ἀνιερωμένην γῆν, ὅτι ἑλώδης καὶ ἔνυγρος. qui, ut solet, respicit Aristophan. Av. v. 840. Χάλικας παραφόρει, πηλὸν, ἀποδὺς, ὄργασον. ubi Scholiastes ex Eupolidis Προσπαλτίοις hæc attulit: Ἢ πηλὸν ὀργάζειν τινά. Herodotus Lib. iv. 64. σαρκίσας βοὸς πλευρῇ, δέψει τῇσι χερσί. ὀργάσας δὲ αὐτὸ, ἅτε χειρόμακτρον ἔκτηται. ubi quod Codd. et Glossæ præbent ὀργίσας, natum videtur ex ὀργήσας, ab ὀργάω. quam formam agnoscit Hesych. v. Ὑπορ γηθεῖσα, et Ὠργημένον. Nicander Theriac. v. 651. Καὶ τὰ μὲν ὀργάζοιο, καὶ εἰν ἑνὶ τεύχει μίξας. Alexiph. v. 155. et Schol. Poeta incertus apud Athen. Lib. x. p. 455. E. Κριθῆς ἀφλοίου χυλὸν ὀργάσας πίε. ubi vide Casaubonum. Hesych. in v. et Herodianus Atticista p. 468.

Μορμολυκεῖα.[h] τὰ φοβερὰ τοῖς παισὶ προσωπεῖα. Μορμορύττει καὶ μορμολύττει.[i] ἀντὶ τοῦ ἐκφοβεῖν, ἀμφότερον.

[h] Μορμολυκεῖα] Proprie sunt *larvæ tragicæ* vel *comicæ*, *ad terrorem incutiendum compositæ:* quales videas, licet, in Terentio nuper Urbini edito. Προσωπεῖα διάκενα et μορμολύκια Isidor. Pelus. Lib. ii. Ep. 257. junxit. Nunnes. ad Phrynich. p. 162. Spanhem. ad Callim. H. in Dian. v. 67. et Hemsterh. ad Polluc. x. 167. In fabulis Μορμολύκη Acherontis est nutrix; quod ex Sophrone tradit Porphyr. apud Stob. Ecl. Phys. p. 129. Alias puerorum terriculas, Lamiam, Gorgonem, Gellonem, Maniam, recenset Casaubonus ad Strabon. i. p. 36. Sed μορμολυκεῖον a propria *personæ* significatione transiit ad latiorem, et usurpari cœptum est *de rebus iis, quæ inanem afferunt terrorem.* Plato Phædon. p. 384. E. ἀλλ' ἴσως ἔνι τὶς καὶ ἐν ἡμῖν παῖς, ὅστις τὰ τοιαῦτα φοβεῖται. τοῦτον οὖν πειρώμεθα πείθειν μὴ δεδιέναι τὸν θάνατον, ὥσπερ τὰ μορμολύκεια. quod ab aliis etiam expressum docet Gataker. ad Antonin. L. xi. §. 23. Seneca de Constant. Sap. 4. 'ut non dolore tantum, sed doloris opinione vexemur, more puerorum, quibus metus incutit umbra, et personarum deformitas, et depravata facies.' Clem. Alexandr. Strom. L. vi. p. 780. οἱ πολλοὶ δὲ, καθάπερ οἱ παῖδες τὰ μορμολύκια, οὕτως δεδίασι τὴν Ἑλληνικὴν φιλοσοφίαν. Arnobius vi. p. 210. 'ut ab actionibus improbi, tanquam parvuli pusiones, personarum monstruosissima torvitate, sannis etiam constringerentur, et Maniis.' ubi pro *sannis*, in quo Mss. variant, lege *Lamiis*. Julian. Or. vii. p. 238. A. σὺ δὲ ὅπως ἡμῖν μὴ τὸν Διογένη προβαλὼν, ὥσπερ τι μορμολύκειον, ἐκφοβήσῃς. Themist. Orat. v. p. 67. D. γράμματα ἀνθρώπινα δεδιότας, καὶ ἐπικήρους ἀνάγκας, καὶ ἀσθενῆ μορμολύκεια. Heliodor. vi. p. 265. ὁρᾷς, ὅση τις τοῦ ὀνόματος ἡ δύναμις, καὶ ὡς οὐκ ἐμοὶ μόνον μορμολύκειον, ἀλλ' ἤδη καὶ Ναυσικλεῖ γίνεται. Theophylactus, Bulgariæ Episcopus, Epist. 73. τὰ δὲ φόβητρα, ἃ ἡμῖν ἐπανατείνεσθε, μορμολύκια παίδων εἰσίν. Sed non necesse est, plura hujus generis cumulare.

[i] Μορμορύττει] Μορμολύττεσθαι est *gestu quodam et pronuncianda voce* Μορμὼ *pueros terrere*, ut bene explanat Gesnerus ad Claudian. Carm. xxxi. 111. Gorg. p. 291. G. Μορμολύττῃ αὖ, ὦ γενναῖε Πῶλε, καὶ οὐκ ἐλέγχεις. ubi Olympiodorus Scholiis Mss. Μορμολύττῃ, ἀντὶ τοῦ, ὡς παιδίον φοβεῖς. Vide ibi etiam Scholiasten. Criton. p. 371. B. οὐδ' ἂν πλείω τῶν νῦν παρόντων ἡ τῶν πολλῶν δύναμις ὥσπερ παῖδας ἡμᾶς μορμολύττηται, δεσμοὺς καὶ θανάτους ἐπιπέμπουσα. quem locum expressit Philo T. ii. p. 468. πρὸς δὲ τὸν πληγὰς καὶ θάνατον ἐπανατεινόμενον, οὐ μορμολύτταί με ταῦτα. Aristophan. Av. v. 1245. Ταυτὶ λέγουσα μορμολύττεσθαι δοκεῖς. Lucian. Deor. Dial. xix. p. 251. μορμολύττεται γάρ με, καὶ φεύγω ὅταν ἴδω αὐτὶ. Themist. Or. ix. p. 121. B. οὐδὲ μορμολύττεταί σε ἀνὴρ σιδηροῦς φανταζόμενος. Or. xxix. p. 346. B. Gregor. Nazianzen. Or. xxxv. p. 563. C. κἂν σὺ μορμολύττῃ τοὺς ἁπλουστέρους. ubi Basilius Scholiis nondum editis: Μορμολύττειν ἐστὶ, τὸ ἐκφοβεῖν, καὶ Μορμολυκεῖον, προσωπεῖον εἰς φόβον παιδίων ἀνοήτων, καὶ τύπος τις ἀλλόκοτος ὄψεως. εἴρηται ἀπὸ τῆς Μορμοῦς, τῆς καὶ Λαμίας. Θεόκριτος ἐν Θεσμοφοριαζούσαις (immo Ἀδωνιαζούσαις, v. 40.) τινὰ γυναῖκα πρὸς παιδίον λέγουσαν εἰσάγει, Μορμὼ δάκνει. Rarissime μορμολύττεσθαι accipitur pro *formidare, timere*. Plato, vel potius alius scriptor Platone multo recentior, Axioch. p. 729. A. καίτοιγε τὸν πρόσθεν χρόνον διαχλευάζων τοὺς μορμολυττομένους τὸν θάνατον. Eadem potestate Hesychius: Μορμολύττεται. φοβεῖται. Activum μορμολύττειν, non, nisi apud Grammaticos, reperi. Æque insolens est forma μορμορύττειν, quam Timæus primo loco ponit. Hesychius tamen habet: Μόρμορος. φόβος. Inde μορμορύττειν. Vide Valckenar. ad Theocrit. Adoniaz. p. 346. Alii scriptores pro μορμολύττεσθαι dicunt δεδίσσεσθαι, ut Homerus Il. Υ. 201. Πηλείδη, μὴ δή μ' ἐπέεσσί γε, νηπύτιον ὡς, Ἔλπεο δειδίξεσθαι. ex quo Platonis locum, quem paulo ante attulimus, ductum esse, pulcre vidit Piersonus ad Mœrid. p. 119. Ex eodem Homeri loco fluxit glossa Hesychii, quæ viros eruditos vehementer torsit: Δειδίξασθαι. ἐκφοβῆσαι τὰ παιδία ἀπὸ φρέατος εἰς δέος ἄξειν. Scribendum: Δειδίξασθαι. ἐκφοβῆσαι τὰ παιδία, ἀπὸ τέρατος εἰς δέος ἄξειν.

Μορυχαία.[j] οἰκία τις, ἀπὸ Μορύχου, ἐν ᾗ καὶ Ἄρτεμις Μορυχαία, ἀπὸ τοῦ καθιδρύσαντος.
Μουνυχία καὶ Ζέα.[k] λιμένες ἕτεροι τοῦ Πειραιέως.
Μυδᾶν.[l] δίυγρον εἶναι, καὶ σήπεσθαι.

[j] Μορυχαία] Respexit Timæus Phædr. p. 337. init. Ἀτὰρ Λυσίας ἦν, ὡς ἔοικεν, ἐν ἄστει. ΦΑΙ. Ναὶ, παρ' Ἐπικράτει ἐν τῇδε τῇ πλησίον τοῦ Ὀλυμπίου οἰκίᾳ τῇ Μορυχίᾳ. ubi Hermias Scholiis Mss. Ὁ δὲ Μόρυχος γάστρις τὶς ἄνθρωπος, καὶ ἡ κωμῳδία αὐτὸν ὡς γαστρίμαργον διαβάλλει. a quo nihil discrepat Scholiastes Platonis. Morychi gulam a Comicis vexatam esse, his locis intelligitur. Plato Comicus apud Schol. Aristophan. ad Nub. v. 109. Ὦ θεῖε Μόρυχε, τέως γὰρ εὐδαίμων ἔφυς, Καὶ Γλαυκέτης, ἡ ψῆττα, καὶ Λεωγόρας· Οἳ ζῆτε τερπνὸν, οὐδὲν ἐνθυμούμενοι. Aristophan. Acharn. v. 887. Ἦλθες ποθεινὴ μὲν τρυγῳδικοῖς χόροις, Φίλη δὲ Μορύχῳ. Vesp. v. 504. Ζῆν βίον γενναῖον, ὥσπερ Μόρυχος. Ibid. v. 1137. Ἐοικέναι μάλιστα Μορύχου σάγματι. ad quæ loca videnda sunt Scholia. Pac. v. 1008. Μορύχῳ, Τελέᾳ, Γλαυκέτῃ, ἄλλοις Τένθαις πολλοῖς. quem locum afferens Suidas v. Μόρυχος, hæc explicationis loco adjecit: Ὀνόματα κύρια. οὗτοι ἐπὶ μαγγανείᾳ διεβέβληντο. Sed non dubitandum est, quin vel ipse scripserit, vel in Scholiis deperditis scriptum legerit: οὗτοι ἐπὶ λαιμαργίᾳ διεβέβληντο. *Diana Morychia* ineptis librariis originem debet. Quod erratum non fefellit acumen Hemsterhusii: 'Suspicor verba ἐν ᾗ καὶ Ἄρτεμις—καθιδρύσαντος huc esse per errorem translata ex sequenti articulo, et postea emendatione prava fuisse scriptum Μορυχαῖα pro Μουνυχία· notissima certe hæc Diana. Sic ἡμῖν in Νῦν δή.' Glossa, quæ jam Photii tempore interpolata fuit, sic in ejus Lexic. Ms. contracta reperitur: Μορυχαία. οἰκία τις, ἀπὸ Μορύχος, (sic) ἐν ᾗ Ἄρτεμις. A Μόρυχος vero formatur Μορύχιος, non Μορυχαῖος. Illud igitur tenendum.

[k] Μουνυχία καὶ Ζέα] Neuter portus in Platone occurrit. Pro λιμένες ἕτεροι Photius Lex. Ms. legit, λιμένες ἱεροί. Sed Timæi lectio retinenda est, et sic exponenda: *portus alii diversi a Piræeo.* Cur enim magis ἱεροὶ, quam Piræeus? Fuere scilicet, qui a Piræeo distinguerent. De *Munychia* locus insignis est Ulpiani ad Demosthen. pro Cor. p. 533. F. Vide Meurs. de Piræeo cap. 3. et 9. et quæ communicavi cum P. Burmanno Secundo ad Propert. ii. 2. 59. Latinos poetas hunc portum modo *Munychium*, modo *Monychium* vocare, docet Marklandus ad Stat. Silv. v. 3. 107.

[l] Μυδᾶν] Cod. Ms. Μυδιᾶν. Quæ forma cum nullo usu recepta videatur, ex Photio Ms. et Suida μυδᾶν reposuimus. Μαδᾶν (quod est ipsum Latinum *madere*) et μυδᾶν cognata verba sunt, nec differunt prima significandi notione. Usus tamen μαδᾶν in hanc partem flexit, ut semper de *pilorum defluvio* dicatur. Μυδᾶν patet latius, et tam in meliorem partem pro *madefieri*, quam in pejorem pro *putrescere* et *fœtere* usurpatur. Vide H. Stephan. Ind. Thes. in utraque voce, et Foes. Œcon. Hippocr. Ludunt in his verbis permutandis librarii. In Aristophan. Plut. v. 266. vetus Criticus jam olim διττογραφίαν notavit. Apollon. Rhod. iii. 1041. Ἦρι δὲ μυδῆνας τόδε φάρμακον, ἠΰτ' ἀλοιφῇ Γυμνωθεὶς φαίδρυνε τεὸν δέμας. Ibid. v. 1246. Τόφρα δὲ Μηδείης ὑποθημοσύνῃσιν Ἰήσων Φάρμακα μυδῆνας. Nicander Theriac. v. 308. Οἱ δὲ φόνῳ μυδόωντες ἀναπρίουσιν ὀδόντες. Sed inprimis, ut dixi, μυδᾶν *de putredine, quæ fœtorem emittit*, frequentari solet. Sophocles Antig. 1020. Μυδῶσα κηκὶς μηρίων ἐτήκετο. Dio Chrysost. Orat. v. p. 86. C. Τὸν δὲ νεκρὸν εὑρεθῆναι σαπρὸν ἤδη καὶ μυδῶντα. Lucian. Dial. Mort. xiv. p. 398. ὁρῶντας τὸν νεκρὸν τοῦ θεοῦ ἐκτάδην κείμενον, μυδῶντα ἤδη καὶ ἐξῳδηκότα. Quem Luciani locum præ altero Dial. Mort. vii. p. 357. Berglerus comparare debuerat cum Alciphr. Lib. iii. ep. 22. κεῖταί σοι τρίτην ταύτην ἡμέραν ἐκτάδην, νεκρὸν, ἤδη μυδῆσαν. Idem Lib. i. ep. 17. Longus L. iii. p. 128. Vide eruditissimum Kœnium ad Gregor. de Dialect. p. 264. Nec μυδᾶν, nec μαδᾶν a nobis in Platone repertum est.

N.

Νεοθνής.[a] ὁ νεωστὶ τεθνεώς.
Νεοτελής.[b] ὁ νεωστὶ τετελεσμένος.
Νεουργόν.[c] νεωστὶ εἰργασμένον.
Νῦν δή.[d] πρὸ ὀλίγου χρόνου ἡμῖν.
Νυνί.[e] ἐν τῷ ἐνεστῶτι χρόνῳ.
Νῷ.[f] ἡμεῖς.
Νῶϊν.[g] ἡμῖν.

[a] Νεοθνής] Legg. ix. p. 656. H. ὡς ὁ θανατωθεὶς ἄρα βιαίως, ἐν ἐλευθέρῳ φρονήματι βεβιωκὼς, θυμοῦται τῷ δράσαντι νεοθνὴς ὤν. Cum Timæo ad verbum congruunt Photius Lex. Ms. et Suidas; nisi quod apud posteriorem minus bene Νεοθανὴς edatur.

[b] Νεοτελής] Phædr. p. 346. E. Ὁ μὲν οὖν μὴ νεοτελὴς, ἢ διεφθαρμένος, οὐκ ὀξέως ἐνθένδε ἐκεῖσε φέρεται. κ. τ. λ. Ibid. ὁ δὲ ἀρτιτελὴς, ὁ τῶν τότε πολυθεάμων. et p. 345. E. ἀτελεῖς τῆς τοῦ ὄντος θέας ἀπέρχονται. ubi bene Hermias Scholiis Mss. Τὸ δὲ ἀτελεῖς, ἀντὶ τοῦ, ἀτέλεστοι. Phædon. p. 380. F. ὃς ἂν ἀμύητος καὶ ἀτέλεστος εἰς ᾅδου ἀφίκηται. Pro τετελεσμένος Suidas exhibet τετελειωμένος. ubi male vertitur, quod glossæ sedes ignorabatur.

[c] Νεουργόν] Polit. vi. p. 473. G. νεουργὸν ἱμάτιον ἔχοντος, ὡς νυμφίου παρεσκευασμένου. Plutarch. Sympos. L. ix. 10. p. 374. E. οὐδὲ τοὔλαιον, ἂν ᾖ νεουργόν. Liban. Opp. T. ii. p. 353. B. τὰ παλαιὰ μὲν ὡς νεουργὰ φερόμενοι. Themist. Or. ii. p. 40. A. σφραγῖδα πάνυ λαμπράν τε, καὶ νεουργόν. Or. iv. p. 60. A. μετοικίζειν ἐκ παλαιοῦ σκήνους ἐκτετηκότος εἰς ἀρτιπαγές τε, καὶ νεουργόν. Pollux i. 25. ix. 18. Rariorem formam νεοεργὴς vel νεουργὴς habent Alciphron Lib. iii. ep. 57. et Hesych. in v. Timæum descripserunt Photius Lex. Ms. et Suidas.

[d] Νῦν δή] Parmenid. p. 55. G. ὧν νῦν δὴ ἐγὼ ἔλεγον. Theæt. p. 115. E. οὐδένα πω ἐπῄνεσεν ὡς σὲ νῦν δή. Politic. p. 171. C. καθάπερ εἰκάζομεν νῦν δή. et centies alibi. Cum Futuro jungitur Sophist. p. 150. F. Καὶ νῦν δὴ τοῦτον ἰδιώτην θήσομεν. Legg. iii. p. 588. A. Οὐκοῦν νῦν δὴ μᾶλλον βεβαιωσόμεθα τὸ τοιοῦτον. Plura, ex ipso etiam Platone, de harum particularum vi notavit J. G. Grævius ad Lucian. Solœcist. p. 579. In fine glossæ dele ἡμῖν, quippe ex vicina voce Νῶϊν huc inculcatum.

[e] Νυνί] Euthyphr. p. 51. C. οἶμαι μέντοι ἔγωγε τοῦτο νυνὶ καλῶς λέγεσθαι. Phileb. p. 95. A. ἅπερ νυνὶ διελήλυθα. Hipp. Maj. p. 97. G. 99. H. et sexcenties alibi.

[f] Νῷ] Alcib. i. p. 33. G. ἀτὰρ νῷ γε καὶ μάλα σφόδρα. Phædr. p. 350. A. εἰ οὖν ἴδοιεν καὶ νῷ, καθάπερ τοὺς πολλούς. Ibid. p. 357. G. Vide Apollon. Dysc. Excerpt. p. 428. et Lucian. Solœc. p. 467. ibique Schol. et Græv.

[g] Νῶϊν] Erast. p. 5. E. δυοῖν ὄντοιν νῶϊν περὶ τοῦ λόγου. Phileb. p. 79. C. ὥστ' ἄλλό τι νῶϊν σκεπτέον. Theæt. p. 115. D. Sophist. p. 149. E. Politic. p. 170. C. 174. B. &c. Vide Valckenar. ad Euripid. Phœn. 463. et Piersonum ad Mœrid. p. 266. Suidæ Cod. Leid. congruit cum Timæo. In edito ἡμῖν deest.

Ξ.

Ξεναγοί.[a] οἱ τοῖς ξένοις ἡγούμενοι ὁδοί.

Ξύλων ἐρεψίμων.[b] στεγάσματά ἐστι τὰ ἐρέψιμα, τὰ εἰς τὰς οἰκίας κατατεταγμένα.

Ξυστίδες.[c] ποδήρη ἐνδύματα. οἱ δὲ χλαμύδας κωμικάς φασιν, ὅτι ἀπὸ τοῦ ἐξέσθαι καὶ εἰργᾶσθαι ἐπιμελῶς.

[a] Ξεναγοί] Legendum : ἡγούμενοι ὁδόν, vel, ὁδοῦ. Utroque modo Hesychius. Glossa autem pertinere videtur ad Phædr. p. 338. B. ὥστε ἄριστα σοὶ ἐξενάγηται, ὦ φίλε Φαῖδρε. ΦΑΙΔ. Σὺ δέ γε, ὦ θαυμάσιε, ἀποπώτατός τις φαίνῃ· ἀτεχνῶς γάρ, ὃ λέγεις, ξεναγουμένῳ τινὶ καὶ οὐκ ἐπιχωρίῳ ἔοικας. quem locum contulit Ti. Hemsterhus. cum hoc Luciani Contempl. p. 488. ξεναγήσεις γὰρ εὖ οἶδ' ὅτι με ξυμπερινοστῶν, καὶ δείξεις ἕκαστα, ὡς ἂν εἰδὼς ἅπαντα. Alciphron Lib. i. Ep. 26. ξεναγήσαντος μέ τινος τῶν ἀστικῶν, ἐπὶ τὰς Μαρτίου θύρας ἀφικόμην. Sic pro ἐξηγήσαντος verissime legit Steph. Berglerus. Sed ponamus totum locum, sicut integre et emendate in Codice Regio scriptus reperitur : ξεναγήσαντός μέ τινος τῶν ἀστικῶν, ἐπὶ τὰς Βυρτίας θύρας ἀφικόμην. εἶτα καταλαμβάνω πρεσβύτην, ὀφθῆναι ῥικνὸν, συνεσπακότα τὰς ὀφρῦς, χαρτίδια ἀρχαῖά τινα, σαπρὰ δὲ διὰ τὸν χρόνον, ὑπὸ κόρεων καὶ σητῶν ἡμίβρωτα, διὰ χειρὸς κατέχοντα. ubi Arnaldus Obs. Misc. Vol. iv. T. iii. p. 453. scripturam, χαρτίδια σαπρὰ et ἡμίβρωτα, conjectura assecutus est. Ξεναγήσαντος etiam e scripto libro Dorvillius ad Charit. p. 447. confirmat. Themist. Or. ix. p. 123. B. ὅτι πρὸς τὰς Μούσας αὐτὸν ξεναγεῖ. Or. xi. p. 151. D. ὅπως σου ἐξηγουμένου καὶ ὁδηγετοῦντος, αἱ μὲν ἔνθεν, αἱ δὲ ἔνθεν ἐξαναστᾶσαι, ξεναγῶνται ἐπὶ τὸν Βόσπορον.

[b] Ξύλων ἐρεψίμων] Critia p. 560. E. Χρήνος δ' οὐ πάμπολυς ὅτε δένδρων αὐτόθεν εἰς οἰκοδομὴν εἰς τὰς μεγίστας ἐρεψίμων τμηθέντων στεγάσματ' ἐστὶν ἔτι σῶα. cujus loci corruptela tam manifesta est, ut ne hebetiorem quidem, aut minus attentum fallere possit. H. Stephanus quædam deesse putabat : at Valckenarius, στεγάσματα abundare. Igitur de ejus conjectura locus sic refingendus : Χρόνος δ' οὐ πάμπολυς, ὅτε δένδρων (αὐτόθεν εἰς οἰκοδομήσεις τὰς μεγίστας ξύλων ἐρεψίμων τμηθέντων) ἄττα ἦν ἔτι σῶα. Sed vide, an minore mutatione res sic expediri possit : Χρόνος δ' οὐ πάμπολυς, ὅτε ζύλων, αὐτόθεν εἰς οἰκοδομήσεις τὰς μεγίστας ἐρεψίμων τμηθέντων, στεγάσματ' ἦν ἔτι σῶα. Δένδρων, an ξύλων legas, nihil interest. Οἰκοδομήσεις confirmat Codex Parisinus. Pollux vi. 124. ex hoc loco excerpsit ἐρέψιμα ξύλα. Euripides Iphig. Taur. v. 48. πᾶν δ' ἐρέψιμον στέγος Βεβλημένον πρὸς οὖδας ἐξ ἄκρων σταθμῶν. Hesychius : Ἐρέψιμον. στεγάσιμον. Aristophan. Av. v. 1110. Τὰς γὰρ ὑμῶν οἰκίας ἐρέψομεν πρὸς αἰετόν. Liban. Opp. T. ii. p. 337. A. leviter correctus : τὰ μὲν γὰρ ταῖς λιθοτομίαις ἵστησι τῇ πόλει τοὺς τοίχους· τὰ δὲ ταῖς ὕλαις ἐρέφει. Timæo glossam sublegerunt Photius Lex. Ms. et Suidas ; ut erret Joseph. Wassius ad Thucydid. Lib. ii. 14. Suidam Interpretis Thucydidei interpretem egisse, scribens.

[c] Ξυστίδες] Polit. iv. p. 445. D. ἐπιστάμεθα γὰρ καὶ τοὺς γεωργοὺς ξυστίδας ἀμφιέσαντες, καὶ χρυσὸν περιθέντες, πρὸς ἡδονὴν ἐργάζεσθαι κελεύειν τὴν γῆν. ubi vide Scholia. Lexicon Rhetor. Ms. Ξύστις. χιτὼν ποδήρης γυναικεῖος. οἱ δὲ, τραγικὸν ἔνδυμα ἐσκευοποιημένον καὶ ἔχον ἐπιπόρπημα· οἱ δὲ, τὸ λεπτὸν, παρὰ τὸ ξύεσθαι. ἰδίως δὲ τὸ τῶν τραγῳδῶν ἔνδυμα. Scholiastes Ms. Theocriti in Bibl. Genevensi ad Eid. ii. 74. Ξύστις, Ἀττικῶς, ξυστὶς δὲ, κοινῶς, χιτὼν ποδήρης γυναικεῖος. οἱ δὲ, καὶ τραγικὸν ἔνδυμα. οἱ δὲ, κροκωτὸν ἱμάτιον, ὃ οἱ ἡνίοχοι φέρουσι. Plura de hoc vestimenti genere Interpretes ad Aristoph. Nub. 70. Hemsterhus. ad Lucian. Nigrin. p. 50. et Toupius ad Longin. p. 228. In Timæo pro ἐξέσθαι scribe ἐξύσθαι, ut est apud ceteros Grammaticos, et pro ὅτι, δηλονότι

Ο.

Ὄα.[a] *ἀπροδρύων εἶδος, μήλοις μικροῖς ἐμφερές.*
Οἴναρα.[b] *τὰ τῆς ἀμπέλου φύλλα.*
Οἰστρᾷ.[c] *συντόνως καὶ μανικῶς κινεῖται.*
Ὀκνεῖ.[d] *εὐλαβῶς ἔχει.*

[a] Ὄα] Hanc vocem in exemplaribus Platonis, quibus nunc utimur, frustra quæras. Atqui eam, præter Timæum, olim in Platone legit Pollux vi. 80. *μέσπιλα, ἃ καὶ ὄα καλεῖται· καὶ τοῦτο τοὔνομά ἐστι παρὰ Πλάτωνι, ὡς παρὰ Ἀρχιλόχῳ ἐκεῖνο.* Quid igitur? Experiamur, an, conjectura duce, ad glossæ cubilia perveniri possit. Totum si Platonem perlegeris, non nisi unum locum, cui *sorborum* mentio accommodata sit, reperies, Sympos. p. 322. E. *Ταῦτα εἰπὼν (ὁ Ζεὺς) ἔτεμνε τοὺς ἀνθρώπους δίχα, ὥσπερ οἱ τὰ ᾠὰ τέμνοντες, καὶ μέλλοντες ταριχεύειν, ἢ ὥσπερ οἱ τὰ ᾠὰ ταῖς θριξίν.* quem locum afferunt Euseb. P. E. xii. p. 585. D. et Suidas v. *Ταριχεύειν*, ille ineptissime legens, *τὰ ὦτα τέμνοντες*, hic vulgatam lectionem servans. Equidem pulcre scio, *ova secta* in veterum mensis secundis apposita esse. Alexis apud Athen. ii. p. 60. B. *Ὑπέφαινεν ᾠὸν ἡμίτομον τοὺς ἀστέρας.* ubi vide Casaubon. et xii. p. 517. E. *Δίπυρον παραθήσεις ᾠὸν ἐπιτετμημένον.* At *ova avium secta* sale esse condita, ut diutius conservarentur, ecquis fando audivit? De *piscium ovis*, præsertim mugilum, id docuit Thom. Reines. Defens. Var. Lect. p. 167. Omnino in Platone legendum: *ὥσπερ οἱ τὰ ὄα τέμνοντες, καὶ μέλλοντες ταριχεύειν, ἢ ὥσπερ οἱ τὰ ᾠὰ ταῖς θριξίν.* De qua emendatione tanto minus dubito, quod eadem in mentem venerat L. C. Valckenario, singulari harum literarum ornamento, qui etiam loca quædam, quibus confirmetur, humanissime mihi suggessit. Platonis ὄα a Dioscoride Lib. i. cap. 174. dicuntur *οὖα τμηθέντα καὶ ξηρανθέντα.* Galenus in Gloss. Hippocr. *Ὄα. τὰ πρὸς τῶν πολλῶν οὖα καλούμενα.* Idem de Alim. Fac. T. vi. p. 351. scribit, *τὴν προτέραν συλλαβὴν τοῦ, τῶν οὖων ὀνόματος, ὑπὸ τῶν παλαιῶν Ἀθηναίων, διὰ μόνου τοῦ ο γράμματος γράφεσθαί τε καὶ λέγεσθαι.* Vide Foes. Œcon. Hippocr. Eandem, quam in Platone, corruptelam *οὖα* subierunt in Philyllio apud Athen. ii. p. 52. B. et in Antiphane ibid. p. 56. E. Ex his locis quædam occupavit Bodæus a Stapel ad Theophrast. Hist. Pl. p. 204. A. Casaubonus tametsi Platonis locum in nullam vitii suspicionem vocavit, tamen *οὖα* præclare restituit Dioni Chrysost. Or. vii. p. 113. D. *ἐξ ἑτέρας σκηνῆς ἐκόμισεν οὖα τετμημένα, καὶ μέσπιλα, καὶ μῆλα χειμερινά.* pro, *ἐκόμισεν οὖν τετμημένα.* in eo minus laudandus, quod veram lectionem *τετμημένα* in *τετηρημένα* mutavit. Hesychius: *Οἴμηλα. οἰμίηλα, ἀκρόδρυα.* Lege: *Ὄα. μῆλα, ἀκρόδρυα.* Alterum *οἰμίηλα* litura sanandum. Platonis locum ob oculos habuit Plutarchus Amator. T. ii. p. 770. B. *οἶσθα τοὺς παιδικοὺς ἔρωτας ὡς ἀβεβαιότατα πολλὰ λέγουσι, καὶ σκώπτουσι λέγοντες, ὥσπερ ᾠὸν αὐτῶν τριχῇ αἱρεῖσθαι* (lege, *τριχὶ διαιρεῖσθαι*) *τὴν φιλίαν.* ex quo Toupius Emend. in Suid. T. iii. p. 188. in Platone scribi volebat: *ὥσπερ οἱ τὰ ᾠὰ ταῖς θριξὶν διαιροῦντες.* Sed hac correctione nihil opus est. Nam *τέμνοντες* semel positum bis intelligendum. Vix operæ est monere, Timæi glossam a Suida esse descriptam.

[b] Οἴναρα] Hæc vox non legitur in Platone. Vide Valcken. Anim. in Ammon. p. 175. Glossam etiam habet Suidas.

[c] Οἰστρᾷ] Theæt. p. 130. B. *αὐτοῖς —οὐδὲν μᾶλλον οἷόν τε διαλεχθῆναι ἢ τοῖς οἰστρῶσιν.* Phædr. p. 346. H. *ὥστε πᾶσα κεντουμένη κύκλῳ ἡ ψυχὴ οἰστρᾷ, καὶ ὀδυνᾶται.* Polit. ix. p. 503. A. *τότε δὴ δορυφορεῖταί τε ὑπὸ μανίας, καὶ οἰστρᾷ οὗτος ὁ προστάτης τῆς ψυχῆς.* Ibid. C. Lennepius ad Phalarid. Ep. 7. p. 36. et Toupius App. Notar. in Theocrit. p. 30. A Timæo glossam sumsit Photius Lex. Ms.

[d] Ὀκνεῖ] Parmen. p. 54. D. *καὶ δεομένων ἡμῶν διελθεῖν τοὺς λόγους, τὸ μὲν πρῶτον ὤκνει· ἔπειτα μέντοι διηγεῖτο.* Lys. p. 106. C. *καὶ ὀκνεῖς εἰπεῖν Σωκράτει τοὔνομα.* Ib. p. 107. F. Theæt. p. 121. A. Hipp. Min. p. 230. B. Charm. p. 237. H. Polit. iii. p. 434. B. ubi vide

Ὀκρίβας.[e] *πῆγμα τὸ ἐν τῷ θεάτρῳ τιθέμενον, ἐφ' οὗ ἵστανται οἱ τὰ δημόσια λέγοντες. Θυμέλη γὰρ οὐδέπω ἦν. Λέγει γοῦν τις· Λόγιόν ἐστι πῆξις ἐστορεσμένη ξύλων, εἶτα ἑξῆς Ὀκρίβας δὲ ὀνομάζεται.*

Ὁμηρίδαι.[f] *οἱ τὰ Ὁμήρου ὑποκρινόμενοι.*

Ὁμόσε.[g] *εἰς ταὐτὸ ὑπὸ τῶν ἐναντίων εἰς μάχην φερόμενοι.*

Ὁμόγνιοι θεοί.[h] *ὅσοι συγγενεῖς κοινῶς ὀργιάζουσιν.*

Scholia. Photius Lex. Ms. *Ὀκνεῖν. τὸ φοβεῖσθαι δηλοῖ παρὰ τοῖς παλαιοῖς.* Idem est *ἀποκνεῖν.* Theæt. p. 124. D. Sophist. p. 157. A. Politic. p. 178. D. &c. Neque tamen est, quare cum Thom. M. magis Atticum putes, quam *ὀκνεῖν.*

[e] *Ὀκρίβας*] Sympos. p. 324. B. *εἰ ἰδὼν τὴν σὴν ἀνδρίαν καὶ μεγαλοφροσύνην ἀναβαίνοντος ἐπὶ τὸν ὀκρίβαντα μετὰ τῶν ὑποκριτῶν.* ubi Scholiastes: *Ὀκρίβαντα. τὸ λογεῖον, ἐφ' οὗ οἱ τραγῳδοὶ ἠγωνίζοντο. τινὲς δὲ καλλίβαντα* (l. *κιλλίβαντα*) *τρισκελῆ φασιν, ἐφ' οὗ ἵστανται οἱ ὑποκριταί, καὶ τὰ ἐκ μετεώρου λέγουσιν.* quam glossam e Diogeniano, quem sæpe laudat, ductam esse, ex Hesychio colligere licet. Photius Lex. Ms. *Ὀκρίβας. τὸ λογεῖον, ἐφ' ᾧ οἱ τραγῳδοὶ ἠγωνίζοντο. καὶ Πλάτων ὁ φιλόσοφος Συμποσίῳ κέχρηται τῷ ὀνόματι.* Pro *cothurnis* tragicis hanc vocem accepit Philostrat. V. A. Lib. v. p. 195. *ἐφεστῶτα δὲ ὀκρίβασιν οὕτως ὑψηλοῖς.* Lib. vi. p. 245. *ὀκρίβαντος δὲ τοὺς ὑποκριτὰς ἀνεβίβασεν, ὡς ἴσα ἐκείνοις βαίνοιεν.* de Vit. Sophist. L. i. 9. p. 492. de Æschylo: *ἐσθῆτι τὴν τραγῳδίαν κατασκευάσας, καὶ ὀκρίβαντι ὑψηλῷ.* cum quo loco omnino comparandus est ille Themist. Orat. xxvi. p. 316. D. *Θέσπις δὲ πρόλογόν τε καὶ ῥῆσιν ἐξεῦρεν. Αἰσχύλος δὲ τρίτον ὑποκριτὴν καὶ ὀκρίβαντας.* Hesychius: *Ὀκρίβαντας. ἐμβάτας.* Idem: *Ὀκρίβατον. σχῆμα ἡνιόχου.* Suidas: *Ὀκρίβας. σχῆμα ἡνιόχου.* In utroque scribendum: *Ὀκρίβας. τὸ βῆμα ἡνιόχου.* Inter pictorum instrumenta *ὀκρίβαντα* recenset Pollux vii. 129. x. 163. Verbis *λέγει γοῦν τις,* Timæus veterem Grammaticum laudat, sententiæ suæ astipulatorem. Aliter hæc interpungit Montfaucon. Bibl. Coisl. p. 480. Vereor, ut satis recte. Pro *λόγιον* in Timæo malim *λογεῖον.*

[f] *Ὁμηρίδαι*] Ion. p. 143. F. Phædr. p. 347. B. Polit. x. p. 512. G. Glossa quoque est apud Photium Lex. Ms. et Suidam.

[g] *Ὁμόσε*] Euthyphr. p. 48. D. *ἀλλ' οὐδὲν αὐτῶν χρὴ φροντίζειν, ἀλλ' ὁμόσε ἰέναι.* Theæt. p. 124. C. *Καὶ ὁμόσε, οἶμαι, χωρήσεται, καταφρονῶν ἡμῶν.* Euthydem. p. 224. B. *τὼ δὲ ἀνδρειότατα ὁμόσε ἴτην τοῖς ἐρωτήμασιν.* Polit. x. p. 517. B. *Ἐὰν δέ γε τις ὁμόσε τῷ λόγῳ τολμᾷ ἰέναι.* Hæc loquendi ratio fluxit ab Homero Il. N. 337. *Ὡς ἄρα τῶν ὁμόσ' ἦλθε μάχη,* ubi bene Eustath. p. 935. *Ὅρα ὅτι ἐκ τοῦ, ὁμόσε ἦλθεν ἡ μάχη, λαβόντες ἀρχὴν Ἀττικοὶ, ἐπὶ παρασκευῆς πολεμικῆς, ἢ καὶ ἄλλης ἐναντιωματικῆς τὸ ὁμόσε τιθέασι, λέγοντες· ὁμόσε ἦλθεν ὁ δεῖνα τῷ δεῖνι, τουτέστιν, ἀντικατέστη ὡς εἰς πόλεμον.* Sane apud Thucydidem, Xenophontem, Polybium, aliosque Historicos nihil hac formula est frequentius. Adde Harpocrat. v. *Ὁμόσε ἰέναι,* et Petr. Victorium Var. Lect. viii. 19.

[h] *Ὁμόγνιοι θεοί*] Etsi Photius Lex. Ms. in hanc lectionem consentit, tamen pro *ὅσοι* legendum puto, *οἷς οἱ, quibus,* ut cognatorum præsidibus, *cognati communiter sacra faciunt,* inde apud Polluc. iii. 5. dicti *θεῶν ὁμογνίων κοινωνοὶ, καὶ τῆς αὐτῆς ἑστίας μέτοχοι.* Eodem modo correxit Cl. Toupius Cur. noviss. in Suid. p. 108. qui, dum scribit, eam lectionem me fefellisse, ostendit, se Addenda ad Timæum, in quibus eam proposueram, non inspexisse. Sed talia commemorare piget. Glossa pertinet ad Legg. v. p. 605. D. *ξυγγένειαν δὲ καὶ ὁμογνίων θεῶν κοινωνίαν ἅπασαν ταὐτοῦ φύσιν αἵματος ἔχουσαν τιμῶν τις καὶ σεβόμενος, εὔνους ἂν γενεθλίους* (sic leg. ex Stob. p. 434.) *θεοὺς εἰς παίδων αὐτοῦ σπορὰν ἴσχει κατὰ λόγον.* quem locum imitatur Julianus Or. ii. p. 86. A. et Fragm. p. 291. D. Sophocles Œd. Col. v. 1328. *Πρὸς νῦν σὲ κρηνῶν, πρὸς θεῶν ὁμογνίων Αἰτῶ πίθεσθαι καὶ παρεικάθειν.* Dionys. Halic. A. R. Lib. vi. p. 357. *τὰς ἁμαρτίας αὐτοῖς ἀζημίους ἀφιέναι θεῶν ὁμογνίων ἕνεκα.*

'Ομοτέρμονες.[i] *οἱ ὁμοῦ τὰ τέλη ἔχοντες, οἷον οἱ γείτονες· ὁμοῦ γὰρ ἔχουσι τὰ τέρματα.*

'Οργᾷ.[j] *ἐπείγεται, ἐπιθυμεῖ.*

'Οργάσας.[k] *μαλάξας.*

'Οργάς.[l] *ἡ εὔγειος, καὶ λιπαρὰ, καὶ ἀκμαία.*

Maxim. Tyr. Diss. xxvi. p. 313. Οὗτος θεῶν γαμηλίων τε καὶ ὁμογνίων καὶ γενεθλίων θεσμὸς, ἐπὶ πάσῃ ζώων φύσει τεταγμένος. Lapis apud Murator. Inscript. p. lxxxv. 7. 'Diis Laribus Capeticorum gentilitatis, &c.' nisi potius hic *gentilitas* pro ὁμοφυλία capienda sit. Crebra inprimis apud Veteres mentio est Διὸς ὁμογνίου, *gentilitii, cognationes conglutinantis;* quem Dio Chrysost. Or. i. p. 8. D. nimis argute sic dictum existimat διὰ τὴν τοῦ γένους κοινωνίαν τοῖς θεοῖς τε καὶ ἀνθρώποις. Plato Legg. ix. p. 663. E. ὁ δὲ μὴ ἀμύνων, ἀρᾷ ἐνεχέσθω Διὸς ὁμογνίου καὶ πατρῴου κατὰ νόμον. Euripid. Androm. v. 920. Ἀλλ' ἄντομαί σε, Δία καλοῦσ' ὁμόγνιον. Musonius apud Stob. p. 670. πῶς δ' οὐχὶ καὶ εἰς τοὺς πατρῴους θεοὺς ἐξαμαρτάνοιμεν ἂν, καὶ εἰς τὸν ὁμόγνιον Δία, ταῦτα πράττοντες; ὥσπερ γὰρ ὁ περὶ ξένους ἄδικος, εἰς τὸν ξένιον ἁμαρτάνει Δία, καὶ ὁ περὶ φίλους, εἰς τὸν φίλιον· οὕτως ὅστις εἰς τὸ ἑαυτοῦ γένος ἄδικος, εἰς τοὺς πατρῴους ἁμαρτάνει θεοὺς, καὶ εἰς τὸν ὁμόγνιον Δία, τὸν ἐπόπτην τῶν ἁμαρτημάτων τῶν περὶ τὰ γένη. Synesius Ep. 94. p. 233. οὐ μὰ τὸν ὁμόγνιον τὸν ἐμόν τε καὶ σόν. quod expressum est ex illo suavissimo Platonis Alcib. i. p. 27. F. Μὰ τὸν φίλιον τὸν ἐμόν τε καὶ σὸν, ὃν ἐγὼ ἥκιστ' ἂν ἐπιορκήσαιμι. Plutarch. T. ii. p. 679. D. 758. D. Schol. Sophocl. ad Ajac. v. 492. Jovem ὁμόγνιον Euripid. apud Polluc. iii. 5. συγγένειον vocat. Vide Jo. Grammium Hist. Deor. ex Xenoph. p. 16.

[i] 'Ομοτέρμονες] Legg. viii. p. 648. D. μὴ κινείτω γῆς ὅρια μηδεὶς, μήτε οἰκείου πολίτου γείτονος, μήτε ὁμοτέρμονος, ἐπ' ἐσχατιᾶς κεκτημένος ἄλλῳ ξένῳ γειτονῶν. Dionys. Halic. A. R. Lib. i. p. 7. συνήραντο τοῦ πρὸς τοὺς ὁμοτέρμονας πολέμου. Lib. v. p. 316. ἐληΐστευον γὰρ ἐξ αὐτῶν τινες τοὺς ὁμοτέρμονας ἀγρούς. Lib. i. p. 21. ix. p. 686. Glossæ partem tantum excerpsit Suidas.

[j] 'Οργᾷ] 'Οργᾶν proprium est *terræ, quæ* (ut Virgilii verbis utar Georg. ii. 324.) *vere tumet, et genitalia semina poscit;* vel *plantarum, quæ turgent,* et *ad maturitatem pervenerunt.* Herodot. Lib. iv. 199. πρῶτα μὲν γὰρ τὰ παραθαλάσσια τῶν καρπῶν ὀργᾷ ἀμᾶσθαί τε καὶ τρυγᾶσθαι. et mox: καὶ ὁ ἐν τῇ κατυπερτάτῃ τῆς γῆς πεπαίνεταί τε καὶ ὀργᾷ. Ex hoc ipso loco glossa, quam explicamus, fluxisse videtur. Philostrat. Lib. ii. Icon. 17. p. 837. et ex eo Aristænet. Lib. i. ep. 3. p. 19. βότρυς δὲ οἱ μὲν ὀργῶσιν, οἱ δὲ περκάζουσιν. Pollux i. 230. Ἐπὶ φυτῶν καὶ δένδρων καρποφόρων ἐρεῖς, ἀκμάζειν, ὀργᾶν, σπαργᾶν, βρύειν. Quam notionem docte explanavit P. Victorius Var. Lect. xviii. 22. Deinde hoc verbum translatum est ad eos, *qui Veneris cupiditate turgent, subant, et vel ad faciendum, vel ad patiendum gestiunt.* Aristophan. Lysistr. v. 1115. εἰ λάβοι γέ τις Ὀργῶντας, ἀλλήλων τε μὴ πειρωμένους. Philo T. ii. p. 22. πρὸς ὀχείας ὀργᾷ. ut Mangeius recte scripsit pro ὁρμᾷ. Ælian. H. A. Lib. i. cap. 26. Ὀργῶσι δὲ ἐπὶ τὰς θηλείας καὶ οἱ θαλάττιοι κάνθαροι. viii. 1. x. 27. Longus L. iii. p. 106. πρός τε τὰ φιλήματα ὄργα, καὶ πρὸς τὰς περιβολὰς ἐσκυλάκιζε. Ibid. p. 108. καὶ οὐδὲν, ὧν ἕνεκα ὄργα ποιεῖν, ἐπιστάμενος. ubi vide Gothofr. Jungermannum. Julian. Or. v. p. 171. D. ἀεὶ δὲ ὀργάζει τὴν γένεσιν. Corrige: ἀεὶ δὲ ὀργᾷ εἰς τὴν γένεσιν. Synes. de Provid. p. 91. B. ὄργα τε ἄωρα, καὶ βιαιότατος ἦν ἐπιθέσθαι μίξεσιν. Ibid. p. 107. C. P. Petit. ad Aret. Cappadoc. p. 166. Crebro etiam sumitur pro *ardenti cujuscunque rei consequendæ studio.* Æschyl. Agamemn. v. 223. Παρθενίου θ' αἵματος ὀργᾷ, Περιόργως τ' ἐπιθυμεῖ Ἄρτεμις. Choëph. v. 452. Τὰ δ' αὐτὸς ὀργᾷ μαθεῖν. Thucydides Lib. i. 21. ὧν ἠκροᾶτο ὡς ἕκαστος ὄργητο. Sic pro ὥρμητο ex libris scriptis legendum docuit Jos. Wassius in Duker. Præf. Dio Chrysost. Or. xxxvi. p. 444. D. καὶ τούσδε ὁρῶ πάντας ὀργῶντας πρὸς ἐκεῖνον τὸν λόγον. Dio Cass. Lib. xlvii. p. 517. Phrynichus Mstus: Ἀκοῦσαι ὀργῶ. σημαίνει τὸ πάνυ ἐπαίρομαι πρὸς τὸ πρᾶξαί τι ἢ ἀκοῦσαι. Adde Foes. Œconom. Hippocr.

[k] 'Οργάσας] Vide sup. v. Μετρίως ὠργασμένος.

Ὀργιάζων.[m] *θύων, ἐπιτελῶν.*

Ὀρέξαι.[n] *δοῦναι, ἀποτεῖναι.*

Ὀργιασταί.[o] *οἱ τὰ μυστήρια ἐπιτελοῦντες.*

Ὀρχήστρα.[p] *τὸ τοῦ θεάτρου μέσον χωρίον, καὶ τόπος ἐπιφανὴς εἰς πανήγυριν, ἔνθα Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος εἰκόνες.*

Ὅσια.[q] *τὰ ἰδιωτικὰ, καὶ μὴ ἱερά.*

[l] *Ὀργάς*] In glossæ fine vel addendum ex Suida *γῆ*, vel intelligendum. Callimachus apud Etymol. M. p. 629. 32. ὀργάδα explicat *τὴν μελάγγειον καὶ ἔνυδρον γῆν.* Lexicon Rhet. Ms. *Ὀργάς. τὰ ἱερὰ χωρία καλεῖται, τὰ ἀφιερωμένα τοῖς θεοῖς.* Omnium optime Helladius Chrestomath. p. 19. *Ὀργὰς μὲν κοινῶς πᾶσα ἡ γῆ, ὅση ἐπιτηδεία πρὸς καρπῶν γονάς. Ὀργάδα δὲ ἰδίως ἐκάλουν οἱ Ἀθηναῖοι, τὴν ταῖν θεαῖν ἀνειμένην τῆς Ἀττικῆς μεταξὺ καὶ τῆς Μεγαρίδος.* Euripid. Rhes. v. 282. *Καὶ πῶς πρὸς Ἴδης ὀργάδας πορεύεται.* Bacch. v. 340. 445. Electr. v. 1163. Satyrus Anthol. L. iv. p. 460. *Ποιμενίαν ἄγλωσσος ἀν' ὀργάδα μέλπεται ἀχώ.* ubi plura Jo. Brodæus. Clem. Alexandr. Pædag. Lib. iii. p. 252. *καὶ προτεμενίσματα ἐξήσκηται, ἄλση τε καὶ ὀργάδες.* Heliodor. Lib. x. p. 457. 458. 461. Marmor vetus apud Bouhierium Epist. Epigraph. p. 240. *Μίθρης ἐν ὀργάδι κῶμα τὸ σῶμα καλύπτει.* Vide Harpocrat. in v. et Vales. in Not. Mauss. p. 314. Duker. ad Thucyd. L. i. 139. Phrynichi Ms. locum huc pertinentem sup. v. *Μετρίως ὠργασμένος* attulimus. Vox in Platone deleta videtur.

[m] *Ὀργιάζων*] Phædr. p. 346. D. *καὶ ἐτελοῦντο τελετῶν ἣν θέμις λέγειν μακαριωτάτην· ἣν ὀργιάζομεν ὁλόκληροι μὲν αὐτοὶ ὄντες.* ubi Hermias Scholiis Mss. *τὸ τὰ ὄργια μετιέναι καὶ τὰ μυστήρια Ὀργιάζειν λέγεται.* Ibid. p. 347. D. *ὡς θεὸν — κατακοσμεῖ, ὡς τιμήσων τε καὶ ὀργιάσων.* Legg. iv. p. 601. C. *μετὰ θεοὺς δὲ τούσδε, καὶ τοῖς δαίμοσιν ὅγ' ἔμφρων ὀργιάζοιτ' ἄν· ἥρωσι δὲ μετὰ τούτοις. ἐπακολουθεῖ δ' αὐτοῖς ἱδρύματα ἴδια πατρῴων θεῶν κατὰ νόμον ὀργιαζόμενα.* x. p. 674. fin. *μὴ κεκτῆσθαι θεῶν ἐν ἰδίαις οἰκίαις ἱερά· τὸν δὲ φανέντα κεκτημένον ἕτερα καὶ ὀργιάζοντα, πλὴν τὰ δημόσια,* etc. quem locum laudavit Suidas v. *Ὀργεῶνες*, ubi male *Νόμων τετάρτῳ* scribitur pro *Νόμων δεκάτῳ.* Idem transcripsit Timæi glossam.

[n] *Ὀρέξαι*] Phædon. p. 402. B. *καὶ ἅμα ὤρεξε τὴν κύλικα τῷ Σωκράτει.* Lucian. Deor. Dial. v. p. 215. *καὶ ἐπισταμένως ὀρέγει τὸ ἔκπομα.* Liban. Opp. T. i. p. 55. C. *αὐτὸς ἂν ὀρέξῃ τὸ φάρμακον.* Ibid. p. 16. B. Sed hoc verbum ubique reperitur. Vide Salmas. in Epictet. et Simplic. p. 27. Pro *ἀποτεῖναι* scribe *προτεῖναι.*

[o] *Ὀργιασταί*] Hæc vox non extat in Platone. Glossam Photius recepit in Lex. Ms.

[p] *Ὀρχήστρα*] Apolog. p. 362. G. *ἃ ἔξεστιν ἐνίοτε, εἰ πάνυ πολλοῦ, δραχμῆς ἐκ τῆς ὀρχήστρας πριαμένοις, Σωκράτους καταγελᾶν.* Photius Lex. Ms. *Ὀρχήστρα πρῶτον ἐκλήθη ἐν τῇ ἀγορᾷ, εἶτα καὶ τοῦ θεάτρου τὸ κάτω ἡμίκυκλον, οὗ καὶ οἱ χοροὶ ᾖδον καὶ ὠρχοῦντο εἰς τὴν ὀρχήστραν· ἔτι γὰρ τὴν θέαν ᾤκει τ'* (sic) *ἐκεῖ, φησὶν ὁ Κωμικός.* Idem: *Ὀρχήστρα. τὸ νῦν τοῦ θεάτρου λεγόμενον σίγμα.* Quarum glossarum posterior etiam est in Lexico Rhet. Ms.

[q] *Ὅσια*] Legg. ix. p. 653. D. *μηδὲν διαφέρειν τῷ κλέπτοντι, μέγα ἢ σμικρὸν ὑφελομένῳ, καὶ ἐξ ἱερῶν ἢ ὁσίων.* Ibid. p. 662. B. *γεννήτορά τε αὐτοῖς καὶ ἐστιοῦχον καὶ θεραπευτὴν ὁσίων τε καὶ ἱερῶν ἐπ' ἀμείνοσι τύχαις γίγνεσθαι τοῦ πατρός.* Polit. i. p. 416. G. *καὶ ἱερὰ καὶ ὅσια, καὶ ἴδια καὶ δημόσια.* ubi vide Scholiasten. Marmor. Arundell. ii. 58. *Μισθούσθω δὲ ὁ ταμίας τῶν ὁσίων προσόδων τὰς οἰκίας.* quod recte de *publico ærario* accipi, loci contextus ostendit. Dio Cassius cum alibi, tum Lib. li. p. 636. *πολὺν δὲ καὶ πλοῦτον ἔκ τε τῶν ἐκείνων κτημάτων, καὶ ἐκ τῶν ἄλλων καὶ ὁσίων καὶ θείων ἠθροιζε.* Liban. Opp. T. i. p. 894. A. *κατελύοντο δὲ νόμοι, καὶ ἱερὰ καὶ ὅσια.* Hesychius et Photius Lex. Ms. *Ὁσίους θαλάμους. τοὺς μὴ θείους, ἀλλ' ἀνθρωπίνους.* Lexicon Rhetor. Ms. *Ὅσιον. τὸ ἰδιωτικὸν καὶ τὸ ἀνθρώπινον, οἷον πρὸς ὃ ἐφίεται βαδίζειν, οἷον ἔσιον, καὶ παρ' ὃ βέβηλον καλεῖται τὸ βάσιμον. ἄλλοι δὲ, τὰ δημόσια.* Vide quos laudat Albertus ad Hesych. in v. Hanc vocem merito dixeris interpretum

Ὄττα.[r] *φήμη, μαντεία καὶ διὰ κληδόνος.*
Οὐκ ἄλλως προνοεῖ.[s] *οὐ μάτην.*

scopulum : ad quem cum etiam Jo. Taylorus ad Lysiam offendisset, post, a Dorvillio ad Charit. p. 112. erroris admonitus, vocis vim tam erudite declaravit ad Æschinem in Timarch. p. 90. nihil ut aliorum industriæ reliquum fecisse videatur. Ex Timæo glossam sumsit Photius Lex. Ms.

[r] *Ὄττα*] Timæi glossa sic legitur apud Suidam : *Ὄττα, καὶ ὅσσα. φήμη, μαντεία, θεία κληδών.* Jam etsi *θεία κληδὼν* recte dicitur, ut apud Max. Tyr. Diss. xxxv. p. 415. et Etymol. M. p. 635. 50. nunc tamen sequar Timæi lectionem, confirmatam a Photio Lex. Ms. ubi etiam *καὶ* bene omittitur, et defensam a Piersono ad Mœrid. p. 280. Huc adde Scholiasten Platonis : *Ὄτταν. φήμην, μαντείαν διὰ κληδόνος. καὶ Ὀττεύεσθαι, τὸ μαντεύεσθαι.* ubi in Mss. eodem errore, quo in Mœride l. c. ante Piersoni editionem, *ὀπτεύεσθαι* pro *ὀττεύεσθαι* scribitur. *Ὄσσαν*, vel Attice *ὄτταν*, memini T. H. explicare *vocem divinitus missam*, quæ sæpe quidem ad aures accidat, sed plerumque in animum illapsa, tacitum præsagii sensum commoveat, quo quis vel ad agendum impellatur, vel a proposito deterreatur. Homer. Od. A. 282. *Ἦν τις τοι εἴπῃσι βροτῶν, ἢ ὄσσαν ἀκούσῃς Ἐκ Διός.* Apollon. Rhod. i. 1087. *Ἀκταίης ὄρνιθος ἐναίσιμον ὄσσαν ἀκούσας.* ubi vide Schol. Tum *rumor est incertus, qui quod nullum auctorem habeat, divinitus existere putatur.* Iccirco *ὄσσαν, Διὸς ἄγγελον* vocat Poetarum princeps Il. B. 94. et Od. Ω. 412. Apollon. Rhod. iii. 1110. *ἔλθοι δ' ἡμῖν ἀπόπροθεν ἠέ τις ὄσσα, Ἠέ τις ἄγγελος ὄρνις.* Denique accipitur pro *tacita mentis divinatione, ominatione*, aliquando pro *omine ipso*. Plato Legg. vii. p. 632. D. quo Timæus respexit: *ἆρ' οὐκ ἂν ἀθυμίαν καὶ κακὴν ὄτταν καὶ μαντείαν πατρί τε καὶ τοῖς ἄλλοις ἂν οἰκείοις φθέγγοιτο ἐντιθείς*; Ælian. H. A. Lib. xii. cap. 1. *καὶ τὴν τούτων δαῖτα πιστεύουσιν εἶναί σφισιν ὄτταν ἀγαθήν.* Lib. xvi. cap. 16. *ἕκαστος τῶν ἢ δεισάντων ἐνύπνιον, ἢ ὄτταν τινὰ, ἢ φήμην, ἢ ὄρνιν οὐκ εὔεδρον ὑφορωμένων.* Porphyrius de Abst. Anim. L. ii. p. 92. *καὶ δι' ὀνειράτων καὶ δι' ὄττης ἀγαθοὶ δαίμονες προτρέποντες, καὶ μηνύοντες τὸ ἀποβησόμενον.* Hinc *ὄσσεσθαι*, et Attice *ὀττεύεσθαι*, *instinctu quodam secreto futura præsagire, augurari, ominari.* quam significandi vim attingit Jos. Scaliger ad Senec. Thyest. v. 605. Phrynichus Mstus : *Ὀττόμενος, Ὄττα, Ὠττευόμην, τὸ σημαινόν ἐστιν ἐπιψήφιζων* (l. *ἐπιφημίζων*) *καὶ οἰωνιζόμενος.* Plutarch. de Is. et Osir. p. 36. *καὶ μάλιστα ταῖς τούτων ὀττεύεσθαι κληδόσι παιζόντων.* Ælian. H. A. Lib. i. cap. 48. *καὶ ὀττεύονταί γε πρὸς τὴν ἐκείνου βοὴν οἱ συνιέντες ὀρνίθων καὶ ἕδρας καὶ κλαγγάς.* Lib. iii. cap. 9. *Οἵ τε ἕδρας ὀρνίθων καὶ πτήσεις παραφυλάττοντες, οὐκ εὐσύμβολον εἰς μαντείαν ὀττεύουσιν εἶναί φασιν.* Sic veteres ad unum omnes. Ad Dionysius Halicarn. *ὀττεύεσθαι* et *ὀττεία* in deteriorem partem dixit pro *abominari, religioni ducere.* Vide Ant. Rom. Lib. ii. p. 91. Lib. ix. p. 581. aliosque locos in Sylburgiano Indice notatos. Quam vim eidem verbo per jocum risumque tribuit Lucian. Lexiph. p. 340. *ὀττεύομαι οὖν μηδὲ ὅλως ἐντυγχάνειν αὐτῷ.* Huc assumenda sunt ea, quæ de vocibus *φήμη* et *κληδὼν* perdocte copioseque disputavit Wyttenbachius Bibl. Crit. Vol. iii. P. 1. p. 57.

[s] *Οὐκ ἄλλως προνοεῖ*] Variant in hujus glossæ scriptura et Photius Ms. et Suidas. Prior ita exhibet: *Οὐκ ἄλλως πονεῖται.* Posterior hoc modo : *Οὐκ ἄλλως ποιεῖται.* Photii lectio placet Kustero. Recte. Pertinet enim glossa ad Phædr. p. 338. G. *καὶ φιλοτιμουμένους ἐπιδείκνυσθαι πρὸς ἅπαντας, ὅτι οὐκ ἄλλως αὐταῖς πεπόνηται.* ut Euripid. Hippol. v. 301. *ἄλλως τούσδε μοχθοῦμεν πόνους.* *Ἄλλως* pro *frustra* tritissimum est. Cratyl. p. 276. A. *Ἐμοὶ μὲν δοκεῖ ἄλλως ἂν οὗτος ταῦτα φθέγξασθαι.* Phædon. p. 401. D. *ταῦτά μοι δοκῶ αὐτῷ ἄλλως λέγειν.* Axioch. p. 731. B. *μὴ συνυποθέμενος ἄλλως γέ πως μίαν αἴσθησιν.* Vide Hemsterh. ad Lucian. Contempl. p. 488. et ad Aristoph. Plut. p. 269. Phrynichus Ms. *Ἄιδειν ὅμοια. σημαίνει τὸ μάτην λέγειν. τὸ γὰρ ᾄδειν ἐπὶ τοῦ μάτην λέγεις.* Lege et distingue : *Ἄιδειν ἄλλως, ὅμοια σημαίνει τῷ μάτην λέγειν. τὸ γὰρ Ἄλλως ἐπὶ τοῦ μάτην λέγεται.* Proverbium ex Append. Vat. i. 3. *Ἄλλως ᾄδεις ἔχων. ἀντὶ τοῦ, μάτην λέγεις, καὶ ληρεῖς.* ubi *ἄλλως* eodem errore elapsum restituit Valckenarius ad Herodot. iv. 77. Zenobius i. 72. *Ἄλλως ᾄδεις. ἐπὶ τῶν μάτην πονούντων.* Ad hoc proverbium allusit Aristænetus i. 27. *πολλὰ τὸν ἐμὸν στενωπὸν διέρχεται μάτην· ᾄδει δὲ ἄλλως, καὶ τοῖς ἐμοῖς ὠσὶν ἀπιθάνως.* ubi tolle *μάτην*,

Οὐκ ἔτως.[t] οὐκ ἐτησίως γεγραφὼς, οὐ ματαίως. Οὐκ ἐν ὑπονοίᾳ.[u] οὐκ ἐν αἰνιγμῷ, οὐκ ἐν ἀλληγορίᾳ.

tanquam explicationem vocis ἄλλως. Suidas: Οὐχ ἅλις. οὐ ματαίως. Corrigendum: Οὐκ ἄλλως. Sæpe ἄλλως ponitur pro *temere, nullo certo consilio.* Criton. p. 371. C. ὅτι ἄλλως ἕνεκα λόγου ἐλέγετο. Phædon. p. 384. A. ἄλλως ἂν ὁ λόγος οὗτος εἰρημένος εἴη. Lucian. Deor. Dial. xx. p. 255. ἄλλως ἠρόμην. ubi vide Hemsterh. Quam notionem multis exemplis illustravit Jac. Perizonius ad Ælian. V. H. ii. 13. p. 106. Denique ἄλλως exquisitiore ratione sic cum nominibus jungitur, ut ejus vis non aliter, quam Latino *prorsus*, vel *non nisi*, exprimatur. Theætet. p. 128. G. ὅτι οὐ λῆροι εἰσὶ, γῆς ἄλλως ἄχθη, ἀλλ' ἄνδρες. *non nisi pondera terræ.* Quod Scholiastes ductum esse monet ex Homerico, ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης, Il. Σ. 104. Platonem imitatur Heliodor. v. p. 247. ὁ δὲ πρεσβύτης, ἄχθος μὲν τηνάλλως. ubi omnino scribendum: ἄχθος μὲν γῆς ἄλλως. Polit. vi. p. 457. D. οὕτω γὰρ ἂν ἡμεῖς δικαίως καταγελῴμεθα, ὡς ἄλλως εὐχαῖς ὅμοια λέγοντες. Euripides apud Lycurg. in Leocrat. p. 220. Μὴ σχήματ' ἄλλως ἐν πόλει πεφυκότα. Demosthen. de F. L. p. 123. οἱ δὲ ἀντιλέγοντες, ὄχλος ἄλλως, καὶ βασκανία κατεφαίνετο. quem flosculum ex eo carpsit Dio Chrys. Or. lv. p. 561. C. καὶ ὄχλον ἄλλως καὶ φλυαρίαν ἡγοῦνται. Demosthenes autem imitatus videtur Euripidem apud Stob. p. 590. Γέροντες οὐδὲν ἐσμὲν ἄλλο, πλὴν ὄχλος, Καὶ σχῆμ', ὀνείρων δ' ἕρπομεν μιμήματα. Qui locus non sollicitandus erat a viro doctissimo Animadv. ad Ammon. p. 15. sed comparandus cum ejusdem Tragici Heraclid. 997. Εἰδὼς μὲν οὐκ ἀριθμὸν, ἀλλ' ἐτητύμως Ἄνδρ' ὄντα τὸν σὸν παῖδα. aut cum notissimo Horatiano, 'Nos numerus sumus, et fruges consumere nati.' Aristides Oratione in Leptinem, quam nuper edidit Jac. Morellius, vir egregie eruditus, p. 88. λόγος ἄλλως ἅπαντα ταῦτ' οἶμαι δόξει. *non nisi fabula.* Dio Cass. lxvii. p. 1101. ἀλλὰ τοῦτο μὲν καλλώπισμα ἄλλως ἦν. Julian. Or. iii. p. 118. B. ματαίας ἄλλως ὑποψίας. De hac vocis potestate non pœnitebit legisse Jo. Toupium ad Longin. p. 167.

[t] Οὐκ ἔτως] Repone: Οὐκ ἐτός. οὐκ ἐτωσίως. Sed corrupto verbo γεγραφὼς quomodo medear, in præsenti non reperio. Polit. iii. p. 443. H. Οὐκ ἐτὸς πάνυ ᾠσχύνου τὸ ψεῦδος λέγειν. Πάνυ, ἦν δ' ἐγὼ, εἰκότως. Polit. viii. p. 501. C. Οὐκ ἐτὸς ἥ τε τραγῳδία ὅλως σοφὸν δοκεῖ εἶναι. Ad utrumque locum Scholia videnda. Anaxilas apud Athen. Lib. x. p. 416. F. Οὐκ ἐτὸς ἐρωτῶσι προσιόντες τινές. Philetærus apud eundem L. xiv. p. 572. D. Οὐκ ἐτὸς ἑταίρας ἱερόν ἐστι πανταχοῦ. Aristoph. Pluto v. 404. Acharn. v. 410. etc. Themist. Or. ii. p. 34. D. A Platone locutionem sumsit Hermias Scholiis Mss. in Phædrum: Οὐκ ἐτὸς γὰρ καὶ ὁ παρὰ τῷ Εὐριπίδῃ (Hec. v. 497.) Ταλθύβιος φησί· Γέρων μὲν εἰμὶ, ἀλλ' ὅμως θανεῖν ἔχρῃζον. Addo Photii glossam ε Lex. Ms. ut ex ea Suidas castigetur: Οὐκ ἐτός. οὐκ ἀπεικότως, (Suidas male. Οὐκ ἐτῶς, ἢ οὐκ εἰκότως) ἢ οὐ μάτην, παρὰ τὸ ἐτώσιον, ὅ ἐστι μάταιον. οἱ δὲ, οὐκ ἀλόγως. In Codice Timæi, teste Villoisono ad Longum p. 179. manus recentior ad hanc glossam adscripsit: Οὐ καταλέλειπται. οὐ κατελείφθη.

[u] Οὐκ ἐν ὑπονοίᾳ] Quam recentiores ἀλληγορίαν dicunt, veteres ὑπόνοιαν dixisse, pulcre monet Plutarch. de aud. Poet. p. 19. E. οὓς (μύθους) ταῖς πάλαι μὲν ὑπονοίαις, ἀλληγορίαις δὲ νῦν λεγομέναις, παραβιαζόμενοι καὶ διαστρέφοντες ἔνιοι. Ex quo loco recte argumentum duxit H. Vales. de Critic. i. 9. p. 157. quo probaret, Allegorias Homericas, quæ sub Heraclidis nomine circumferuntur, non veteri illi Pontico, sed alteri recentiori, Heraclidi esse tribuendas. Plato Polit. ii. p. 430. B. θεομαχίας ὅσας Ὅμηρος πεποίηκεν, οὐ παραδεκτέον εἰς τὴν πόλιν, οὔτ' ἐν ὑπονοίαις πεποιημένας, οὔτ' ἄνευ ὑπονοιῶν. ὁ γὰρ νέος οὐχ οἷός τε κρίνειν ὅ, τι τε ὑπόνοια, καὶ ὃ μὴ, etc. quem locum laudans Olympiodorus Scholiis Mss. in Gorgiam, ὑπόνοιαν item ἀλληγορίαν interpretatur. Dionys. Hal. Τέχνῃ p. 51. καὶ γὰρ οὐδὲν πλέον τοῦ καθ' ὑπόνοιαν λέγειν. Alciphron. Lib. ii. ep. 4. p. 248. καὶ ἀτρέμα δι' ὑπονοιῶν Αἰγυπτίοις θέλων ἀστεϊσμοῖς σε διατωθάζειν. Menander Rhetor p. 598. μὴ γὰρ τοῦτο, εἰ καὶ καθ' ὑπόνοιαν εἴρηται, πρὸς ἄλλο τι ἔχει ὀρθῶς. Origenes contr. Cels. L. iv. p. 189. ἆρα μόνοις Ἕλλησιν ἐν ὑπονοίᾳ ἔξεστι φιλοσοφεῖν; Synes. Dion. p. 53. A. σπαράττειν τὸ θεῖον ἅπαν ταῖς ἀτόποις ὑπονοίαις περὶ αὐτοῦ. Hanc loquendi rationem attigerunt Casaubon. ad Sueton. Vesp. 13. et Mangeius ad Philonem T. i. p. 304. T. ii.

Οὐχ ἥκιστα.[v] πάνυ· ὡς Πορφύριος[w] ἐν τῷ πρὸς τοὺς ἀπὸ τοῦ νοῦ χωρίζοντας τὸ νοητόν· διενεχθέντες δὲ πρὸς ἀλλήλους τὸ παρηγμένον αὐτῶν τῆς δόξης οὐχ ἥκιστα.

Ὀφλειν.[x] ἡττᾶσθαι ἐπὶ δικαστηρίῳ.

Ὄχθας.[y] γῆς ἀναστήματα.

Π.

Παιανῖσαι.[a] τὸν Παιᾶνα ἐπικαλεῖσθαι. ἦν δὲ ἔθος καὶ ἐπὶ ἔργου ἀρχομένους, καὶ ἐπὶ τῇ νίκῃ τοῦτο λέγειν.

p. 180. sed abunde illustravit Budæus Comm. L. Gr. p. 913. In Timæi Codice manus recentior huic glossæ adjecit verba, *οὐκ ἐν ὑπολήψει*, ut testatur Villoison. l. c.

[v] Οὐχ ἥκιστα] Pro *πάνυ* Ms. *οὐ πάνυ*. Vide notata ad v. Ἥκιστα. Sophist. p. 148. init. *καὶ δὴ καὶ τὸν ξένιον οὐχ ἥκιστα θεὸν συνοπαδὸν γιγνόμενον*. Politic. p. 182. A. *Ταύτης τε οὐχ ἥκιστα αὐτῆς ἕνεκα τῆς δυσχερείας*. Protag. p. 193. B. *Εὖ ἔμοιγε ἔδοξεν· οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ τῇ νῦν ἡμέρᾳ*. Cratyl. p. 271. D. *καὶ οὐχ ἥκιστα αἱ γυναῖκες, αἴπερ μάλιστα τὴν ἀρχαίαν φωνὴν σώζουσι*. Sympos. p. 317. D. Phædon. p. 402. D. Polit. ii. p. 428. H. etc. Recte igitur Atticis adscribit Mœris p. 281.

[w] Πορφύριος] Plotinus librum scripserat, *ὅτι οὐκ ἔξω τοῦ νοῦ τὰ νοητά*· cui alium opposuit Porphyrius, *ὅτι ἔξω τοῦ νοῦ ὑφέστηκε τὸ νόημα*. Sed post in Plotini sententiam concessit, publice retractans suam. Quæ de se ipso commemorat Porph. de Vita Plotini p. 123. illa Palinodia hic laudari videtur. Neque quicquam caussæ est, quare hæc scripta cum Luc. Holstenio de Vita Porphyr. c. x. p. 269. vel suppressa ab ipso auctore, vel una cum eo periisse putemus. Porphyrii verba, et mutila et corrupta, sic redintegranda videntur: *διενεχθέντες δὲ πρὸς ἀλλήλους διὰ τὸ παρηλλαγμένον αὐτῶν τῆς δόξης οὐχ ἥκιστα*. Ceterum in præf. demonstravimus, hunc Porphyrii locum non a Timæo esse allatum, sed a studioso quodam lectore primum margini adscriptum, mox, ut fieri solet, in textum irrepsisse.

[x] Ὀφλειν] Legg. v. p. 611. G. *ὁ δὲ ὄφλων, ἄλλο τοσοῦτον μέρος ἀποτίσει*. vi. p. 614. H. *ἐὰν δὲ ὁ φεύγων ὄφλῃ, τῶν κοινῶν κτημάτων μὴ μετεχέτω*. ix. p. 660. C. x. p. 673. G. Frequens etiam est plena locutio, *ὄφλειν δίκην*. Hipp. Maj. p. 100. C. Apolog. p. 368. C. Legg. viii. p. 648. E. et alibi sæpe. Pollux viii. 22. Mœris p. 426. et ibi Pierson. Pro *ἐπὶ* Photius Lex. Ms. et Suidas legunt *ἐν*.

[y] Ὄχθας] Ὄχθους scribit Oudendorpius ad Thom. M. p. 667. inductus a Grammaticis, qui *ὄχθη* de *ripa*, *ὄχθος* de *tumulo* dici volunt. Sed quam vanum hoc discrimen sit, ostendunt viri Græce doctissimi, Villoisonus et Tollius ad Apollon. Lex. Homer. in v. Vox in Platone quærenda.

[a] Παιανῖσαι] In mendosam Cod. scripturam, *ἐπὶ ἔργου ἀρχομένους*, et Photius Lex. Ms. et Etymol. M. p. 657. 18. consentiunt. Quæ lectio conflata videtur ex duobus Grammaticis, quorum alter scripserat, *ἔργου ἀρχομένους*, alter, *ἐπὶ ἔργον ἐρχομένους*. Lexicon Bibl. Coislin. p. 238. Παιανῖσαι.—*ἦν δὲ ἔθος γὰρ ἔργου ἀρχομένου* (l. —*νους*) *τοῦτο λέγειν*. At Suidas, in ceteris conveniens, legit:—*ἐπὶ ἔργον ἐρχομένους*, ut Timæum quoque scripsisse arbitror. Axioch. p. 729. C. *εὐθύμως μονονουχὶ παιανίζοντας εἰς τὸ χρεὼν ἀπιέναι*. Epist. vii. p. 721. F. *παιῶνα τινὰ ἀναβοήσαντες βάρβαρον καὶ πολεμικόν*. Legg. iii. p. 594. F. *θρήνους δὲ τὶς ἂν αὐτοὺς μάλιστα ἐκάλεσε· καὶ παιῶνος, ἕτερον*. Sympos. p. 317. A. *ἄλλοις μέν τισι θεῶν ὕμνους καὶ παιῶνας εἶναι ὑπὸ τῶν ποιητῶν πεποιημένους*. ubi Ms. Parisin. et Scholiastes, *παιᾶνας*. Athenæus iv. p. 179. D.

Παιδουργία.[b] παιδοποιΐα.

Παλιναίρετα.[c] φευκτὰ, ἐκβλητα, τὸ ἐναντίον πρὸς αὐτῇ τῇ αἱρέσει πάθος ἐμποιοῦντα. σημαίνει δὲ καὶ τὰ πάλιν αὐτὰ ἐν Τιμαίῳ· παλιναίρετα γάρ φησι γεγονότα πάντα καὶ διεφθαρμένα.

Παλίμβολος.[d] ὕποπτος καὶ ὕπουλος, πολυμετάβολός τε, καὶ ἐπὶ μιᾷ γνώμῃ μὴ μένων.

laudans locum ex eodem Sympos. p. 316. E. pro ἄσαντας τὸν θεὸν posuit παιωνίσαντας. Aristophan. Pac. v. 554. Ἀλλὰ πᾶς χώρει πρὸς ἔργον εἰς ἀγρὸν παιωνίσας. ubi vide Schol. Non abutar otio in pluribus colligendis. Ut παιὰν et παιὼν promiscue scribitur, sic etiam παιανίζειν et παιωνίζειν. Vide Davis. ad Maxim. Tyr. Diss. xxxv. p. 622. et Wesseling. ad Diodor. Sic. xiii. 16.

[b] Παιδουργία] Legg. vi. p. 623. C. καὶ πρὸς τούτοις δεῖ μὴ τῶν σωμάτων διακεχυμένων ὑπὸ μέθης γίγνεσθαι τὴν παιδουργίαν. Unde vocem excerpsit Pollux iii. 14. Glossula quoque est apud Phot. Lex. Ms. et Suidam.

[c] Παλιναίρετα] Apud Photium Lex. Ms. sic legitur hæc glossa: Παλιναίρετα. φευκτὰ, ἔκκλιτα, τὸ ἐναντίον τῇ αἱρέσει πάθος ἐμποιοῦντα. σημαίνει δὲ καὶ παλ..... ἐν Τιμαίῳ· παλιναίρετα γὰρ etc. scilicet p. 548. E. παλιναίρετα γὰρ πάντα γεγονότα καὶ διεφθαρμένα, τό, τε αἷμα αὐτὸ πρῶτον διόλλυσι, καὶ αὐτὰ οὐδεμίαν τροφὴν ἔτι τῷ σώματι παρέχοντα, etc. Timæi glossam præclare explicat et emendat præceptor meus suavissimus: 'Primum τὸ ἐν. πρὸς αὐτῇ τῇ αἱ. hunc sensum habent: *quæ contrarium in ipsa electione adfectum excitant mentique insinuant: odii scil. et fugæ, ut quæ modo videbare probaturus electurusque, nunc averso animo fugias ac vites.* Sensus paullum differt in Photii lectione, *adfectus optioni vel electioni contrarius.* Tum voci corruptæ nihil propius invenio quam παλίνσυτα vel παλίσσυτα· ea fere potestate capiendum in Platone: dixerat, quo motu liquorum justo et naturali ὑγιαίνειν ξυμβαίνῃ τὰ πολλά· at si contraria via retro agantur, sanguinem corrumpi, nutricemque virtutem interire etc. Idem pæne παλινάγρετος, quod simili modo Numenius Pythagoricus usurpavit apud Euseb. Præp. Evang. xv. p. 819. καὶ γεννητὰ καὶ παλινάγρετα. iterumque de Arcesilao p. 730. A. ἔλεγε καὶ ἀντέλεγε καὶ μετεκυλινδεῖτο κἀκεῖθεν—παλινάγρετος καὶ δύσκριτος καὶ παλίμβολός τε ἅμα etc.' Hactenus ille. Ceterum vocem παλιναίρετος omnium eruditissime exposuit Harpocration, Pindarum, etiam docens, *ædificia, quæ diruta fuerint,* et *rursus instaurata,* παλιναίρετα appellasse. Quo fortasse etiam referendum illud Phrynichi Σοφιστ. Παρασκ. Ms. Παλιναίρετα. τὰ ἐκ καταλύσεως οἰκοδομίας παλαιᾶς εἰς ἑτέραν πρόσφατον οἰκοδόμησιν ἐμβαλλόμενα. Hesychius: Παλιναίρετον. ἐπεσκευασμένον καὶ οἷον ἐκ παλαιοῦ κεκαινοποιημένον, παλισύρραπτον. Vulgo minus recte scribitur παλινσύγγραπτον. His accedat Suidas: Παλιναίρετα. τὰ ἐπεσκευασμένα, καὶ οἷον ἐπίγναφα· οὐ καινὰ δὲ, οὐδὲ ὑγιῆ. Eadem fere παλίμβολα vocat Nicander apud Athen. ix. p. 370. A. ἣ μὲν ἔοικε Πέλμασιν οἷσι πέδιλα παλίμβολα κασσύουσιν. ubi πέδιλα παλίμβολα sunt *calcei interpolati,* non *calcei mutatorii,* ut cum interprete accepit Spanhemius ad Aristoph. Plut. v. 662. Comici apud Polluc. vi. 164. παλίμπηγα. *clavis suppacta,* dicunt τὰ παλαιὰ καττύματα.

[d] Παλίμβολος] Proprie *servus nequam,* ὁ πολλάκις ἐπ' ἐμπολῇ μεταβεβλημένος, παλίμπρατος. Sic optime Harpocration, leviter emendatus ex Phot. Lex. Ms. Vide Eustath. ad Od. A. p. 1415. et Hesych. in v. Deinde *quilibet veterator, callidus, vafer, fallax.* Glossa fluxit ex loco nobilissimo Legg. iv. p. 596. D. ἐμπορίας γὰρ καὶ χρηματισμοῦ διὰ καπηλείας ἐμπιπλᾶσα ἑαυτὴν ἤθη παλίμβολα καὶ ἄπιστα ταῖς ψυχαῖς ἐντίκτουσα. Dio Chrysost. Orat. xxxi. p. 321. A. φαίνεσθαι τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας ὑγιεῖς, καὶ μηδὲν παλίμβολον ἔχοντας, μηδὲ δυσχερές· ἀλλὰ πλεῖστον ἀπάτης καὶ πονηρίας ἀπηλλαγμένους. Ibid. D. conjunxit παλίμβολα et παλίμπρατα. Plutarch. Crasso p. 555. D. δολερὸς καὶ παλίμβολος ἀνήρ. Aristides Tom. i. p. 444. ἆρ' οὐκ αἰσχρὸν καὶ παλίμβολον ἦν ἀποδράντας τῇ ὑστεραίᾳ etc. Liban. Opp. Tom. ii. p. 126. D. ἀντὶ δὲ ἀτάκ-

Παρακαταβολή.[e] *πρόθεσις τοῦ δεκάτου μέρους τοῦ τιμήματος.*

Παραταχθείς.[f] *παρ' αὐτὸν ταχθείς.*

Παράστασις.[g] *στάσις παρά τινα ἄτιμος· γίνεται δὲ ἐπὶ τῶν χρεωφειλετῶν.*

Παρατενεῖς.[h] *ἀπολεῖς, ἐπὶ πλέον παρελκύσεις.*

Πάρεστιν.[i] *ἐκ παντὸς δυνατόν ἐστιν.*

Παρίεμαι.[j] *παραιτοῦμαι.*

των, εὐπειθεῖς· ἀντὶ δὲ παλιμβόλων, βεβαίους. Themist. Orat. xxi. p. 247. B. *ἀλλ' ὡς κακοῦργόν τινα καὶ παλίμβολον, μαστιγοῦν παραδώσετε.* Aristænet. Lib. i. ep. 28. Albinus apud Fabric. B. Gr. Vol. ii. p. 44. Πάλιν in his compositis *contrarium*, vel *vitium* denotare, docent Valckenar. ad Euripid. Phœniss. 1346. et Toupius Emend. in Suid. T. iii. p. 3. Post Παλίμβολος in margine Codicis scriptum esse, Πῆγμα. *τραγικὴ σκηνή.* monet Cl. Villoisonus ad Long. p. 180.

[e] Παρακαταβολή] Codex Ms. δεκαμέρους, pro quo rectius Photius Lex. Ms. et Suidas δεκάτου μέρους. Contra male Suidas πρόσθεσις dedit pro πρόθεσις. Pollux viii. 32. Παρακαταβολὴ, ὅστις ἀντιλέγοι, ὡς αὐτὸς δικαιότερος ὢν ἔχειν τὸν κλῆρον ἐξ ἀγχιστείας, ἢ διαθηκῶν. παρακατέβαλε δὲ τῆς οὐσίας τὸ δέκατον, ὡς προσεισοίσων, ἂν ἡττηθῇ. Lexicon Rhet. Ms. Παρακαταβολὴ καὶ Παρακαταβάλλειν. ἀργύριον ἐστὶ καταβαλλόμενον ἐπὶ τῶν ἀμφισβητουμένων χρημάτων δεδημοσιευμένων πρὸς τὴν πόλιν, ἢ κλήρων, ἢ ἐπικλήρων πρὸς ἰδιώτας, εἰ ἡττηθεῖεν εἰς τὴν δίκην. cui consentit Harpocration in v. ubi vide Maussac. et Vales. Grammaticus Ms. qui Δικῶν ὀνόματα collegit: Παρακαταβαλεῖν. τὸ διδόναι ἐγγύας, ὅτι δικαίως ἀπαιτεῖ. Ex Platone hanc vocem non annotavimus.

[f] Παραταχθείς] Respicit Polit. viii. p. 496. F. *ἰσχνὸς ἀνὴρ, πένης, ἡλιωμένος, παραταχθεὶς ἐν μάχῃ πλουσίῳ ἐσκιατραφηκότι.* Glossa quoque est apud Phot. Lex. Ms. et Suidam.

[g] Παράστασις] Legg. ix. p. 652. F. *θάνατον δὲ, ἢ δεσμοὺς, ἢ πληγὰς, ἤ τινας ἀμόρφους ἕδρας, ἢ στάσεις, ἢ παραστάσεις εἰς ἱερὰ ἐπὶ τὰ τῆς χώρας ἔσχατα* etc. Hic locus obversabatur Dioni Cass. Lib. lv. p. 790. *ἕδραι τε ἄτιμοι, καὶ στάσεις ἐπονείδιστοι, τό, τε προλυπηθῆναι καὶ τὸ προφοβηθῆναι, συχνοὺς βελτίους ἐποίησε.* ut recte monuit Is. Casaubonus, de hoc pœnæ genere exquisita tradens, ad Sueton. August. cap. 24. Pro *παρά τινα* Suidas habet *παρά τινος.* Mox Photius Lex. Ms. *γίνεται δὲ καὶ ἐπί.*

[h] Παρατενεῖς] Lyside p. 106. C. *παραταθήσεται ὑπὸ σοῦ ἀκούων θαμὰ λέγοντος.* Euthyd. p. 227. F. *καὶ τὼ ἄνδρε γελῶντε καὶ κροτοῦντε καὶ χαίροντε, ὀλίγου παρετάθησαν.* Sympos. p. 329. E. *καὶ ἕτοιμά ἐστιν ὑπὲρ τούτων καὶ διαμάχεσθαι τὰ ἀσθενέστατα τοῖς ἰσχυροτάτοις, καὶ ὑπεραποθνήσκειν, καὶ αὐτὰ τῷ λιμῷ παρατεινόμενα, ὥστ' ἐκεῖνα ἐκτρέφειν.* Xenophon Memorab. Socrat. iii. p. 163. *ὡς παρετάθη μακρὰν ὁδὸν πορευθείς.* Philo T. ii. p. 112. *παρατείνει λιμῷ τοὺς γαστέρας.* Plutarch. Tom. ii. p. 117. F. *ταῖς τοῦ σώματος αἰκίαις παρατεινομένους.* Aristides Tom. i. p. 313. *καὶ παρετετάμην πρὸς τὸ συμβησόμενον.* Levi mendo liberandus est Eunapius Ædes. p. 41. *ὅτι δῆμος ὑπὸ λιμοῦ παραθέντες, συνήεσαν εἰς τὸ θέατρον.* Scribe, *ὑπὸ λιμοῦ παραταθέντες.* ut p. 153. *καὶ πολλῷ καμάτῳ παρετείνοντο.* Verbi vim suo more, id est, egregie explanavit Casaubonus ad Athen. iv. 14. p. 285. attigit etiam Valckenarius ad Euripid. Phœniss. v. 1691. Simplex *τείνεσθαι* eadem fere significatione est apud Chariton. Lib. i. p. 4. *ἡμεῖς δὲ ἐτάθημεν αὐλείοις θύραις προσαγρυπνοῦντες.* ubi vide Dorvillium. Pro Παρατενεῖς Photius Ms. errore manifesto exhibet Παρατενθεῖς. Suidas vero, Παραπενθεῖς, quod bene correxit Kusterus.

[i] Πάρεστιν] Gorg. p. 281. C. et alibi. Mox: Παρόν. ἐξὸν, δυνατὸν, δέον. Utraque glossa est apud Photium Lex. Ms. et Suidam.

[j] Παρίεμαι] Hujus rarissimæ notionis ratio, nondum, quod sciam, explicata, pendet ab indole Mediorum. Ut ἵημι et ἐφίημι est *mitto*, ἵεμαι et ἐφίεμαι, *mihi mitti volo*, id est, *cupio, peto*, sic παρίημι, *admitto*, παρίεμαι, *ad me admitti volo*,

Πάρνοψ.[k] ἀκρίδος εἶδος.
Παρνησός.[l] ὄρος μεταξὺ Βοιωτίας καὶ τῆς Ἀττικῆς.
Παρόν.[m] ἐξὸν, δυνατὸν, δέον.
Πατρούχου παρθένου.[n] τῆς ὀρφανῆς καὶ ἐπικλήρου, ἣ προσήκει τὰ τοῦ πατρὸς ἔχειν.

id est, *precor, deprecor*. Apolog. p. 358. E. καὶ μέν τοι καὶ πάνυ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦτο ὑμῶν δέομαι καὶ παρίεμαι. quod ipse Plato per παραιτοῦμαι post explicat p. 363. A. ὅπερ κατ' ἀρχὰς ὑμᾶς παρῃτησάμην. H. Stephanus, quamvis dubitans de lectionis sanitate, bene tamen comparavit Polit. i. p. 415. F. πρὸς ταῦτα κακούργει καὶ συκοφάντει, εἴ τι δύνασαι. οὐδὲν σοῦ παρίεμαι. quem locum respexit Phrynichus Ms. Οὐδὲν σοῦ παρίεμαι. οὐδὲν παραιτοῦμαι, οὐδὲν ἀποτρέπομαι. Idem verbum olim extitit Legg. v. p. 610. F. At nunc glossa ejus locum occupat: ἰδιώτῃ δ' ἂν ἄρα ποτὲ ἀνάγκη τις γίγνηται ἀποδημεῖν, παραιτησάμενος μὲν τοὺς ἄρχοντας ἀποδημείτω. Sed vetus et legitimum παρέμενος restituendum est ex Codicibus Parisino et Leidensi, in quibus perspicue scriptum legitur: παρέμενος μὲν τοὺς ἄρχοντας ἀποδημείτω. Lexicon Ms. in Bibl. Regia: Παραιτοῦμαι σε, καὶ Παρῃτήσατο αὐτὸν, καὶ Παρῃτήσατο τὸ πρᾶγμα, οὐ δεῖ λέγειν, ἀλλ' οἷον ὅτι Παραιτοῦμαί σε συγγνώμην ἔχειν, καὶ Παραιτοῦμαί σε μὴ χαλεπαίνειν. Ξενοφῶν· τοὺς μὲν θεοὺς παραιτήσῃ συγγνώμονας σοὶ εἶναι. λέγουσι δὲ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ Παρίεμαι. Longinus Art. Rhet. p. 714. inter verba, quæ orationem illuminent, etiam παρίεσθαι recenset: τό τε παραιτήσασθαι Παρίεσθαι. Sic scribendum pro παρεῖσθαι. Timæi glossam in Lexica sua receperunt Photius Ms. et Suidas.

[k] Πάρνοψ] Glossa videtur aliunde huc irrepsisse.

[l] Παρνησός] Glossa ducta est e Critia p. 560. C. καὶ τὸ κατὰ τὴν ἄλλην ἤπειρον, μέχρι τοῦ Κιθαιρῶνος καὶ Πάρνηθος τῶν ἄκρων. Ex quo loco perspicuum est, in Timæo pro Παρνησὸς scribendum esse Πάρνης, quamvis Photius Lex. Ms. et Scholiastes ad h. l. pravam scripturam servent. Vide Strabon. Lib. ix. p. 613. Stephan. Byz. in v. Scholiast. Comici ad Nub. v. 322. ad Acharn. v. 347. et Jos. Wass. addend. ad Thucyd. p. 671. In Senecæ Hippol. v. 4. *Parnetha* etiam restituit Jos. Scaliger. Hunc montem Holsten. ad Steph. etiam Πάρνηθον dici affirmat. Sed falsa sunt testimonia, quibus nititur vir magnus. Nam in Hesychio Πάρνηθος non rectus casus est, sed genitivus, jungendus cum ὄχθος. At in Etymol. M. p. 361. 31. pro ὑπὸ τὴν Πάρνηθον Kusterus ad Suid. Tom. i. p. 819. legendum docuit ὑπὲρ τῆς Πάρνηθος. Solus igitur restat locus Etymol. p. 352. 50. ubi quis est, quin pro τοῦ Παρνήθου, una literula mutata, τοῦ Πάρνηθος scribere malit? Hanc correctionem post e Ms. firmavit Valckenarius ad Herodot. v. 62. Hesychium vero *Parnetha* cum *Parnasso* confudisse, monuit Is. Casaubon. ad Persii Prolog. p. 10.

[m] Παρόν] Vide sup. v. Πάρεστιν. Cl. Villoisonus ad Longum p. 180. ait, post hanc vocem in Codicis margine scriptum esse: Μόνον, καὶ ἀντὶ τοῦ πλὴν, καὶ οἷον πότερον.

[n] Πατρούχου παρθένου] Ex Herodoto Lib. vi. 57. πατρούχου τε παρθένου πέρι, ἐς τὸν ἱκνέεται ἔχειν, ἣν μήπερ ὁ πατὴρ αὐτὴν ἐγγυήσῃ. Cum Glossographo nostro, quem Photius Lex. Ms. et Suidas compilarunt, Pollux iii. 33. aliique Grammatice consentiunt. Scholiastes Platonis ad Legg. i. p. 567. E. Κλῆρός ἐστι κτημάτων οὐσία τις, ἢ λαχμὸς, ἢ μέτρον τι γῆς· ὅθεν καὶ Κληροῦχοι, οἱ ταῦτα κατέχοντες. Ἐπίκληρος δέ ἐστιν ἡ ἐπὶ κλήρῳ παντὶ καταλελειμμένη παῖς, ὀρφανὴ πατρὸς καὶ μητρὸς, ἀδελφῶν τε οὖσα ἔρημος. τινὲς δὲ ταύτην καὶ Ἐπιπταματίδα καὶ Πατροῦχον καλοῦσιν. Cujus glossæ posterior pars etiam est apud Scholiast. Aristoph. ad Av. v. 581. ubi viri docti ex Hesychio certatim corrigunt Ἐπιπαματίδα. Quæ Attice ἐπίκληρος, ἐπικληρῖτις, ἔγκληρος, et πατροῦχος, Dorice dicebatur αὐτοπάμων, ἐμπάμων, ἐπιπαματὶς, ἐπιπάμων· de quibus nominibus divinitus Ti. Hemsterhus. ad Hesych. Tom. i. p. 1197. et ad Thom. M. p. 346. Eadem a Doribus πάμωχος, pro παμοῦχος, dici potuit. Certe πάμωχος est, *qui totum hereditatem possidet*. Hesychius: Πάμωχος. ὁ κύριος. Ἰταλοί. Inde verbum παμωχέω, Laconice παμωχιῶ, *possideo*, apud eundem Hesychium in v. et in eximiis illis

Πατρονομούμενοι.[o] οἱ τοῖς γονικοῖς νόμοις χρώμενοι, ἢ ὑπὸ τῶν πατέρων ἀρχόμενοι.

Πάχνη.[p] δρόσος πεπηγυῖα. Κρύσταλλος δὲ, τὸ ὑπὸ κρύους συνεσταλμένον καὶ πεπηγός.

Πειρῶντα.[q] πειράζοντα διὰ λόγων παῖδα ἢ γυναῖκα.

Πέλανοι.[r] πέμματα ἐκ παιπάλης καὶ ἐλαίου καὶ μέλιτος πεποιημένα πρὸς θυσίαν.

Tabulis Heracleens. i. vs. 120. de quo, præter Mazochium, vide Ed. Corsinum Proleg. in Notas Gr. p. 20. et Gisb. Kœnium ad Gregor. de Dialect. p. 105. Et, quoniam Doricas voces, a πάομαι derivatas, attigimus, addamus conjecturam in Hesychio: Πάμπανον. ἡ Δημήτηρ, ἐν Ἡρακλείᾳ. Lege: Παμπάμων, *omnia possidens, dives.* Quod aptissimum Cereri epitheton est. Vide eundem v. Πολύβοια.

[o] Πατρονομούμενοι] Legg. iii. p. 586. G. διὰ τὸ τὴν ἀρχὴν αὐτοῖς ἐκ πατρὸς καὶ μητρὸς γεγονέναι, οἷς ἑπόμενοι, καθάπερ ὄρνιθες, ἀγέλην μίαν ποιήσουσι, πατρονομούμενοι, καὶ βασιλείαν πασῶν δικαιοτάτην βασιλευόμενοι. Paulo ante: ἀλλ' ἔθεσι καὶ τοῖς λεγομένοις πατρικοῖς νόμοις ἑπόμενοι ζῶσιν. Suidas, fortasse ex alio Lexico Platonico: Πατρονομούμενοι. οἱ τοὺς παρὰ τῶν πατέρων παραδεδομένους νόμους τηροῦντες. Longe alia apud Laconas potestas erat vocis πατρονομία et πατρονόμος. Scilicet sic dicebatur *magistratus, ad quem rerum cura, quæ quodammodo paterna erat, pertineret;* de quo vide Ed. Corsin. Dissert. v. post Not. Græc. p. 95. Pro γονικοῖς, προγονικοῖς corrigit Valckenarius ad Euripid. Hippol. v. 826. Rectissime.

[p] Πάχνη] Tim. p. 538. G. τὸ μὲν ὑπὲρ γῆς μάλιστα παθὸν ταῦτα, χάλαζα· τὸ δ' ἐπὶ γῆς, κρύσταλλος·—τὸ δ' ἐπὶ γῆς ξυμπαγὲν, ἐκ δρόσου γενόμενον, πάχνη λέγεται. Sympos. p. 321. E. καὶ γὰρ πάχναι καὶ χάλαζαι καὶ ἐρυσίβαι, etc. Ibid. p. 533. B. ἀνυπόδητος δὲ διὰ τοῦ κρυστάλλου ῥᾷον ἐπορεύετο ἢ οἱ ἄλλοι ὑποδεδεμένοι. Vide sup. v. Ἐρυσίβη. Glossam descripsit Photius Lex. Ms.

[q] Πειρῶντα] Phædr. p. 337. A. γέγραφε γὰρ δὴ ὁ Λυσίας πειρώμενον τινὰ τῶν καλῶν, οὐχ ὑπὸ ἐραστοῦ δέ. ubi Hermias Scholiis Mss. τὸ Πειρώμενον παθητικῶς ἀκουστέον, ἀντὶ τοῦ, πειραζόμενον παρά τινος, τουτέστι, προσπαιζόμενον καὶ προσβαλλόμενον. Aristophan. Plut. v. 150. Ὅταν μὲν αὐτὰς τις πένης πειρῶν τύχῃ. ubi vide Berglerum. Satyrus apud Athen. L. xii. p. 534. C. τὴν δ' Ἄγιδος γυναῖκα πειρῶν, ὡς ἑταῖραν. Lucian. Deor. Dial. vi. p. 217. μῶν οὖν ἐπείρα τινά; ubi exquisita dedit magnus interpres. Alciphron Lib. iii. Ep. 52. ὑποπειρῶσι γὰρ τὴν παλλακὴν τοῦ τῆς οἰκίας δεσπότου. Photius Lex. Ms. Πειρᾷν, τὸ πειράζειν ἐπὶ φθορᾷ καὶ συνουσίᾳ. Μένανδρος. Aristænet. L. i. Ep. 4. p. 32. Ibid. Ep. 7. p. 50. Wass. ad Thucyd. Lib. vii. 54. Pierson. ad Mœrid. p. 310. Eandem vim esse in Latino *tentare,* præter alios multos, docet Muretus ad Tibull. i. 3. 73. Suidas posteriora glossæ verba, παῖδα ἢ γυναῖκα, prætermisit.

[r] Πέλανοι] Legg. vi. p. 626. A. θύματά τε οὐκ ἦν τοῖς θεοῖσι ζῶα, πέλανοι δὲ καὶ μέλιτι καρποὶ δεδευμένοι, καὶ τοιαῦτα ἄλλα ἁγνὰ θύματα. Mirum, ni Suidas h. v. Boethi, vel alterius, Lexicon Platonicum, magno bonarum literarum damno deperditum, compilarit: Πέλανοι. πέμματα ἐκ παιπάλης, τουτέστιν, ἀλεύρου λεπτοτέρου, εἰς θυσίαν ἐπιτήδεια· ὡς αὐτός φησι· (intellige Platonem) καρποὶ μέλιτι δεδευμένοι. Διονύσιος Θρᾳξί· Θεοῖς ἀπαρχαί τινες. etc. Sic si glossam capias, poteris carere Kusteri conjecturis, quibus frustra quoque Dionysium, Comicum, ab Athenæo sæpe laudatum, in Dionysium Thracem, Grammaticum, commutavit. Mutila verba, Θεοῖς ἀπ. τινες, Comici sint, an Glossographi, vix discernas. Dionys. Halic. A. R. Lib. ii. p. 134. καὶ θύουσιν αὐτοῖς ἔτι, τῶν μὲν ἐμψύχων οὐδέν· οὐ γὰρ ὅσιον αἱμάττειν τοὺς λίθους· πελάνους δὲ Δήμητρος, καὶ ἄλλας τινὰς καρπῶν ἀπαρχάς. Pausan. Lib. viii. cap. 2. p. 600. καὶ ὁπόσα ἔχει ψυχὴν, τούτων μὲν ἠξίωσεν οὐδὲν θῦσαι, πέμματα δὲ ἐπιχώρια ἐπὶ τοῦ βωμοῦ καθήγισεν, ἃ πελάνους καλοῦσιν ἔτι καὶ ἐς ἡμᾶς Ἀθηναῖοι. Porphyr. de Abst. Anim. L. iv. cap. 22. Pollux vi. 76. Spanhem. ad Aristoph. Plut. v. 660. et Toupius Emend. in Suid. T. i. p. 36.

Πέλτη.[s] ὅπλον κοῦφον, ἵτυν οὐκ ἔχον, ἀλλ' ἐν μόνης βύρσης γεγονός.

Πελάτης.[t] ὁ ἀντὶ τροφῶν ὑπηρετῶν καὶ προσπελάζων.

Πενεστικόν.[u] τὸ παρὰ Θετταλοῖς θητικὸν, ὡς τὸ Εἰλωτικὸν παρὰ τοῖς Σπαρτιάταις.

[s] Πέλτη] Protag. p. 209. E. Τίνες δὲ πέλτας ἔχοντες; οἱ πελταστικοὶ, ἢ οἱ μή; Vide Scholiasten ad Legg. vii. p. 637. G. Timæo glossam sublegit Photius Lex. Ms.

[t] Πελάτης] Euthyphr. p. 48. H. πελάτης τὶς ἦν ἐμός· καὶ ὡς ἐγεωργοῦμεν ἐν τῇ Νάξῳ, ἐθήτευεν ἐκεῖ παρ' ἡμῖν. Qualem recentiores Græci ἐργολάβον vocabant. Mœris p. 324. Πελάτης, τὸν ὑφ' ἡμῶν ἐργολάβον. Arrian. Diss. Epictet. iv. p. 405. Synes. de Provid. p. 105. C. Horum, ut liberorum, multo honestior erat conditio, quam servorum. Pollux iii. 82. Πελάται δὲ καὶ Θῆτες, ἐλευθέρων ἐστὶν ὀνόματα, διὰ πενίαν ἐπ' ἀργυρίῳ δουλευοντων. Iccirco quos Romani *clientes*, Græci πελάτας vocant, ut Dionys. Halic. A. R. Lib. ii. p. 84. Plutarch. Mario p. 408. C. Crasso p. 556. B. Vide Casaubon. in Athen. x. 12. p. 738. In Suida, glossam Timæi repetente, prave scribitur: Πελάτης. ὁ ἀντιστρέφων καὶ ὑπηρετῶν. in quo Kusterus hærebat: item in Scholiis ad Platonem l. c. Πελάτης. ὁ ἀντιστροφῶν etc. Nunc clarum est, legendum esse: Πελάτης. ὁ ἀντὶ τροφῶν ὑπηρετῶν. Famuli, victum pro mercede capientes, alio nomine ἐπισίτιοι dicuntur a Platone Polit. iv. p. 445. B. καὶ ταῦτά γε ἐπισίτιοι, καὶ οὐδὲ μισθὸν πρὸς τοῖς σιτίοις λαμβάνοντες, ὥσπερ οἱ ἄλλοι. ubi Scholiastes: Ἐπισίτιοι· οἱ τροφῆς χάριν ἐργαζόμενοι. ut Hesych. et Suidas, quorum glossæ ex hoc ipso fonte fluxerunt. Eodem Platonis loco usus est Athenæus vi. p. 247. A.

[u] Πενεστικόν] Codicis Ms. lectione nihil vidi inquinatius: Πεστικόν. τὸ παρὰ Θετταλοῖς θητικὸν πρὸς τὸ εἰλωτικὸν παρὰ τοῖς Σπάρταις. Quæ cum jam olim ita corrupta reperisset Photius Lex. Ms. pluribus mendis cumulavit: Πεστικόν. τὸ πρὸς Θέτταλον θητικὸν, ἢ τὸ Εἰλώτιζον παρὰ Σπαρτιάταις. Πενεστικὸν recte emendat vir doctus in Photii margine. Pro πρὸς nihil hæsitans ὡς in textum recepi. Lexicon Rhetoricum apud Eustath. ad Il. B. p. 295. Ὥσπερ Εἵλωτες ἐν Λακεδαίμονι, οὕτω Πενέσται μὲν παρὰ Θετταλοῖς, οἱ μὴ γόνῳ δοῦλοι, ἀλλὰ πολέμῳ. Ammonius: Πενεστὴς παρὰ Θεσσαλοῖς, ὁ κατὰ πόλεμον χειρωθεὶς, ὡς παρὰ Λάκωσιν οἱ Εἵλωτες. Timæus respexit Legg. vi. p. 623. F. σχεδὸν γὰρ πάντων τῶν Ἑλλήνων ἡ Λακεδαιμονίων Εἱλωτεία πλείστην ἀπορίαν παράσχοιτ' ἂν καὶ ἔριν, τοῖς μὲν, ὡς εὖ, τοῖς δ', ὡς οὐκ εὖ γεγονυῖα ἐστίν. ἐλάττω δὲ ἥ τε Ἡρακλεωτῶν δουλεία τῆς τῶν Μαριανδυνῶν καταδουλώσεως ἔριν ἂν ἔχοι, τὸ Θετταλῶν τ' αὖ Πενεστικὸν ἔθνος. Platonem laudavit Athenæus Lib. vi. p. 264. E. loco classico, ubi de Thessalorum *Penestis*, et aliorum Græcorum servis multa recondita promit. *Penestarum* nomen Suidas turpiter depravavit: Ἐθνέσται. ἔθνος Θεσσαλίας. Scribe, Πενέσται, ut recte legitur apud Scholiast. Aristoph. ad Vesp. 1264. quem Suidas descripsit: Πενέσται δέ φασι λέγεσθαι τὸ θητικὸν παρὰ τοῖς Θετταλοῖς. ἔθνος δὲ ἦν πάλαι, ἀπὸ Πενέστου τὴν ἐπωνυμίαν ἔχον, etc. De iisdem, et aliis servis locus est mire contaminatus in Etymologico Ms. Bibl. Regiæ: Εἵλωτες, οἱ Λακεδαίμονες ἐλεύθεροι. οἱ αὐτοὶ δὲ παρ' Ἀθηναίοις Θῆτες λέγονται· παρὰ Ἀργείοις Γυμνῆτες· παρὰ Θετταλοῖς Πενέσται· παρ' Ἀθηναίοις. παρὰ Κρησὶ Πελάται· παρὰ Σικορινίοις Κορωνιφάροι· παρὰ δὲ Συρακουσίοις Καλλικάροι. Codex Ultraj. hujus Etymologici in paucis meliorem lectionem præbet: Εἵλωτες, οἱ μισθῷ δουλεύοντες ἐλεύθεροι. et mox κορυνιφάροι. Totus locus ita corrigendus: Εἵλωτες. οἱ παρὰ Λακεδαιμονίοις μισθῷ δουλεύοντες ἐλεύθεροι. οἱ αὐτοὶ δὲ παρ' Ἀθηναίοις Θῆτες καὶ Πελάται λέγονται· παρὰ Ἀργείοις Γυμνῆτες· παρὰ Θετταλοῖς Πενέσται· παρὰ Κρησὶ Κλαρῶται· (ab Hesychio etiam Κλάριοι dicti.) παρὰ Σικυωνίοις Κορυνηφόροι· παρὰ δὲ Συρακοσίοις Καλλικύριοι. Nunc singula videamus. Cum Attici servos et Θῆτας et Πελάτας vocent, deletis verbis παρ' Ἀθηναίοις, vocem Πελάται, quæ Creticum Κλαρῶται expulit, in sedem suam revocavi. Quanquam fateor, eam glossæ partem sic etiam emendari posse: παρ' Ἀρκαδίοις Πελάται· παρὰ Κρησὶ Κλαρῶται. Theopompus apud Athen. vi. p. 271. E. Ἀρκαδίους φησὶ κεκτῆσθαι Προσπελα-

Περιαγειρόμενοι νικηφόροι.[v] οἱ νικήσαντες ἐν δημοσίῳ ἀγῶ-

τῶν, ὥσπερ Εἱλώτων, τριάκοντα μυριάδας. Sed prior ratio magis placet. Pro Κλαρῶται si quis malit Μνωῖται, nihil repugno. Utrumque enim nomen Cretensibus usitatum fuit. Sicyonium Κορυνηφόροι confirmant Pollux et Steph. Byz. quorum loca statim recitabo. Κορυνηφόροι non intelligendi sunt *clava armati*, quales erant Pisistrati Κορυνηφόροι apud Herodot. i. 59. Nihil enim periculosius esse poterat, quam servis arma committere. Qua de caussa Cretenses, ut narrat Aristoteles Polit. ii. 5. τἄλλα ταὐτὰ τοῖς δούλοις ἀφέντες, μόνον ἀπειρήκασι τὰ γυμνάσια, καὶ τὴν τῶν ὅπλων κτῆσιν. Sed Κορυνηφόρους accipe *pedum pastorale*, vel *baculum rusticum gestantes*. Theocritus Eid. vii. 18. ῥοικὰν δ' ἔχεν ἀγριελαίω Δεξιτερᾷ κορύναν. Iidem Sicyoniorum sive servi, sive mercenarii, Κατωνακοφόροι appellati sunt, quod vestimento pellem ovinam subsutam habebant. Theopompus et Menæchmus apud Athen. l. c. tradunt, παρὰ Σικυωνίοις Κατωνακοφόρους καλεῖσθαι δούλους τινὰς, παραπλησίους ὄντας Ἐπευνάκτοις. ut Piersonus ad Mœrid. p. 225. vulgatum Κατανακοφόρους rectissime emendavit. Ex Polluce vii. 68. intelligitur, Sicyoniorum tyrannos, sicut in Attica Pisistratidas, homines agrestes, sed amantiores libertatis, quam fæx plebis urbanæ esse solet, hoc tam vili et contemto vestimento insignes fecisse, ut eos puderet urbem frequentare, et urbanis esse ludibrio. Syracusanorum Καλλικύριοι ab aliis etiam Κιλλικύριοι dicuntur. Vide Herodot. vii. 155. et ibi Valckenarium Photius Lex. Ms. Κιλλικύριοι ἐν Συρακόσσαις τινὲς ἐκλήθησαν, οἱ ἀντὶ τῶν Γεωμόρων μέρος καταβάλλοντες τοῦ πολιτεύματος· οἷον Εἵλωτες, καὶ Πενέσται τινές. ubi pro καταβάλλοντες scribendum καταλαβόντες. Bene Valckenarius l. c. in Hesychio legit: Κιλλικύριοι. οἱ ἐπεισελθόντες Γεωμόροις. Sed eadem opera in Zenobio iv. 54. corrigendum erat: Οὕτως ἐκ Συρακούσαις ἐκλήθησαν οἱ ἐπεισελθόντες Γεωμόροις Καλλικύριοι. *Cillicyrios* non Syracusis, sed Cretæ tribuit Lexicon Rhetoricum apud Eustath. l. c. Ὥσπερ Εἵλωτες ἐν Λακεδαίμονι, οὕτω Πενέσται μὲν, παρὰ Θετταλοῖς, οἱ μὴ γόνῳ δοῦλοι, ἀλλὰ πολέμῳ. Κιλλικύριοι δὲ, ἐν Κρήτῃ· Μαριανδυνοὶ δὲ, ἐν Ἡρακλείᾳ τῇ Ποντικῇ. καὶ Ἀρότται, ἐν Συρακούσαις. Sed, ut Lexici auctor ceteris scriptoribus consentaneus sit, transpositione et emendatione juvandus est: Κιλλικύριοι δὲ, ἐν Συρακούσαις. Μαριανδυνοὶ δὲ, ἐν Ἡρακλείᾳ τῇ Ποντικῇ· καὶ Κλαρῶται, ἐν Κρήτῃ. Lectio Κλαρῶται etiam in mentem venit viro docto Misc. Obs. Nov. T. i. p. 78. Pollux iii. 83. Μεταξὺ δὲ ἐλευθέρων καὶ δούλων, οἱ Λακεδαιμονίων, Εἵλωτες. καὶ Θετταλῶν, Πενέσται. καὶ Κρητῶν, Κλαρῶται, καὶ Μνωῖται. καὶ Μαριανδυνῶν, Δωροφόροι. καὶ Ἀργείων, Γυμνῆτες. καὶ Σικυωνίων, Κορυνηφόροι. Mariandyni quomodo ab Heracleotis sub jugum missi sint, tradunt Posidonius apud Athen. vi. p. 263. D. et Strabo xii. p. 817. Eorum servos Δωροφόρους etiam Callistratus apud Athen. l. c. et Hesychius v. dicunt. Steph. Byz. v. Χίοι· Οὗτοι δὲ πρῶτοι ἐχρήσαντο θεράπουσιν, ὡς Λακεδαιμόνιοι τοῖς Εἵλωσι, καὶ Ἀργεῖοι τοῖς Γυμνησίοις, (forte, Γυμνῆσι) καὶ Σικυώνιοι Κορυνηφόροις, καὶ Ἰταλιῶται τοῖς Πελασγοῖς, καὶ Κρῆτες Μνωΐταις. Quem locum sumsisse videtur a Theopompo apud Athen. vi. p. 265. B. Multa, quæ huc afferri possent, sciens prætermitto, quod bonam eorum partem occuparunt Jo. Meursius Miscell. Lacon. ii. 7. Creta iii. 14. et Is. Casaubon. ad Athen. l. c. p. 458. Ceterum, antequam hujus disputationis finem facimus, Platonis locum, quem supra posuimus, iterum inspiciamus. In eo vir eruditus Misc. Obs. Nov. l. c. legendum suspicatur: ἐλάττω δὲ ἥ τε Κλαρωτῶν δουλεία τῆς τῶν M. Sed locus obscurus potius, quam corruptus, interpretationem, non correctionem, desiderat: præsertim cum Athenæus l. c. vulgatam lectionem servet. Ἐλάττω non ad τῆς τῶν Μαριανδυνῶν καταδουλώσεως refertur, sed ad antecedens Εἱλωτεία. Sensus est: Magnam dubitationem afferat Lacedæmoniorum in Helotes imperium in utramque partem disputantibus, benene, an secus institutum sit: minus dubitationis præbeat dominatio cum Heracleotarum in subjectos Mariandynos, tum Thessalorum in Penestas. Δουλεία sunt ipsi servi, ut sæpe θεραπεία, θεράποντες. Apud Aristotelem l. c. non modo δουλεία sic dicitur, sed etiam Εἱλωτεία pro Helotibus, ut hic a Platone, et Πενεστεία pro *Penestis*. Ergo δουλεία Ἡρακλεωτῶν τῆς τῶν Μαριανδυνῶν καταδουλώσεως sunt servitium sive servi Heracleotarum, qui extiterunt ex subjectione Mariandynorum. In hac sententia me valde confirmavit consensus Danielis Wyttenbachii, cui tantum tribuo, quantum eruditorum, qui nunc sunt, nemini.

[v] Περιαγειρόμενοι νικηφόροι] Polit. x.

νι, καὶ δῶρα παρὰ τῶν φίλων καὶ οἰκείων λαμβάνοντες, καὶ περιιόντες.

Περιεῖπον.[w] περί τινα ἦσαν θεραπευτικῶς καὶ φυλακτικῶς.

Πεττεία.[x] ἡ διὰ ψήφων παιδιά. ἔστιν δ' ὅτε καὶ γεωμετρίαν λέγει.

p. 521. fin. καὶ ἐπειδὰν τὰ ἆθλα αὐτῆς (δικαιοσύνης) κομιζώμεθα, ὥσπερ οἱ νικηφόροι περιαγειρόμενοι, καὶ ἐνθάδε, καὶ ἐν τῇ χιλιετεῖ πορείᾳ, ἣν διεληλύθαμεν, εὖ πράττωμεν. Optime Timæus περιαγειρομένους exponit περιιόντας· pessime H. Stephan. Ind. Thes. *a circumfluentium turba circumdatos*. Hunc Platonis locum laudat Suidas v. Ὥσπερ οἱ νικηφόροι, et v. Περιαγειρόμενοι, quæ posterior glossa, singulari eruditione referta, iisdem verbis legitur in Photii Lex. Ms. et Apostolii Proverb. xv. 97. atque omnino vel ex Boethi, vel ex alterius Lexico Platonico derivata videtur. De ἐπαγερμῷ, sive more illo, quo ludorum gymnicorum victores circumeuntes munuscula a singulis spectatoribus exigerent, palmaria est annotatio Is. Casauboni ad Sueton. Neron. cap. 25. Hac autem in re proprium est ἀγείρειν, ἐπαγείρειν, περιαγείρεσθαι. Ælius Dionysius apud Eustath. ad Od. B. p. 1430. Ἀγείρειν, τὸ περιϊέναι καὶ περινοστεῖν ἐπὶ νίκῃ ἢ ἑτέρῳ τινὶ τοιούτῳ. quod etiam habet Etymol. M. p. 14. 33. Lexicon Sangerm. Ms. v. Ἀγύρτης. τὸ δὲ Ἀγείρειν καὶ Περιαγείρειν, τὸ περιϊέναι καὶ περινοστεῖν, ἐπὶ νίκῃ, ἤ τινι ἑτέρῳ σεμνύνειν. Philostrat. V. A. Lib. v. p. 193. de Nerone: ὡς ἀντὶ τοῦ νομοθετεῖν νόμους ᾄδειν, καὶ ἀγείρειν ἔξω θυρῶν. Ibid. p. 195. τραγῳδίας ὑποκριτὴς τῶν οὐκ ἀξιουμένων ἀνταγωνίζεσθαι τῷ Νέρωνι, ἐπήει τὰς ἑσπερίους πόλεις ἀγείρων. Apud Ælian. H. A. Lib. vi. cap. 10. Cynocephalus, saltare et tibia canere doctus, μισθὸν ἐπράττετο ὑπὲρ τούτων, καὶ τὸ διδόμενον εἰς φασκώλιον ἐμβαλὼν ἐξηρτημένον ἔφερεν, ὡς οἱ τῶν ἀγειρόντων δεινοί. quem locum bene explicat H. Vales. Emendat. v. 6. Vide sup. v. Ἀγείρουσαν. Ad munuscula hieronicis ingesta, de quibus Casaubonus l. c. pertinet glossa Photii Lex. Ms. Πελληνικαὶ χλαῖναι. διάφοροι. καὶ τοῖς νικήσασι τὰ Ἕρμαια ἐδίδοντο. Qui locus hanc etiam ob caussam notandus est, quod firmat lectionem, inter Ἕρμαια et Ἥραια fluctuantem, apud Scholiast. Aristoph. ad Av. 1421. Pellenæ celebrata esse Ἕρμαια, certum est e Scholiaste Pindari ad Ol. vii. 156. ix. 147.

[w] Περιεῖπον] Ex Herodoto, ni fallor, Lib. i. 73. ὃς τοὺς Σκύθας τούτους τὸ μὲν πρῶτον περιεῖπε εὖ, ὡς ἐόντας ἱκέτας. vii. 181. καὶ μὴν, ἐπεδείκνυσάν ἐκπαγλεόμενοι πάσῃ τῇ στρατιῇ περιέποντες εὖ. Contra τρηχέως περιέπεσθαι, Lib. i. 73. vii. 211. viii. 17. Hæc ipsa Herodoti loca, aliaque aliorum collegerunt Leopardus Emendat. vii. 8. et Valckenarius ad Schol. Euripid. Phœniss. 342. Pro περί τινα Photius Lex. Ms. prave exhibet περιέτειναν. Suidas vulgatus, καὶ φυλακτικῶς, prætermittit. Sed habet ejus Cod. Leid.

[x] Πεττεία] Polit. vi. p. 470. D. καὶ ὥσπερ ὑπὸ τῶν πεττεύειν δεινῶν, οἱ μὴ, τελευτῶντες ἀποκλείονται, καὶ οὐκ ἔχουσιν, ὅ, τι φέρωσιν· οὕτω καὶ σφεῖς τελευτῶντες ἀποκλείεσθαι, καὶ οὐκ ἔχειν ὅ, τι λέγωσιν ὑπὸ πεττείας αὖ ταύτης τινὸς ἑτέρας, οὐκ ἐν ψήφοις, ἀλλ' ἐν λόγοις. Legg. vii. p. 640. E. προβάλλοντά τε ἀλλήλοις ἀεὶ, διατριβὴν τῆς πεττείας πολὺ χαριεστέραν πρεσβυτῶν διατρίβοντα, φιλονεικεῖν ἐν ταῖς τούτων ἀξίαισι σχολαῖς. ubi vide Scholia. Eryx. p. 742. E. ἀλλ' ὥσπερ ἐν τῇ πεττείᾳ εἶναι πεττοὺς, οὓς εἴ τις φέροιτο, δύναιτ' ἂν τοὺς ἀντιπαίζοντας ποιεῖν ἡττᾶσθαι οὕτως ὥστε μὴ ἔχειν, ὅ, τι πρὸς ταῦτα ἀντιφέρουσιν. ubi φέροιτο vertendum *moveat*. Orion Thebanus Etymologico Ms. Πεσσοί. πεσσὰ δὲ ἡ γραμμὴ καὶ ἡ ψῆφος ὁμωνύμως. πέντε δὲ ἦσαν οἷς ἐχρῶντο κατὰ Σοφοκλέα· Καὶ πεσσὰ πεντάγραμμα. (Fragm. Brunck. p. 22.) καὶ τάχα ἡ πεττεία πεντεία τις οὖσα. εὗρε δὲ αὐτὴν Παλαμήδης, ὡς εἴρηται παλαιῷ· Εὗρε σοφὸς λιμοῦ με παραιφασίην Παλαμήδης. καὶ ἐστὶν ὁ στίχος γραμμάτων λς' ἰσάριθμος τοῖς τόποις· ἢ παρὰ τὸ πέτω, οὗ ὁ μέλλων πέσω, πεσὸς, καὶ πλεονασμὸς πεσσὸς, ὁ πίπτων ἐν τῷ βάλλεσθαι. ubi ex Eustathio ad Od. A. p. 1396. scribe, πεσὸς κατὰ διπλασμὸν πεσσός. Orionem cum descripserit Etymologus M. p. 666. 16. utriusque loca comparanda sunt, ut alter ex altero integrior fiat. Sed hæc levia sunt. Illud gravius, quod Timæus ait, πεττείαν aliquando pro *geometria*

Πλέθρον.[y] ἕκτον μέρος σταδίου.
Πλημμέλεια.[z] πολλὴ ἀμέλεια.
Πνύξ.[a] χωρίον ἐν ᾧ τὰ ἀπόῤῥητα ἐκκλησιάζουσιν.
Ποικιλτική.[b] ποικίλον ὕφασμα, ἢ ὑφαντικὴ ποικίλων.

sumi. Quod cum mirum visum esset Jo. Hudsono ad Mœridem p. 307. in quem hæc Timæi glossa cum paucis aliis migravit, pro γεωμετρίαν temere γραμματείαν conjecit. Insignis Platonis locus est Phædr. p. 356. C. τοῦτον δὲ (Θεῦθ) πρῶτον ἀριθμόν τε καὶ λογισμὸν εὑρεῖν, καὶ γεωμετρίαν, καὶ ἀστρονομίαν, ἔτι δὲ πεττείας τε καὶ κυβείας, καὶ δὴ καὶ γράμματα. Hic veteres quidam interpretes, nunc deperditi, monuerunt, non illam vulgarem apud Græcos πεττείαν a Platone significari, sed mathematicam Ægyptiorum; quæ tabula erat, duodecim lineis conscripta, cursum Solis et Lunæ per duodecim Zodiaci signa ostendens. Cujus rei notitiam uni debemus Eustathio ad Od. A. p. 1397. qui ad Platonis locum, a se laudatum, interpretandum hæc subjecit: Καὶ ὅτι οἱ τοῦ Πλάτωνος ὑπομνηματισταὶ, οὐ τὴν παρ' Ἕλλησι πεττείαν σημανθῆναι φασὶ ὑπὸ Πλάτωνος, ἀλλὰ τὴν τοῦ λεγομένου πεττευτηρίου· καταγράφεσθαι γάρ τι πλινθίον ὥσπερ ἐν τῇ πεττευτικῇ παιδιᾷ, δι' οὗ τὰ κινήματα τοῦ ἡλίου καὶ τῆς σελήνης, ἔτι δὲ καὶ τὰ ἐλλειπτικὰ, πραγματεύονται οἱ Αἰγύπτιοι. Vide Salmas. in Vopisc. Procul. cap. 13. p. 749. Hermias tamen Scholiis Mss. in hunc Dialogum πεττείαν de *vulgari calculorum ludo* accepit. Verba ejus hæc sunt: Ἔπειτα πεττείαν καὶ κυβείαν κατηριθμήσατο, τῷ ὄντι λοιπὸν περὶ τὰ αἰσθητὰ καταγόμενος, ἅπερ χαριεντισμοῦ χάριν παραδέδοται, καὶ αὐτὰ χρήσιμα ὄντα, καὶ δυνάμενα ἀφέλκειν ἡμᾶς τῶν ἄλλων ἐπιθυμιῶν, ἐν λογικῇ παιδιᾷ ταττόντων (Cl. Luzac. legit τάττοντα) τὸ ἄλογον. Διττὴ δέ ἐστιν αὕτη ἡ παιδιὰ, ἡ μὲν κυβείας χάριν, ἡ δὲ παιδείας χάριν παραδεδομένη· ἐν τούτοις δὲ καὶ τύχης χρεία· ἐκεῖνα γὰρ τὸ μόνιμον καὶ σταθερὸν τῶν μαθημάτων εἶχε. Recte Hermias. Veterum enim interpretum subtilitas multa in Platone, de quibus ille ne per somnium quidem cogitarat, quæsivit. At Sallierius ad Mœrid. l. c. πεττείαν pro *geometria* capi posse arbitratur in Platonis Politic. p. 187. F. ἢ πεττείαν, ἢ ξύμπασαν ἀριθμητικὴν ψιλὴν, εἴτε ἐπίπεδον, εἴτε ἐν βάθεσιν, εἴτε ἐν τάχεσιν οὖσάν που. Fateor, hic πεττείαν cum arithmetica conjungi. Verum cum ibidem aliæ gravissimæ artes item cum ludicris, ut στρατηγικὴ cum θηρευτικῇ, conjungantur, nullam caussam video, quare a recepta vocis πεττεία significatione recedatur. In Timæo pro πεττία, πεττεία, et pro λέγειν scripsimus λέγει, scil. Plato.

[y] Πλέθρον] Critia p. 563. E. πλέθρου μὲν γὰρ βάθος ὀρώρυκτο, τὸ δὲ πλάτος ἁπάντων, σταδίου. ubi vide Scholia. Ibid. p. 562. C. D. Theætet. p. 128. A. p. 140. F. Alcib. i. p. 33. D. et Jac. Perizon. in Ælian. V. H. Lib. iii. cap. 1. Glossa temere irrepsit in Mœridis libellum de Vocc. Atticis.

[z] Πλημμέλεια] Clitoph. p. 255. E. καί τοι διά γε ταύτην τὴν πλημμέλειαν καὶ ῥαθυμίαν—στασιάζουσι. Apolog. p. 361. A. καὶ αὐτῶν αὕτη ἡ πλημμέλεια ἐκείνην τὴν σοφίαν ἀπέκρυπτεν. Tim. p. 552. fin. Legg. iii. p. 591. A. Sæpe etiam apud Platonem πλημμελὴς et πλημμελεῖν legitur. Suidas in v. laudat locum ex Lyside p. 113. F. quod minus animadversum doctissimo Kustero errorem objecit. Reliquam illius glossæ partem ex Photii Lex. Ms. restituit Albertus noster Miscell. Crit. in Suid. p. 286.

[a] Πνύξ] Critia p. 560. G. καὶ περιειληφυῖα ἐντὸς τὴν Πνύκα καὶ τὸν Λυκαβηττὸν, ὄρον ἐκ τοῦ καταντικρὺ ἔχουσα. ubi vide Scholia. In antiquis Platonis Edd. pro Πνυκὸς legitur πυκνῶς, quod ex Genitivo Πυκνὸς, veteribus item usitato, natum est. Lexicon Rhet. Ms. Πνύξ. τὸ δικαστήριον. καὶ ἔστιν ἡ γενικὴ Πνυκός· διὰ δὲ τὴν εὐφωνίαν ἐστὶ Πυκνός. cujus glossæ partem descripsit Etymol. M. p. 677. 44. De hac metathesi Cornarius in Eclog. p. 777. et Kusterus ad Aristoph. Thesmoph. 665. Hac quoque glossa manus stulte liberalis Mœrida locupletavit.

[b] Ποικιλτική] Polit. ii. p. 427. G. ἀλλὰ τήν τε ζωγραφίαν κινητέον καὶ τὴν ποικιλίαν, καὶ χρυσὸν καὶ ἐλέφαντα, &c. iii. p. 438. C. πλήρης δὲ ὑφαντικῆ, καὶ ποικιλίᾳ, καὶ οἰκοδομίᾳ, καὶ πᾶσα αὖ ἡ τῶν ἄλλων σκευῶν ἐργασία. In horum locorum alterutro Timæus ποικιλτικὴ legisse videtur. Ποίκιλσις est Legg. v. p. 612. F. quod inde excerpsit Pollux vii. 34. Pro ποικίλων Ms. habet ποικίλως.

Πομπή.[c] ἀπόπεμψις.
Πόπανα.[d] πέμματα πλατέα καὶ λεπτὰ καὶ περιφερῆ.
Πόρκος.[e] κύρτος θαλάσσιος, ὁ εἰς ἄγραν ἰχθύων.
Ποτνιώμενος.[f] ἐπικαλεῖτο σὺν λύπῃ.
Πρανές.[g] κάταντες.
Πρόσχημα.[h] παρακάλυμμα τοῦ ἤθους, ἢ πρόφασις.

[c] Πομπή] Polit. ii. p. 431. G. οὔτε κατὰ λόγους, οὔτε κατὰ σημείων πομπάς. Ibid. H. τὴν τοῦ ἐνυπνίου πομπὴν ὑπὸ Διὸς τῷ Ἀγαμέμνονι. Epist. vii. p. 720. F. αὐτός μοι πομπὴν παρασκευάσειν ἔφη. Legg. v. p. 610. B. ἐκπομπὴ ἀποικιῶν φίλη γιγνομένη παρὰ φίλων. Glossam descripsit Photius Lex. Ms.

[d] Πόπανα] Polit. v. p. 458. F. καὶ τὴν τῶν ποπάνων τε καὶ ἑψημάτων θεραπείαν. ubi vide Scholia. De eo Platonis loco erudite Casaubon. in Athen. iv. 21. p. 305. Orpheus Argonaut. v. 314. Αὐτὰρ ἐπεὶ κραδίην θραύσας ποπάνοισιν ἔθηκα Λείψας ὑγρὸν ἔλαιον. Philippi Epigr. editum a Kustero ad Suid. T. ii. p. 289. Σοὶ γὰρ ὑπὲρ σχιδάκων λαγαρὸν ποπάνευμα πρόκειται. Alciphron Lib. iii. ep. 35. ὁ δὲ πένης (συνεισηνέγκατο) πόπανον, ὁ δὲ ἔτι πενέστερος λιβανώτου χόνδρους εὖ μάλα εὐρωτιῶντας. Philostrat. Lib. ii. Icon. 34. p. 859. Lexicon Rhet. Ms. Πόπανόν ἐστι πλατὺ μάλα τι, στρογγύλον ἀπὸ στέατος, εἰς θυσίαν ἐπιτήδειον. Plura de hac aliisque placentis, in sacris præsertim offerri solitis, Spanhem. ad Aristophan. Plut. v. 659. et Toupius Emend. in Suid. i. p. 36. Timæum compilantes, Photius Lex. Ms. et Suidas, πλακούντια præbent pro πέμματα. Sed πέμματα legit quoque is, qui Mœridi p. 307. hanc glossam inseruit.

[e] Πόρκος] Sophist. p. 150. C. Κύρτους δὴ, καὶ δίκτυα, καὶ βρόχους, καὶ πόρκους, καὶ τὰ τοιαῦτα, μῶν ἄλλό τι πλὴν ἕρκη χρὴ προσαγορεύειν; quem locum laudant Suidas et Etymol. M. in v. Plutarch. Sympos. L. viii. 8. p. 730. C. οὐδαμοῦ καθῆκαν ἄγκιστρον, οὐδὲ πόρκον, οὐδὲ δίκτυον. Pollux i. 97. vii. 137. x. 132. et Thom. M. in v. Glossam a Timæo mutuati sunt Photius Lex. Ms. et Suidas. Eadem nescio quis Mœridem interpolavit.

[f] Ποτνιώμενος] Si Helladium Chrestomath. p. 18. audias, ποτνιᾶσθαι tantum de *muliere* dicitur, ὅταν κακόν τι πάσχῃ, καὶ θήλειαν ἱκετεύῃ θεόν. Quod fortasse de verbo ὀλολύζειν verum fuerit; de quo Pollux i. 27. ὀλολύξαι, καὶ ὀλολυγῇ χρήσασθαι, ἐπὶ γυναικῶν. At ποτνιᾶσθαι promiscue dici, multis veterum testimoniis intelligitur. De *muliere*, Alciphron Lib. ii. Epist. 4. p. 258. τὰς σὰς ἀπιστίας κλαίουσα καὶ ποτνιωμένη. Aristides Tom. ii. p. 193. ἀκούων παίδων καὶ γυναικῶν ποτνιωμένων. Ælian. V. H. Lib. xii. cap. 1. p. 721. Ἡ δὲ ἄκουσα (nisi malis κωκύουσα) καὶ ποτνιωμένη, καὶ δακρύουσα. At de *viro*, Lucian. de merc. conduct. p. 673. πέντε οὐδ' ὅλων ἡμερῶν ὄψεσθε αὐτὸν, ἐνταῦθά που ἐν ἡμῖν τὰ ὅμοια ποτνιώμενον. Maxim. Tyr. Diss. xi. p. 115. Aristænet. Lib. ii. Ep. 10. p. 238. Eunap. Chrysanth. p. 206. aliique plures. Adde Polluc. vi. 201. Thom. M. in v. et Spanhem. in Callimach. H. in Dian. v. 259. In Platone frustra hoc verbum quæsivi.

[g] Πρανές] Nescio, an respiciatur Polit. iii. p. 433. A. Πάλιν δὴ Ὁμήρου δεησόμεθα, μὴ ποιεῖν Ἀχιλλέα, θεᾶς παῖδα, Ἄλλοτ' ἐπὶ πλευρᾶς κατακείμενον, ἄλλοτε δ' αὖτε Ὕπτιον, ἄλλοτε δὲ πρηνῆ· ex Il. Ω. 10. Hesychius, depravato Codice usus, dedit: Καδρανές. κατωφερές. Emendandum: Καταπρανές. Ipse alibi: Καταπρανοῦς. κατωφεροῦς. Vocem πρηνὴς satis ornarunt Interpp. ad Act. Apost. i. 18. et Piersonus ad Mœrid. p. 318. Glossulam nostram transcripserunt Photius Lex. Ms. et Suidas.

[h] Πρόσχημα] Protagor. p. 196. B. φοβουμένους τὸ ἐπαχθὲς αὐτῆς, πρόσχημα ποιεῖσθαι καὶ προκαλύπτεσθαι τοὺς μὲν, ποίησιν, &c. Ibid. μουσικὴν δὲ Ἀγαθοκλῆς ὁ ὑμέτερος πρόσχημα ἐποιήσατο. Mox πρόσχημα eleganter vocat παραπέτασμα. Lysis apud Iamblich. V. P. p. 64. τοὶ δὲ πρόσχημα ποιησάμενοι τὰν τήνου διδασκαλίαν. Lysias contra Andocid. p. 120. καὶ τοῦτο πρόσχημα ποιούμενος. Plutarch. Lysandr. p. 444. F. τοῖς δὲ πλείστοις ἐδόκει πρόσχημα ποιεῖσθαι τὸν θεόν. Sed modus non esset exemplorum, quæ in omnibus fere scriptoribus reperiuntur. Glossa totidem verbis legitur apud Suidam.

Πρέμνον.[i] τὸ τοῦ δένδρου στέλεχος καὶ ἔδρασμα, οἷον πραμνόν τι ὄν.

Προσέπαισε.[j] προσέπαιξε. τῷ σ ἀντὶ τοῦ ξ κέχρηται.

Πρὸς τὸ τῆς Ἄγρας.[k] τὸ τῆς Ἄγρας θεσμοφόριον Ἀρτέμιδος δηλοῖ.

Πρόβασις.[l] ἡ τῶν βοσκημάτων κτῆσις.

[i] Πρέμνον] Glossæ sedes quærenda. Pro πραμνόν τι ὂν scribe παραμόνιμόν τι ὄν. Vide Etymol. M. p. 686. 34.

[j] Προσέπαισε] Euthyd. p. 217. F. νῦν δὲ, μοὶ δοκεῖ, δεῖν φῆθῆτην πρότερον παῖσαι πρός σε. Ibid. p. 219. E. καὶ διὰ ταῦτα προσεπαισάτην τε καὶ οὐκ ἐσπουδασάτην. Phædr. p. 352. E. μυθικόν τινα ὕμνον προσεπαίσαμεν. ubi bene Hermias Scholiis Mss. Προσεπαίσαμεν, ἀντὶ τοῦ, ἐπαίξαμεν. λέγει δὲ ὑμνήσαμεν. Pro *cantu celebrare* etiam dicitur Epinom. p. 700. D. θεοὺς προσπαίσαντι, καθαρώτερόν τε διαγαγόντι τὸν βίον. ubi vide Scholia. Euripid. Herc. Fur. v. 460. Alciphron Lib. iii. Ep. 65. Ælianus apud Suid. v. Ἡμεδαπὸς, et Ti. Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. p. 390. Eadem forma Atticis etiam in aliis quibusdam placuit. Sic Phrynich. p. 108. σμῆσαι dicendum monet, non σμῆξαι. In Aristophan. Acharn. v. 590. τεθνήσει pro τεθνήξει, quod Atticum vocat Scholiastes. A Timæo glossam habent Photius Lex. Ms. et Suidas.

[k] Πρὸς τὸ τῆς Ἄγρας] Phædr. p. 337. F. ἀλλὰ κάτωθεν, ὅσον δύ' ἢ τρία στάδια, ᾗ πρὸς τὸ τῆς Ἀγραίας διαβαίνομεν. ubi variat scriptura librorum veterum. Timæus cum Grammatico mox laudando, et Codex Vindob. legunt, τῆς Ἄγρας. Vulgatæ Editt. et Scholiastes Platonis, item Pausanias apud Eustath. ad Il. B. p. 365. τῆς Ἀγραίας. Utramque lectionem agnoscit Hermias Scholiis Mss. ad h. l. Ἢ πρὸς τὸ τῆς Ἄγρας] Ἀγραίας Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἵδρυσαν Ἀθηναῖοι διὰ τὸ ἔφορον εἶναι ταύτην τὴν θεὰν πάντος τοῦ ἀγρίου, καὶ πᾶν τὸ ἄγριον καὶ ἀνήμερον καταστέλλειν. Longinus Art. Rhet. p. 714. laudans locum Platonis, τῆς Ἀγρίας, haud dubie pro τῆς Ἀγραίας, legit: καὶ τὸ, ὡς διαβαίνομεν πρὸς τὸ τῆς Ἀγρίας διαβαινόμενον. ubi ultimum verbum, temere repetitum, expunge. Ἄγρας, an Ἀγραΐας scribatur, nihil interest. Diana enim triplici nominis forma Ἄγρα, Ἀγραία, et Ἀγροτέρα dicebatur. Ἄρτεμιν ἐν Ἄγραις vocat Philochorus apud Scholiast. Euripid. ad Hippol. 73. Vide Grammium Histor. Deor. e Xenoph. p. 31. Nomen invenit a loco Atticæ, ubi colebatur, Ἄγρα, vel Ἄγραι. Steph. Byz. et Hesych. in v. Meursius Athen. Att. ii. 5. Petav. ad Themist. Or. v. p. 415. Corsin. Not. Græcor. p. 59. Lexicon Sangerm. Ms. Ἄγραι. χωρίον ἔξω τῆς πόλεως, ἱερὸν Δήμητρος, ἐν ᾧ τὰ μικρὰ μυστήρια ἄγεται. ὀνομασθῆναι δὲ αὐτὸ, οἱ μὲν, ἀπὸ τῆς Ἀρτέμιδος, πρότερον Ἑλικῶνα καλούμενον· οἱ δὲ, ἀπὸ τοῦ ἔνθηρον εἶναι καὶ πλήρη ἀγρεύματος. Sed luculentior ejusdem Lexicographi altera glossa est, ex Pausaniæ Lexico apud Eustath. l. c. ut videtur, ducta, quam Montfauconius prodidit Bibl. Coisl. p. 603. Ἄγραι. χωρίον ἔξω τῆς πόλεως Ἀθηνῶν, οὗ τὰ μικρὰ τῆς Δήμητρος ἄγεται μυστήρια, ἃ λέγεται τὰ ἐν Ἄγρας, (Montfauc. male, Ἀγραις) ὡς ἐν Ἀσκληπίου. Φερεκράτης Γραυσίν· Εὐθὺς γὰρ (Montf. γὰρ omisit) ὡς ἐκαθίζομεν ἐξ Ἄγρας. καὶ Ἀρτέμιδος καὶ Ἀγραίας αὐτόθι τὸ ἱερόν. Πλάτων Φαίδρῳ· ᾗ πρὸς τὸ τῆς Ἄγρας διαβαίνομεν. καὶ Δῆμος ἐν α Ἀτθίδος· τὰ μὲν οὖν ἄνω τὰ τοῦ Ἰλισσοῦ πρὸς ἀγορὰν Εἰλήθυια· τῷ δ' ὕχθῳ πάλιν ὄρος τοῦτο, ὃ νῦν Ἄγρα καλεῖται, Ἑλικὼν, καὶ ἡ ἐσχάρα τοῦ Ποσειδῶνος τοῦ Ἑλικωνίου ἐπ' ἄκρου. καὶ ἐν τῷ δ· εἰς τὸ ἱερὸν τὸ μητρῷον τὸ ἐν Ἄγραις. In Pherecratis loco pro ἐξ Ἄγρας lege ἐν Ἄγρας. Mox pro καὶ Ἀγραΐας, τῆς Ἀγραΐας. Pro καὶ Δῆμος sine ulla dubitatione reponendus est Κλείδημος, nobilis Atthidis scriptor. De perpetua confusione nominum, Κλείδημος, Δῆμος, Δήμων, multa possemus, si locus pateretur, in medium afferre. Clidemi fragmentum, turpiter vitiatum, corrigant acutiores. Facile tamen apparet vel ex Platone l. c. ἀπὸ τοῦ Ἰλισσοῦ λέγεται ὁ Βορέας τὴν Ὠρείθυιαν ἁρπάσαι. pro Εἰλήθυια, Ὠρείθυια legendum esse.

[l] Πρόβασις] Ex Hesychio, Phot. Lex. Ms. et Suida rescripsi κτῆσις pro vitiosa Cod. lectione κτίσις. Vox πρόβασις mihi non aliunde nota est, quam ex Homero Od. B. 75. Προβατεία eadem significatione est apud Strabon. xii. p. 822. Æ-

Προβολή.[m] γραφὴ κατὰ τῶν συκοφαντούντων.
Προτέλεια.[n] αἱ πρὸ τῶν γάμων τελούμεναι θυσίαι καὶ δωρεαί.
Πρυτανεία.[o] μηνιαῖα φυλῆς ἀρχή.
Πρῶ.[p] ἔστι ὄρθρου βαθέος.

lian. H. A. Lib. iv. cap. 32. Liban. Opp. Tom. i. p. 504. D. aliosque. Neutra vox in Platone occurrit. Lexicon Rhet. Ms. Προβατεία. τὰ χωρία τὰ ἐπιτήδεια πρὸς νομὴν προβάτων, καὶ αἰγῶν, καὶ τῶν ἄλλων κτημάτων. Scribe, Προβάτεια, et βοσκημάτων pro κτημάτων.

[m] Προβολή] Legg. vi. p. 619. A. καὶ τὴν προβολὴν δὴ τὸν αἱρούμενον ἐκ τῶν ἐμπείρων ποιητέον. Lexicon Rhet. Ms. Προβολὴ καὶ Προβάλλεσθαι, τὸ παράγειν εἰς τὴν ἐκκλησίαν τὸν βουλόμενον, καὶ ἀποφαίνειν ὡς ἠδίκησεν. εἴ τις δοκοίη ἀδικεῖν, καὶ τοὺς συκοφάντας, καὶ τοὺς περὶ τὰ μυστήρια ἢ Διονύσια ἀδικοῦντας. Quæ glossa mutilata est in Etymol. M. p. 699. 30. De hac actione erudite disputavit juris Attici consultissimus Taylorus ad Demosthen. Midian. p. 168. Glossam hinc sumpserunt Photius Lex. Ms. et Suidas.

[n] Προτέλεια] Τέλος, τελεῖσθαι, et inde derivata a latiore *initiandi* potestate ad *nuptiarum sacra*, quæ marem feminamque, velut novæ vitæ initiatos, conjungunt, transierunt. Poetarum parens Od. Υ. 74. Κούρῃσ' αἰτήσουσα τέλος θαλεροῖο γάμοιο. In Æschyli Eumen. v. 838. γαμήλιον τέλος Scholiastes exponit γάμον. Hinc τέλειοι, οἱ γεγαμηκότες, καὶ τελειωθῆναι, τὸ γῆμαι. Pollux iii. 38. Eustath. ad Il. Λ. p. 881. Cujus significationis pravam rationem reddere Ez. Spanhemium ad Callim. H. in Jov. v. 57. et Jac. Perizon. ad Ælian. Var. Hist. iv. 3. monuit me ὁ πάνυ, T. H. quanquam iis præiverat Hesych. v. Προτέλεια, et Schol. Pindari ad Nemeor. Od. x. 32. sic ex ejusdem emendatione legendus: ἔστι δὲ ὁ γάμος τέλος διὰ τὸ τελειότητα βίου κατασκευάζειν. Dii, in quorum auspiciis et tutela erant conjugia, θεοὶ τέλειοι dicebantur: in quibus præcipue cultam scimus Ἥραν τελείαν, a Latinis *Junonem pronubam* dictam. Diodor. Sic. v. 73. προθύουσι δὲ πρότερον ἅπαντες τῷ Διὶ τῷ τελείῳ, καὶ Ἥρᾳ τελείᾳ. ubi vide Wesselingium. Δόμος ἡμιτελὴς in Homero Il. B. 701. quomodo capiendus sit, inter ipsos veteres dubitatum est. Sed ex hac ipsa ratione commode poterit explicari δόμος χῆρος, unde maritus abierat ad bellum Trojanum. Vide Hemsterhus. ad Lucian. Dial. Mort. xix. p. 410. Satis jam intelligi arbitror posse, cur *sacra ante nuptias* dicta sint προτέλεια. Plato Legg. vi. p. 623. A. ὅσα δὲ προτέλεια γάμων, ἤ τις ἄλλη περὶ τὰ τοιαῦτα ἱερουργία μελλόντων, ἢ γιγνομένων, ἢ γεγονότων, προσήκουσα ἐστὶ τελεῖσθαι. Euripides Iphig. Aul. v. 718. Προτέλεια δ' ἤδη παιδὸς ἔσφαξας θεᾷ;— Κἄπειτα δαίσεις τοὺς γάμους ἐσύστερον; Plato Comicus apud Athen. Lib. x. p. 441. F. προτέλεια δεῖ Ὑμᾶς ποιῆσαι πολλὰ πρότερον τοιαδί. Achilles Tat. Lib. ii. p. 89. Ἔθυεν οὖν τότε ὁ πατὴρ προτέλεια τῶν γάμων. Himerius Orat. Nupt. p. 599. Themist. Or. xiii. p. 168. C. Is. Casaubonus ad Athen. ix. 4. p. 649. Sed cum προτέλεια etiam ante alias res sacras fierent, vox tam late patere cœpit, ut *cujusvis rei gravioris primordia* significaret. Lexicon Rhetor. Ms. Προτέλειά ἐστι τὰ θύματα τὰ πρὸ τοῦ δήποτε (l. οἵου δήποτε) πράγματος θυόμενα. Philo T. i. p. 294. τὰ προτέλεια τῆς σοφίας ἀναδιδαχθέντα. T. ii. p. 14. ταῦτα τοῦ θεοφιλοῦς τὰ προτέλεια. Maxim. Tyr. Diss. xiv. p. 159. Aristides Quinctil. de Musica iii. p. 164. Themist. Or. xx. p. 235. C. Synes. Dion. p. 53. D. Sed hæc satis, vel potius nimium multa. Si quis tamen plura de his sacris cognoscere velit, adeat Pausaniam apud Eustath. l. c. Meursium Græc. Fer. p. 237. et quos laudat Wesseling. ad Diodor. l. c.

[o] Πρυτανεία] Gorg. p. 292. A. ἐπειδὴ ἡ φυλὴ ἐπρυτάνευε.

[p] Πρῶ] Sic legitur in Cod. Ms. Malim tamen, Πρῶ. ἔτι ὄρθρου βαθέος. ut Photius Lex. Ms. et Suidas. Ejusdem Suidæ locum, a Kustero frustra tentatum, ita correxerim: Πρώ. οὕτω μονοσυλλάβως, ἔτι ὄρθρου βαθέος. ἴσον τῷ, ἐν ὥρᾳ· τοῦ πρωΐ συναίρεσίς ἐστι τὸ πρώ. διὸ ὀξύνεται. Sed quod sequitur: τὸ δὲ πρῶν περισπᾶται. Οὐ πρῶν μὲν ἡμᾶς ὁ τραγῳδὸς ἤγειρε. Καλλίμαχος. vix caret errore. Nimirum aut ν in πρῶν ex ι natum est apud Callimachum, aut scribendum πρῷον, quod ex πρώϊον contractum

Πυρῶν.[q] *φλέγων, ἢ καίων.*
Πύθιοι.[r] *δ' ἄνδρες αἱρετοὶ παρὰ Λάκωσιν, δύο καθ' ἕκαστον βασιλέα σύσσιτοι.*

P.

Ῥᾶον. *συγκριτικὸν πρὸς ἕτερον.*
Ῥάδιον. *ἀπόλυτον καθ' αὑτό.*
Ῥᾶστον. *ὑπερθετικόν.*
Ῥαψῳδοί.[a] *ὑποκριταὶ ἐπῶν.*
Ῥῆσις μακρά.[b] *διεξοδικὸς λόγος μακρός.*

est, ut *πρῷμον* ex *πρώϊμον* in Aristophane, et forsitan, ut monosyllabum, pronunciatum. Vide Piersonum ad Mœrid. p. 300. Phrynichus Ms. *Πρῶ δύο σημαίνει, τὸ πρὸ καιροῦ, καὶ ἔωθεν· λέγεται καὶ δισυλλάβως.* Hesychius: *Πρωΐ. Ἀττικώτερον τὸ ὑφέν.* Phot. Lex. Ms. *Πρωΐ καὶ τὸ Πρὼ μεσημβρίαν δηλοῖ, καὶ τὸ πρὸ τοῦ καιροῦ, καὶ θᾶττον τοῦ δέοντος, ὥσπερ ὀψὲ, καὶ τὸ ἑσπέρας, καὶ τὸ βραδέως.* Ad accentum quod attinet, scribitur *πρωΐ* et *πρῶϊ*, *πρὼ* et *πρῶ*. Eustath. ad Il. Σ. p. 1142. Etymol. M. p. 692. 4. Aristophanis loca, ubi *πρὼ* et *πρῴ* cum iota subscripto occurrit, retulit H. Stephan. Th. Gr. L. Tom. iii. p. 578. et Append. p. 189. Exempla Platonis, quibus nunc utimur, ubique *πρωΐ* habent. Sed Brunckius, Atticorum poetarum sospitator, ad Aristoph. Lysistr. 612. futurum Platonis editorem monet, ut semper *πρῴ* una syllaba edendum curet. Protagor. p. 193. F. *Μήπω ἐκεῖσε ἴωμεν· πρωΐ γάρ ἐστιν. ἀλλὰ δεῦρο ἐξαναστῶμεν εἰς τὴν αὐλὴν, καὶ περιϊόντες αὐτοῦ διατρίψωμεν, ὡς ἂν φῶς γένηται.* Criton. p. 369. init. ΣΩΚΡ. *ἦ οὐ πρωΐ ἔτι ἐστί;* ΚΡ. *Πάνυ μὲν οὖν.* ΣΩΚΡ. *Πηνίκα μάλιστα;* ΚΡ. *Ὄρθρος βαθύς.* Ibid. p. 370. A. *ἀλλὰ τί δὴ οὕτω πρωΐ ἀφῖξαι;* Phædon. p. 376. C. *ἀνεῴγετο γὰρ οὐ πρωΐ.* quem locum laudat Thom. Mag. in v. Rarius significat *nimis mature*, *πρὸ τοῦ δέοντος χρόνου.* Parmenid. p. 58. B. *Πρωΐ γὰρ πρὶν γυμνασθῆναι, ὁρίζεσθαι ἐπιχειρεῖς καλόν τε τὶ καὶ δίκαιον.* Pollux i. 69. *πρωΐ τῆς ἡλικίας.* Contra *πρωϊαίτερον*, et *πρωϊαίτατον* rarius de *diei parte*, plerumque de *tempore* dicuntur. Quas voces cur Thomas Mag. minus elegantiæ, quam *πρωΐτερον* et *πρωΐτατον*, habere dicat, nihil caussæ est. Plato Theæt. p. 117. G. *ἀπῆλθον πρωϊαίτερον τοῦ δέοντος.* Protag. p. 199. H. *καὶ οἱ τούτων υἱεῖς, πρωϊαίτατα εἰς διδασκαλίαν τῆς ἡλικίας ἀρξάμενοι φοιτᾷν, ὀψιαίτατα ἀπαλλάττονται.* Phædon. p. 376. C. *καὶ δὴ καὶ τότε πρωϊαίτερον συνελέγημεν.* et paulo post: *ἥκειν ὡς πρωϊαίτατα εἰς τὸ εἰωθός.* Vide Duker. ad Thucyd. Lib. vii. 19.

[q] *Πυρῶν*] Mendosissime Cod. Ms. *Πυρώνων. φλεβῶν ἢ καίων.* Photius Lex. Ms. *Πυρώνων. φλέγων καὶ καίων.* Veram lectionem Suidas conservavit. Plato Tim. p. 535. F. *τὴν δὲ γενήσεως τιθήνην, ὑγραινομένην καὶ πυρουμένην.* Ibid. p. 541. D. *συνεκπυρούμενα, καὶ πάλιν αὐτὰ ἀντικάοντα τὸ διαθερμῆναν.* Axioch. p. 732. A. *καὶ λαμπάσιν ἐπιμόνως πυρούμενοι Ποινῶν.* Vide Is. Casaubon. ad Sueton. August. cap. 98. *Πυροῦν* ignota Lexicis potestate pro *accenso igne lustrare* est apud Theocrit. Eidyll. xxiv. 94. *Πυρεύειν τὴν ὕλην* est Legg. viii. p. 648. G.

[r] *Πύθιοι*] Ex Herodoto Lib. vi. 57. *οἱ δὲ Πύθιοι, εἰσὶ θεοπρόποι ἐς Δελφοὺς, σιτεόμενοι μετὰ τῶν βασιλήων τὰ δημόσια.* ubi vide Wesselingium. Xenophon de Rep. Laced. p. 690. D. a Kustero etiam ad Suid. laudatus: *ἔδωκε δ' αὖ καὶ συσκήνους δύω ἑκατέρῳ (βασιλεῖ) προσελέσθαι, οἱ δὴ καὶ Πύθιοι καλοῦνται.* Putido mendo apud Photium Lex. Ms. et Suidam scribitur *Ποίθιοι.* Apud priorem etiam deest vox *σύσσιτοι.*

[a] *Ῥαψῳδοί*] Hipparch. p. 2. F. Phædr. p. 357. F. Ione p. 143. D. ubi vide Scholia.

[b] *Ῥῆσις μακρά*] Phædr. p. 353. G.

Ῥῆτραι.[c] *συνθῆκαι λόγων.*
Ῥικνόν.[d] *ἐπικαμπὲς, ἢ ῥυσόν.*
Ῥύμμα.[e] *ἀπόρυπτον, ἢ σμῆχον.*
Ῥυμβεῖν.[f] *ῥομβεῖν. τοῦτο δὲ ἀπὸ τῆς κινήσεως τοῦ ῥόμβου.*

περὶ σμικροῦ πράγματος ῥήσεις παμμήκεις εἰπεῖν. Polit. iii. p. 435. A. *καὶ ὅταν τὰς ῥήσεις ἑκάστοτε λέγῃ, καὶ ὅταν τὰ μεταξὺ τῶν ῥήσεων.* Ibid. D. x. p. 515. C. *καὶ μακρὰν ῥῆσιν ἀποτείνοντας ἐν τοῖς ἀδυρμοῖς.* quod, monente Hemsterhusio, a Platone sumpsit Lucian. Prometh. p. 190. et præter hunc Aristides Tom. i. p. 355. et Liban. Epist. 316. Legg. vii. p. 636. F. *καί τινας ὅλας ῥήσεις εἰς ταὐτὸ ξυναγαγόντες, ἐκμανθάνειν φασὶ δεῖν.* Duo posteriores Platonis locos, ab interpretibus minus perceptos, explicuit Is. Casaubonus ad Theophrast. Charact. cap. xvi. p. 286. Aristophan. Acharn. v. 415. *Δεῖ γάρ με λέξαι τῷ χορῷ ῥῆσιν μακράν.* ubi vide Scholiast. Philo T. i. p. 235. 453. T. ii. p. 537. et Dorvill. Critic. Vann. p. 640. Apud Photium Lex. Ms. et Suidam rectius legitur cum copula, διεξ. *λόγος καὶ μακρός.*

[c] Ῥῆτραι] Legendum vel *συνθῆκαι διὰ λόγων*, ut Hesychius, vel *συνθῆκαι, λόγοι*, ut alii Glossographi. Forte glossa huc invecta est ex Odyss. Ξ. 393. ubi vide Eustath. p. 1765. item ad Il. Φ. p. 1245.

[d] Ῥικνόν] Polit. v. p. 457. D. *ὅταν ῥυσσοὶ καὶ μὴ ἡδεῖς τὴν ὄψιν.* Tim. p. 543. F. *πᾶν ῥυσσὸν καὶ τραχὺ ποιῇ.* quibus locis Timæus *ῥικνὸς*, quod postea glossæ *ῥυσσὸς* locum suum cessit, legisse videtur. Philo T. ii. p. 432. loco elegantissimo, sed male interpuncto: *πῶς οἱ πρὸ μικροῦ πίονες, εὔσαρκοί τε καὶ εὐεξίᾳ μάλιστα θάλλοντες, οὕτως αἰφνίδιον ἐκτακέντες, ῥικνοὶ γεγόνασιν, ἵνες αὐτὸ μόνον, καὶ λεπτὴ δορά.* ubi *αὐτὸ μόνον* idem est, quod *αὐτόχρημα* in Alciphrone iii. Ep. 29. ubi vide Berglerum: aut quod *ἄλλως*, supra p. 199. a nobis explicatum. Alciphron Lib. i. Ep. 26. *πρεσβύτην ὀφθῆναι ῥικνόν.* ubi plura Berglerus. Scholiastes Nicandri ad Theriac. v. 137. *Ῥικνῆεν, διερρωγὸς, παλαιὸν, ἢ τὸ ῥυσσὸν, ἢ τὸ τρομερόν.* Iamblichus de V. P. p. 162. *σώματα ῥικνὰ* opponit *τοῖς πολυσάρκοις.* ubi Kusterus ita castigat Hesychii glossam: *Ῥικνοί. οὐχ ἱκανοὶ σαρξίν.* Vulgo, *Ῥικνοί. ἱκανοὶ σαρξίν.* Malim legere, *ἰσχνοὶ σαρξίν.*

[e] Ῥύμμα] Polit. iv. p. 449. B. *καὶ ἡ πλύσις οὔτ' ἄνευ ῥυμμάτων, οὔτε μετὰ ῥυμμάτων δύναται αὐτῶν τὸ ἄνθος ἀφαιρεῖσθαι.* Ibid. C. *καὶ μὴ αὐτῶν ἐκπλύναι τὴν βαφὴν τὰ ῥύμματα ταῦτα, δεινὰ ὄντα ἐκκλύζειν.* ubi vide Scholia, et Cornarium in Eclog. p. 773. Aristophan. Lysistr. v. 377. *Εἰ ῥύμμα τυγχάνεις ἔχων, λουτρὸν ἐγὼ παρέξω.* ubi vide Scholiast. Alciphron Lib. iii. Ep. 11. *ὁποίαν σε τὸ ὕδωρ ἢ τὸ ῥύμμα τὸ πρὶν ἐκάθηρεν.* Ibid. Ep. 61. init. Aristides Tom. i. p. 293. *ἔπειτα ῥύμματα ἄττα, διὰ σταφίδων τε καὶ ἑτέρων μικτά.* Themist. Or. xxxii. p. 359. C. Mœris p. 336. Thom. M. v. *Ῥύπτεσθαι*, et Mangeius in Philon. T. i. p. 643.

[f] Ῥυμβεῖν] Hoc verbum neque apud Platonem inveni, neque apud ullum veterum scriptorum. *Ῥυμβονᾶν* ex Æliano affert Suidas v. *Ἐρυμβόνα*, ubi videndus Kusterus. *Ῥυμβεῖν* Atticorum fuisse videtur, *ῥομβεῖν* ceterorum Græcorum. Scholiastes Theocrit. ad Eidyll. ii. 18. *Ῥόμβος δὲ, ὃν οἱ Ἀττικοὶ ῥύμβον καλοῦσι.* Sic pro vulgato *κόρυμβον* scribebat Juvenis doctissimus, atque edito Verisimilium libello omnibus, qui recte in his literis sapiunt, commendatissimus, Jo. Piersonus. Vide Valckenarium Diatr. in Euripid. cap. v. p. 39. In Apollon. Rhod. i. 1139. pro *ῥόμβῳ* Etymol. M. p. 706. 65. legit *ῥύμβῳ*. Apollonii Scholiastes sic emendandus: *Ῥόμβος. τροχίσκος, ὃν στρέφουσιν ἱμᾶσι τύπτοντες, καὶ οὕτως κτύπον ἀποτελοῦσι. τινὲς δὲ ῥύμβον αὐτὸ καλοῦσιν· ὧν καὶ Εὔπολις ἐν Βάπταις καὶ Διδύμοις.* Eupolidem etiam auctorem nominat Scholiastes ad iv. 144. et Etymol. l. c. item Eustath. ad Od. A. p. 1387. *Ῥόμβον* tamen ex eodem Comico laudat Photius Lex. Ms. *Ῥόμβος. ὃν ἔχουσιν οἱ ἀποθειάζοντες ὡς τὸ τύμπανον. οὕτως Εὔπολις.* Sed hic quoque *ῥύμβος* rectius fuerit. Ceterum de hac voce multa congessit Jac. Nic. Loënsis Epiphyll. vii. 23. Glossam nostram descripsit Suidas.

Σ.

Σαρδώνιος γέλως.[a] ὁ προσποίητος· ἀπὸ τῆς Σαρδοῦς τῆς νήσου.

Σατυρικὰ δράματα.[b] πλείονα ἦν ἔθος ὑποκρίνεσθαι, ἐν οἷς μεταξὺ ταῦτα ἐμίγνυον πρὸς διάχυσιν.

Σηκός.[c] ἔπαυλις τριγχῷ περιεχομένη.

Σισύρα.[d] αἴγειον στέγαστρον τετριχωμένον. ἔστι δ' ὅτε καὶ τὸ τραχὺ καὶ ἄγναπτον ἱμάτιον, ὡς καὶ Ἀριστοφάνης·

Ἐν πέντε σισύραις ἐγκεκορδυλημένος.

Σκιωροῦται.[e] λόχος ἀνδρῶν ἑξακοσίων Ἀρκαδικὸς, ὁ

[a] Σαρδώνιος γέλως] Polit. i. p. 413. G. ἀκούσας ἀνεκάγχασε μάλα σαρδόνιον. quod excerpsit Pollux vi. 200. Vide Scholiasten, hoc proverbium copiosissime enarrantem.

[b] Σατυρικὰ δράματα] Sympos. p. 336. B. ἀλλὰ τὸ Σατυρικόν σου δρᾶμα τοῦτο καὶ Σειληνικὸν κατάδηλον ἐγένετο. quem locum illustrat Dionys. Halicarn. Τέχνη p. 54. Politic. p. 189. C. τοῦτο μὲν ἀτεχνῶς ἡμῖν, ὥσπερ δρᾶμα· καθάπερ ἐρρέθη νῦν δὴ, Κενταυρικὸν ὁρᾶσθαι καὶ Σατυρικόν τινα θίασον, etc. Πλείονα, scil. δράματα. Timæus intelligit *Tetralogias*, vel *tres priores Tetralogiæ fabulas*: de quibus vide aureolum Is. Casauboni libellum de Satir. Poesi p. 26. Timæum exscripsit Photius Lex. Ms. ubi manifesto errore legitur: Σατυρικὰ μετὰ πλείονα. Cetera congruunt.

[c] Σηκός] Theæt. p. 128. A. σηκὸν ἐν ὄρει τὸ τεῖχος περιβεβλημένον. Polit. v. p. 460. F. λαβοῦσαι εἰς τὸν σηκὸν οἴσουσι παρά τινας τροφούς. Lexicon Rhetor. Ms. Σηκός. ὁ Σηκὸς σημαίνει ποτὲ μὲν περίφραγμα· ποτὲ δὲ, τὴν ἔπαυλιν καὶ τὴν καταγωγὴν τῶν προβάτων· ἄλλοτε δὲ, τὸ ἡρῷον τῶν σωμάτων· ἄλλοτε δὲ, τὴν ἐλαίαν τὴν πολύκλαδον. ex quo in Etymol. M. p. 711. 5. pro παραγωγὴν scribendum καταγωγὴν, pro πολύκαρπον, πολύκλαδον. Hanc vocem pluribus ornavit Valckenarius Animadv. in Ammon. p. 153. Pro τριγχῷ malim θριγκῷ· etsi non ignoro, sæpe reperiri formas, θριγγὸς, θριγχὸς, τριγγὸς, τριγκὸς, στριγχός. Vide Epist. Crit. ii. p. 208. Timæi glossa temere migravit in Mœridis libellum de Vocc. Atticis.

[d] Σισύρα] Eryx. p. 745. C. οὐδ' ἂν προτιμήσειε Σκύθης ἀνὴρ οἰκίαν αὐτῷ τὴν καλλίστην εἶναι μᾶλλον, ἢπερ σισύραν δερματίνην. ubi vide Scholia. Aristophanis locus, quem Timæus affert, est Nub. v. 10. cui compar et geminus est ille Platonis Protag. p. 195. F. ἔτι κατέκειτο, ἐγκεκαλυμμένος ἐν κωδίοις τισὶ καὶ στρώμασι, καὶ μάλα πολλοῖς, ὡς ἐφαίνετο. Sympos. p. 355. B. ἐνειλιγμένων τοὺς πόδας εἰς πίλους καὶ ἀρνακίδας. Dio Chrysost. Orat. xxxv. p. 433. A. σισύρας, καὶ πίλους, καὶ τοιαῦθ' ἕτερα ξυῤῥάπτοντες. Clemens Alex. Pædag. ii. p. 190. τῆς δὲ σισύρας ἱκανωτάτης οὔσης ὑπεστρῶσθαι, ὥστε μὴ δεῖσθαι πορφυρίδων ἢ φοινικίδων. quod, ut alia plura, Patrum eruditissimus, ne verbo quidem mutato, descripsit ex Musonio apud Stob. p. 595. Id cum aliis etiam locis fecerit, furtum a nemine dum deprehensum esse miror. Polyænus viii. 16. p. 722. ἱματίῳ δὲ χρῆσθαι σισύρᾳ Γαλατικῇ. *Rhenonem Gallicam* vocat Varro de L. L. iv. p. 40. Longus ii. p. 42. πρεσβύτης σισύραν ἐνδεδυμένος. ubi vide Jungerm. Oppianus Κυνηγ. iv. 332. Προπροκαλυψάμενοι δέμας ἄλκιμον ἢ σισύρῃσιν, Ἧ αὐτοῖσιν, etc. De altera forma, σισύρνα, Valckenar. Anim. in Ammon. p. 205. et Toupius Emend. in Suid. iii. p. 132. Timæi glossa sic scripta reperitur apud Etymol. M. p. 714. 28. Σισύρα. αἴγειον στέγαστρον, (alii, σκέπαστρον, quod idem est) τετριχωμένον δέρμα. quæ lectio melior est. Hanc quoque glossam nescio quis intrusit Mœridi.

ἀρχόμενός τε ἐν τοῖς πολέμοις, καὶ τελευταῖος ἀναχωρῶν.

Σκηπτόμενος.[f] προφασιζόμενος.

Σκληφρός.[g] ὁ σκληρὸς καὶ παρηβηκώς, ὁ τὰ σκληρὰ φέρειν δυνάμενος.

Σκολύθρια.[h] ταπεινὰ διφρία παρὰ τοῖς Θεσσαλοῖς, ἅ τινες θρανία καλοῦσιν.

Σμινύην.[i] οἱ μὲν δίκελλαν, οἱ δὲ ἀξίνην καλοῦσιν.

Σπαργῶσα.[j] σπαραττομένη ὑπὸ θλίψεως, καὶ δεομένη ἐκκρίσεώς τινος.

[e] Σκιωρῖται] Apud Photium Lex. Ms. et Suidam, ubi hæc glossa totidem verbis occurrit, Σκιωρεῖται scribitur. Mendose etiam Dio Chrys. Or. xi. p. 191. C. τὸν Σκυρίτην λόχον. Alio modo peccatur in Lexico Rhet. Ms. quod cum ipso vitio descripsit Etymol. M. p. 716. 1. Σκίρτης τί ἐστι; λόχος ἀνδρῶν χ'. οἱ αὐτοὶ καθ' αὑτοὺς ἐστρατεύοντο, καὶ οὐχ ἅμα τοῖς ἄλλοις Λακεδαιμονίοις. Omnino scribendum, Σκιρῖται, a Sciro Arcadiæ. Mox Kusterus pro Ἀρκαδικὸς reponit Λακωνικὸς, propterea quod ea cohors ab aliis scriptoribus sic appellatur. At primum refragatur Hesychius, ab eodem laudatus: Σκειρίτης λόχος. οὕτω καλούμενος, ὁ προκινδυνεύων. ἦν δὲ Ἀρκαδικός. Tum nihil impedit, quo minus ille λόχος duplici nomine dictus sit, Ἀρκαδικὸς, quod Arcadibus constaret, Λακωνικὸς, quod eo uterentur Lacedæmonii. Vide Jo. Hudson. ad Thucyd. Lib. v. 67. et recondita eruditione præstantem virum, P. Wesselingium ad Diodor. Sicul. xv. 32. In Platone τῶν Σκιριτῶν nullum est vestigium.

[f] Σκηπτόμενος] Theæt. p. 115. E. ἀλλὰ μὴ ἀναδύου τὰ ὁμολογημένα, σκηπτόμενος παίζοντα λέγειν τόνδε. Sophist. p. 149. A. ταῦτα ἅπερ καὶ πρὸς σὲ νῦν, καὶ τότε ἐσκήπτετο πρὸς ἡμᾶς. Sympos. p. 334. A. σκηπτόμενος ὅτι οὐχὲ εἴη. Herodot. Lib. v. 102. Lysias p. 95. 397. ed. Tayl. aliique centies.

[g] Σκληφρός] Euthydem. p. 214. init. ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν, σκληφρὸς, οὗτος δὲ, προφερὴς, καὶ καλὸς καὶ ἀγαθὸς τὴν ὄψιν. ubi vide Scholiasten. Egregie Pollux ii. 10. huc sine dubio respiciens: Προφερὴς δὲ λέγεται, ὁ τῷ μὲν χρόνῳ νεώτερος, τῇ δὲ ὄψει δοκῶν πρεσβύτερος. Σκληφρὸς δὲ, ὁ τούτῳ ὑπεναντίος, ὃν καὶ νεοειδῆ ἂν εἴποις. Θεόπομπος δὲ ὁ κωμικὸς, ἐπὶ γυναικὸς, εἴρηκεν αὐτό. Hesychius: Σκληφροί. οἱ ἰσχνοὶ καὶ λεπτοὶ τοῖς σώμασιν. Photius Lex. Ms. Σκληφρόν. τὸν κατεσκληκότα τὴν ἰδέαν. Philemon Lexico Technologico Ms. v. Ὠμόν. τινὲς ὠμογέροντα τὸν σκληρόν φασιν. Lege, τὸν σκληφρόν. quamvis σκληρὸν etiam habeat Eustath. ad Il. Ψ. p. 1330. Vide Foes. Œconom. Hippocr. v. Σκελιφρός. Timæi glossam repetunt Photius Lex. Ms. et Suidas.

[h] Σκολύθρια] Euthyd. p. 217. F. ὥσπερ οἱ τὰ σκολύθρια τῶν μελλόντων καθιζήσεσθαι ὑποσπῶντες, χαίρουσι καὶ γελῶσιν, ἐπειδὰν ἴδωσιν ὕπτιον ἀνατετραμμένον. ubi vide Scholia. Platonis loco usi sunt Pollux x. 48. Etymol. M. p. 718. 39. et Eustath. ad Od. Δ. p. 1515. Ad Pollucem fuse atque erudite de hoc *scabello* disserunt Jungerman. et Hemsterhusius.

